Incipit Lucij Annei Senece cordubensis liber de moribus: in quo notabiliter & eleganter vite mores enarrat.



Mne peccatum actio est. Actio autem omnis voluntaria est: tam honesta q̄ turpis. ergo voluntarium est omne peccatum. Tolle excusationē: nemo peccat inuitus. Educatio & disciplina mores faciunt: & id vnusquisque sapit quod didicit. Itaq; bona cōsuetudo excutere debet quod mala instruxit. Nihil interest quo animo facias quod fecisse vitiosus est: quia facta cernunt animus vo non videtur. Nulla autem laus est: non facere q̄d facere non possis. Quid homini est inimicissimum homo. Libenter feras quod necesse est. Dolor patiētia vincitur. Expecta quod nunq̄ peniteas: nunq̄ multis placeas: sed qualibus stude. In hoc tantum incumbe: vt libentius audias q̄ loquaris. Multos vita differētes mors iuncta preuenit. Itaq; omnes dies velut vltimus intueatur. Tristiciam si potes nō admiseris: si minus non ostenderis. Amicos secreto admone: palam autē lauda. Verba rebus non personis estimanda sunt. Diatorem te puta: si tibi ante omnes quod oportet persuaseris: vt licentiosa mancipia animi. Coerce linguam: ventrem: & libidinem. Quod tacitum esse velis nemini dixeris: si tibi non imperasti quomodo ab alio silentium speras? Ridiculum est aliquem odio nocentis innocentiam perdere. Monstro similis est: auaricia scelus. Quid enim stultius est quod dici solet: q̄ via deficiente viaticum quærere vel augere? Omnes infantes terra nudos excipit. Non pudeat te fortius nasa q̄ viuere. Quid vtilius q̄ habere amicum cum quo audeas vt tecum omnia loqui? Magnaq; virium est negligere lædentem. Quid interest quod non habeas? nondum es felix si te turba non deriserit. Si vis beatus esse: cogita hoc primum contendere noli. Priusq̄ promittas deliberes: & cū promiseris facias. Id agas ne quis merito tuo oderit: etsi nullos inimicos tibi facies iniuria multos facit. Solitudinē quærat qui vult cum innocentib⁹ viuere. Optim⁹ ergo animus & pulcherrimus cultor dei est. Abstinebis ab alieno matrimonio. Præstabis parentibus pietatem: cognatis indulgentiam: omnibus æquitatem. Deuitabis crudelitatem & ministram crudelitatis iram. Non aliter viuas in solitudine: aliter in foro. Nihil petas quod negaturus fuisti: nihil negabis quod petiturus fuisti. Pacem cum hominib⁹ habebis: cum vicijs bellum. Hoc habet omis affectus: vt in id quod ipse insanit: in id putet etiam cæteros furere. Maximū in eo vicium est: qui non melioribus vult placere: sed pluribus. Vis omnibus esse notus: prius effice vt neminem noueris. Bonum est nō laudari: & esse laudabilem. Stultum est timere quod vitare non poteris. Male obtuentur de te homines: sed mali. Malis displicere est laudari. Male de te loquunt homīes: bene autē loqui nesciunt. nō q̄ merearis: sed quod solent ipsi homines de te mala loquunt molestus est: sed non quod mentiunt. Si autem immerito innocentiæ meæ nunc maxime gaudeo. Apparet enim illos vera obiecturos si possent. Non es i patria tua. Patria tua est vbicūq; bene es. illud enim per quod bene est nō est in loco: sed in homine. Nihil magnum nisi magno animo despicias. Quæ sunt maximæ diuitiæ? non desiderare diuitias. Quis plurimū habet? is qui minimū cupit. Quid est dare beneficium? deum imitari. Honestius est cum iudicaueris amare: q̄ cum amaueris iudicare. Dissentio ab alio incipiat: a te aūt recōciliatio. Succurre pauptati amicoꝝ: immo occurre. Amicos secundæ res parāt: aduersæ certissime probant. Peiora sunt tecta odia q̄ aperta. itaq; te minus loquax inimicus offendit q̄ tacitus. Mira ratio est quæ non vult prædicari q̄d gaudet intelligi. Agnosci amat qui quod agit ostendit. Elemosyna non tam accipientibus q̄ dantibus prodest. Et spes premij solacium sit laboris. Quæ est maxima ægestas? auaricia. pecuniæ imperare oportet non seruire. Nullum conscium peccatorum tuorum magis timueris q̄ temetipsum. Alium potes effugere: te autem nunq̄. Quis est pauper: qui sibi videtur. Qui a multis timetur multos timet. Infœlicitatem erige: submitte fœlicitatem: infœlicis innocentiaꝝ. Nequicia ipsa sui pœna est. Mala conscientia sæpe tuta est: secura nunq̄ libidinis initia continebit qui ex ipsa cogitabit. Beneficij accepti nunq̄ oportet obliuisci: dati protinus. Inhoneſta

victoria est suos vincere. Satis est pœnarū potuisse puniri. Inimicitias tarde suscipe: amicias exerce moderate. Vanitates similiter depone. Imago animi sermo est. qualis vir talis oratio. Magna res est vocis ⁊ silentij tempora notum. Qui æquo animo malis immisceꝫ malus est. Neminez laudaueris. neminem cito accusaueris: semper puta te cum his testimoniū dicere. Vicium est omnia credere: vicium nihil credere. Vtendum est diuitijs: nō abutendum. Nullum putaueris locum sine teste excusationem quærere: vicium: sed oīa delinque ad dominum. Fortior est qui cupiditatem vincit: q̄ qui hostem subijcit: ⁊ difficil limū seipsum vincere. Inique irascitur qui suis irascit. Amare sic incipe tanq̄ nō liceat desinere. Magnaꝝ rerū etiaz si successus nō fuerit: honestus est ipse conatus. Nobilitas animi est generositas sensus. Nobilitas corporis generosus animus. Honestior est qui senectutē ad ocium q̄ in ociuz: ⁊ tūc incipiat laborare. Turpe spectaculuz præbet animꝰ æger. Nunq̄ sit tristis facies tibi incommodo alterius. Homo sum: quomodo deuitabo sæcularium reꝝ inuidiaz? Si fœlicitatez iactaueris multis diues eris. Quomodo optime potētiaz tuebor? Impotentia occasionis locum tenet innocentiæ proximum. Vbi confessio ibi remissio. Iræ? sæueritas in vicio est. Boni iudicis est dispensare non tantum quod damnandum sit: sed quia proximus iusticiæ modus sæueritas. Quietissimaz vitam agerent homines in terris si hæc duo verba a natura omniū rerum tollerent: meum ⁊ tuum. Qui paupertatez timet timendus est. Vires tuas amici magis sentiant beneficia q̄ iniurias. Pecunia non faciat auariciam: sed irritat. ideo semper indiges. Pecunia si tibi est: cui ius vsura morbi: mihi crede: nō potes diues esse ⁊ fœlix. Auribus frequentius q̄ lingua vtere. Quicq̄d dicturus es anteq̄ alijs dicito tibi. Nihil interest inter iratum ⁊ insanum: nisi vnus dies. alt̄ semp irascitur: alter semp insanit. Facillime bonis frueris: si ea vitaueris quæ victu paraberis. Cum alienos timueris: teipsum verere. naz sæpe sine alijs esse potes: sine te nunq̄. Si bene te instruxeris: pudeat deteriora facere. Quid persuaseris erit diex. quod cogitaueris erit i occasione. Alteri semper ignoscito: tibiipsi nunq̄. Tantum ad virtutem adiicies: quātuz ex voluptate abstraxeris. Stultum est somno delectari: ⁊ quasi mortem moliri. cum somnus assidua sit mortis imitatio. Bonis nocet qui malis parcit. multi cum alijs maledicit sibiipsis seruicia faciunt. Nihil turpius q̄ qui obiicit alteri quod sibi obiiciendum. Vt licentiosa mancipia animi imperio redige. linguam: libidinem: ventrem: cupiditatemque comprime. si non potes: paululum remitte. Sæpe ea quæ sanari ratione non poterant: sanata sunt tempore. Qui ꝓpter pecuniæ amorem ⁊ libidinum morit: ostendit se nunq̄ sui causa vixisse. Turpia ne dixeris. paulatim enim pudor per verba discutit. Sic habita: vt potius laudetur dominus q̄ domus. Consuetudinaria res est innocentia. non damnatio sed causa hominez turpem facit. merito pœna damnata est: damnatio imerito est damnari Si aliquid cogitaueris: cito apparebit conuersantibus. Videri vis ab omnibus: nunq̄ bonæ honestatis simulatio. Quod de alienis tractas: ex tuis iudices. Multi sunt obligandi: pauci offendendi. nam memoria beneficiox facilis est. Iniuriaꝝ obiurgationi semp aliquid blande admisce. facilius enim penetrant verba quæ molli vadunt via: q̄ aspera. Nemo enim se mutat: qui mutari se desperat. Quocum scribens aliquid dicturus es: scito morum tuox te hominibus chirographum dare. Qui in seruos irascitur ⁊ crudelis est: satis ostendit potestatē aduersus alienos sibi defuisse. Qui nescit tacere: nescit ⁊ loq̄. facilius est pauperi contemptum effugere q̄ diuiti inuidiam. bonus fruitur bona conscientia. Malis hominibus tutissimum est effugere. Nulla pusilla domus quæ multos amicos capit. Scire vti paupertate maxima fœlicitas. Acuit intentio: nimium frangit animum remissio Nunq̄ scelus scelere vincendum est. Bonus vir est eo qui eo perduxit affectu animum: vt non tantum peccare non velit: sed etiam non possit. Regnantibus peius multo periculum q̄ bis qui iudicantur. bi enim singulos timent. illi vniuersos. Nunquid fortis fortem se gloriabitur: quem corporis ægritudo efficit infirmum? Nunquid diues in operibus suis gloriabitur: cuius fur vel tyrannus abrupit? Nunquid nobilitas gloriabitur effecta: non nunq̄ indignis ⁊ miserabilibus seruiens? Diabolus aliquādo se gloriabatur interfectorē tuæ misericordiæ: nunc intergemiscit socios tuæ beatitudinis. Fugienda sunt omnibo modis: ⁊ abscindenda igni ac ferro: totoque artificio separanda: languor a corpore: imperitia ab animo: luxuria a mente: a ciuitate seditio: a domo discordia: a cunctis reb̄ itemperātia

De formula honeste vite ꝑ libr. cardinalibus.

Dixit quidaz amicorum omnia esse communia: 7 amicum seipsum esse alterum. Duorum tempoꝝ maxime habendam curaz: 7 eorum quæ acturi sumus: 7 eoruz quæ gessim⁹. Post deum veritatem colendam: quæ sola homines dijs proximos facit.

Explicit liber Lucij Annei Senecæ de moribꝫ.

Incipit liber Lucij Annei Senecæ de formula honestæ vitæ: vel de quattuor virtutibus cardinalibus.

Quattuor virtutum species multorum sapientum sententijs diffinitæ sunt: quibus animus humanus componi ad honestatem vitæ possit. Harum prima est prudentia. Secunda magnanimitas. Tertia continẽtia. Quarta iusticia. Singulæ tibi bis officijs quæ subsunt annexa sunt: ac bene moratum virum efficiunt.

De prudentia.

Si quis ergo prudentiam sequi desiderat: tunc ꝑ rationem recte viuet. 7 si oĩa prius existimet 7 perpenset: 7 dignitatem rebus non ex opinione multoruz: sed ex earum natura constituat. Nam scire debes: quia sunt quæ videantur esse bona: 7 non sunt. 7 sunt quæ videantur nõ bona esse: 7 sunt. Quæcunq; ex rebus transitorijs possides non mireris: nec magnũ existimes quod caducum est: nec apud te quæ habes tanq; aliena seruabis: sed pro te tanq; tua dispenses 7 vtaris. Si prudentiam amplecteris vbiq; idem eris: 7 prout rerum ac temporum varietas exigit: ea accõmodes ipsi: nec te in aliꝙ mutes: sed potius aptes. sicut manus: quæ eadem est cum in palmam extenditur: 7 cũ in pugnum astringitur. Prudentis proprium est examinare consilia: 7 non cito facili credulitate ad falsa prolabi. De dubijs non diffinias: sed suspensam tene sententiam. Nihil in expertum affirmes: quia non omne verisimile statim verum est. sicut 7 sæpius quod primum incredibile videtur: non continuo falsum est. Crebro siquidem faciem mendacij veritas retinet. Crebro mendacium specie veritatis obducitur. Nam sicut aliquando tristeꝫ frontem amicus: 7 blandam adulator ostendit. sic verisimilitudine coloratur veritas. 7 vt fallat vel surripiat coloratur. Si prudens esse cupis: in futura prospectum intende: 7 quæ possunt contingere animo tuo propone. Nihil tibi subitum sit: sed totum ante conspicies. Nam qui prudens est non dicit: non putaui quidem hoc fieri. quia nõ dubitat: sed spectat nec suspicatur: sed cauet. Cuiuscunq; facti causam require. cum initia inueneris: exitus cogitabis. Scito te in quibusdam debere perseuerare: quia cœpisti. quædam vo nec incipere in quibus perseuerare sit noxium. Prudens fallere nõ vult. falli non potest. Boni est viri etiaz in morte neminem fallere. Opiniones tuæ iudicia sint. Cogitationes vagas 7 velut somno similes non recipies: quibus si animus tuus oblectauerit: cum omnia disposueris tristis remanebis. sed cogitatio tua stabilis 7 certa sit: siue deliberet: siue quæret: contẽplet non recedat a vero. Sermo quoq; tuus nõ sit inanis: sed aut suadeat: aut moneat: aut cõsoletur: aut præcipiat. Lauda parce. vitupera parcius. Nam similiter reprehensibilis est nimia laudatio: vt imoderata vituperatio. Illa siquidẽ adulatione: ista malignitate suspecta est. Testimonium veritati: non amicitiæ reddes. Cum consideratione promittas. plenius q̃ promiseris præsta. Si prudens est animus tuus: tribus temporibus dispensetur. Præsentia ordina: futura prouide: præterita recordare. Nam qui nil de præterito cogitat perdet vitam: qui nil de futuro præmeditatur: in omia incautus incidit. Proponas in aio tuo futura mala 7 bona: vt illa sustinere possis: 7 ista moderare. Non semper in actu sis: sed interdum animo tuo requiem dato. 7 requies ipsa plena sit sapientiæ studijs 7 cogitationibus bonis. Nam prudens nunq; odio marcet. habet autem aliquando remissuz animũ nunq; solutum. accelerat tarda: perplexa expedit. dura mollit: exequat ardua. Scit eniz q̃d qua via aggredi debeat. 7 cito singula 7 distincte cuncta videt. Consilium peritoꝝ ex aptis obscura extimat: ex paruulis magna: ex proximis remota: ex partibus tota. Non te moueat dicendi auctoritas. nec quis: sed quid dicat intendito. nec cũ multis: sed quibuslibet placeas cogita. Id quære quod inuenire possis. Id disce quod potes scire. Id opta quod optari coram bonis potest. Nec altiori te rei imponas: in quã tibi stanti tremendũ: ascendenti cadendum sit. Consilia tibi salutifera aduoca. Cum tibi alludit vitæ prosperitas: tũc

te velut in lubrico retinebis ac sistes. nec tibi dabis impetus liberos: sed circumspicies quo eundum sit: vel quousq̄.

De magnanimitate.

Magnanimitas vo quæ ⁊ fortitudo dicitur: si insit animo tuo cum magna fiducia vives liber: intrepidus: alacer. Magni animi hominis bonum est non vacillare: constare sibi: ⁊ finem vitæ intrepidus expectare. Nil aliud magnum in rebus humanis: nisi animus magna despiciens. Si magnanimus fueris: nunq̄ iudicabis tibi cōtumeliam fieri. de inimico dices: non nocuit mihi: sed animū nocendi habuit. ⁊ cum illuz in potestate tua videris: vindictam putabis vindicare potuisse. Scito enim honestū ⁊ magnum genus vindictæ esse ignoscere. Neminem susurro apetas: neminez odias. palam aggredere. non geres conflictū nisi indixeris. nam fraudes ⁊ dolos imbecilluz decet habere Eris magnanimus si pericula nec appetas vt temerarius: nec formides vt timidus. nā nil timidū facit animū: nisi reprehensibilis vitæ conscientia. Mensura ergo magnanimitatis est nec timidū esse hoiem: nec audacem.

De continentia.

Ontinentiam vo si diligis: circumcide superflua: ⁊ in animum desideria tua constringe. Considera tecum quantum natura poscat: ⁊ non quantum cupiditas expetat. si continens fueris: eo vsque peruenieris vt teipso contentus sis. Nam qui sibiipsi satis est: cum diuitijs natus est. Impone concupiscentiæ tuæ frænum ⁊ modū quæ occulta voluptate animū trahunt reiice. Ede citra cruditatem. bibe citra ebrietatē. obserua ne in cōuiuio aut ī qualibet vitæ cōmunitate quos non imitaberis damnare videaris. nec præsentibus delicijs ibærebis: nec desiderabis absentes. Victus tibi ex re facili sit: nec ad voluptatem: sed ad cibum accede. Palatum tuum fames excitet: non sapores. Desideria tua parvo redime: quia hoc tantum curare debes vt desinant: atque quasi ad exemplar cōpositus diuinum: a corpore ad spiritum quantum potes te festina reducere. Si continentiæ studes: habita non amœne: sed salubriter. nec dominū esse velis notum a domo: ꝑ domū a domino. Non tibi ascribas quod nō eris: nec q̄ d es: nec maius q̄ es videri velis. Hoc maius obserua: ne paupertas tibi īmunda sit: nec parsimonia sordida: nec simplicitas neglecta: nec leuitas languida. ⁊ si tibi res exiguæ sunt: non tamen sint angustæ. nec tua despicias: nec aliena mireris. Si continentiam diligis: turpia fugito anteqū accidant. nec quēq̄ alium verebere plus q̄ te. Omnia tolerabilia præter turpitudinem crede. a verbis q̄z turpibus abstineto: quia eorum licentia imprudentiam nutrit. Sermones vtiles magis q̄ facetos ⁊ amabiles ama. rectos potius q̄ obsecundantes. Miscebis interdum seriis iocos: sed temperatos ⁊ sine detrimento dignitatis ac verecundiæ. Nam reprehensibilis risus est si īmodicus: si pueriliter effusus: si muliebriter factus. odibilem quoq̄ hominez facit risus aut superbus: aut darus: aut malignus ⁊ furtiuus: aut alienis malis euocatus. Si ergo ipsos iocos exigis: hos quoq̄ cum dignitate sapientiæ gere: vt te nec grauiē tanq̄ asperuz nec contemnat tanq̄ vilem. non erit tibi scurrilitas: sed grata vrbanitas. Sales tui sint sine dente. ioci sine vilitate. risus sine cachinno. vox sine clamore. incessus sine tumultu. q̄es tibi non desidia erit. ⁊ cum ab alijs ludit: tu sancti aliquid honestique tractaueris. Si continens es adulationes cuita. sitque tibi tam triste laudari a turpibus: q̄ si laudaris ob turpia. Lætio esto quotiens displices malis: ⁊ maloꝝ de te æstimationes malas veram laudationem tui scribe. Difficilimū continentiæ opus est assentationes adulationem repelliere. quaꝝ sermones animū voluptate resoluunt. Nullius per assentationem amicitiam merearis: nec ad tuam promerendam per hanc aditum pandas. Non eris audax nec arrogans submittes te: non proiicies grauitate seruata. Admoneberis libenter: ⁊ reprehenderis patienter. Si merito obiurgabit aliquis: scito quia profuit. si imerito: scito quia prodesse voluit. Non acerba sed blanda timebis verba. Esto viciꝝ fugax ipse: aliorum neq̄ curiosus scrutator: neq̄ acerbus reprehensor: sed sine reprobatione correptor. Ita vt admonitionez bilaritate præuenias. ⁊ errori facile veniam dato: nec extollas quenq̄ neq̄ delicias. Dicentium esto tacitus auditor: promptus receptor. Requirenti facile respondē: contemnenti facile crede: ne iurgia dissertationis descendas. Si continens es: animi tui motus corpisq̄ obserua ne indecori sint. Nec illos ideo contemnas quia latent. nam nil differt: si nemo videat: cum tuipse illos videas. Nobilis esto: non leuis. constans non pertinax. alicui⁹ nec scientiam habere te: nec ignotum sit: nec molestum. Omnes tibi pares facies. Inferiores

ſuperbiendo non contemnas. Superiores recte viuendo ne teneas. In reddenda officioſi-
tate neq; negligens neq; exactor appareas. Cunctis eſto benignus: nemini blandus: pau-
cis familiaris: omnibus æquus. Sæuerior eſto in iudicio q̄ in ſermone: vita q̄ vultu:
cultor dæmentiæ: deteſtator ſæuiciæ: bonæ famæ neq; tuæ ſeminator: neq; alienæ inui-
dus. Rumoribus: criminibus: ſuſpitiombus minime credulus vel malignus: ſed potius
qui per ſpeciem ſimplicitatis ad nocendum aliquibus ſumpuerit optatiſſimus: ad iraꝝ tar-
dus: ad miſericordiam pronus: in aduerſis firmus: in proſperis cautus ⁊ humilis: occul-
tator virtutum ſicut alij vitiorum. Vanæ gloriæ contemptor: ⁊ bonorum quibus prædi-
tus es non acerbus exactor. Nullius imprudentiam deſpiceas. Riari ſermonis ipſe: ſed lo-
quentium patiens. Sæuerus non ſæuus: ſed hilarem non aſpernans. Sapientiæ cupi-
dus ⁊ docilis. homines cum docent diſcunt. quæ noſti ſine arrogantia poſtulanti impar-
tiri: quæ neſcis ſine occultatione ignorantiæ tibi poſtula impartiri. Non conturbabit ſa-
piens mores publicos: nec populum in ſe vitæ nouitate conuertet. Juſticiæ poſt hæc vir-
tus eſt.

De iuſticia.

Vid eſt iuſticia: niſi naturæ tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta.
Et quid eſt iuſticia: niſi noſtri animi conſtitutio? Sed eſt diuina lex: ⁊ vinculum
ſocietatis humanæ. In hac nō eſt q̄ æſtimem? quid expediat: expedit tibi quicq̄d
illa dictauerit. Quiſquis ergo hanc ſectari deſideras: Deum time prius ⁊ ama: vt amaue-
ris a deo. Amabis enim deum ſi in hoc illum imitaberis: vt velis oīb⁹ prodeſſe ⁊ nulli
nocere: ⁊ tunc te iuſtum virum appellabunt: omnes ſequent̄: venerabunt̄: ⁊ diligent. Ju-
ſtus enim vt ſis non ſolum nō nocebis: ſed etiam nocentes prohibebis. naꝝ nil nocere nō
eſt iuſticia: ſed abſtinentia alieni eſt. Ab his ergo incipe vt non auferas: vt ad maiora pue-
haris: ⁊ alijs ablata reſtituas. Raptores quoq; ipſos ne alijs timendi ſint caſtiga ⁊ cohibe
Ex nulla vocis ambiguitate controuerſiam nectes: ſed animi qualitatē ſpeculare: nihil tibi
interſit an firmes: an vites. De fide ⁊ religione ſcias agi vbicunq; de veritate tractat̄. naꝝ
ſi iureiurando deus inuocetur: ⁊ non inuocanti teſtis eſt: tamen non tranſies veritatez: ne
iuſticiæ tranſeat legem. q̄ ſi aliquando coerceris vti mendacio: vtere non ad falſi: ſ ad veri
cuſtodiam. ⁊ ſi contigerit fidelitatem mendacio redimi: non mentieris: ſed potius excuſa-
beris. quia vbi honeſta cauſa eſt: iuſtus ſecreta non prodit: tacenda enim tacet: loquenda
loquitur: atque illi aperta ⁊ ſecura tranquillitas. vt dum alij vincant̄ a malis: vincant̄ ab
illo malo. Hæc ergo ſi ſtudere curaueris: lætus ⁊ intrepidus tui finez expectes. proſpicies
hæc triſticia bilaris: ⁊ tumultuoſa quietus: ſtrenuus ac ſecurus permanebis.

De menſura ⁊ moderatione prudentiæ.

Is ergo inſtitutionibus obſeruatis: quattuor virtutum ſpecies perfectum te faciēt
virum: ſi menſuram rectitudinis eaꝝ æquo viuendi fine ſeruaueris. Nam ſi pru-
dentia terminos ſuos excedat: callida ⁊ pauida cōmiſeris: inueſtigator latentium
⁊ ſcrutator qualiūcunq; noxarum oſtenderis: notaberis timidus: ſpecioſus: attētus. Sēp
aliquid quærens: ſemp aliquid timens: ſemp aliquid dubitans: ⁊ ſubtiliſſimas ſuſpitio-
nes ſuas ad animi tui apprehenſionem inpingas: monſtraberis digito aſtutia plenus: ver-
ſipellis ⁊ ſimplicitatis inimicus: contemplatorq; culpaꝝ: ⁊ poſtremo vno nomie vocaberis
a cunctis: malus homo. In bas ergo maculas prudentia imenſurata perducet: quicunque
in illa mediocri lance p̄ſiſtit: nec obtuſum in ſe aliq̄d habeat: nec verſutū.

De moderanda fortitudine.

Magnanimitas autez ſi ſe extra modum ſuum extollat: faciet virum minacē: inflā-
tum: turbidum: inq̄etum: ⁊ in quaſcunq; excellētias victoꝝ actoꝝ neglecta bone
ſtate feſtinum: qui momentis omnibus ſupercilijs ſurrigens vt beſtia. naꝝ quieta
excitat: alium ferit: alium fugat. Sed cuius audax ſit: impugnator tamen multa extra ſe
valentia ferre non poterit. Sed aut miſeꝝ apetit finez: aut erumnoſam ſui memoriaꝝ de-
relinquit. Menſura ergo magnanimitatis eſt: nec timidum eſſe hominez: nec audacez.

De modo temperantiæ.

Ontinentia deinde his terminis te aſtringat: caue ne parcus ſis: ne ſuſpitioſe ⁊ ti-
mide manū contrabas. Ne in minimis quoq; ſpeculuz ponas. Nam talis ⁊ tam
crūciſa vilis putabitur integritas. Hac ergo mediocritatis linea continentiam

De Remedijs Fortuitorū

obſeruabis: vt nec voluptati deditus prodigus ⁊ luxurioſus appareas. Nec auara tenacitate ſordidus: aut obſcurus exiſtas. Qualiter ſit moderanda iuſticia.

Iuſticia poſtremo eo mediocritatis tibi itinere regenda eſt: vt nec ductu iugiter leui īmotam ſemper animi rationē negligentia ſubſequatur. Corrigendi curaꝫ geras ſed neqꝫ licentiam peccandi: aut alludentibus proterue permittas: neqꝫ miſſum nimia rigiditate: ⁊ aſperitate: nil veniæ aut benignitati reſeruās. Humanæ ſocietati dur⁹ appareas. Ita ergo iuſticiæ regula tenēda eſt: vt reuerentia diſciplinæ eius: neqꝫ nimia negligētiæ cōmunitate deſpecta vileſcat: neqꝫ ſæueriori atrocitate durata gratiaꝫ humanæ amabilitatis amittat. Concluſio præmiſſorum.

Iquis ergo vitam ſuam ad vtilitatem non tantum pariat: ſed multoꝝ inculpabiliter cōponere deſiderat: Hanc prædictarum virtutuꝫ formulam pro qualitatibꝫ temporum: locorum: perſonarum atqꝫ cauſaruꝫ ſequatur eo mediocritatis inſiſtēs q̄ p abrupta altrinſecus præcipicia: aut ruentem corpori ſui deuitet inſaniā: aut efficientez pumat ignauiā. Deo gratias. Explicit tractat⁹ Senecæ de q̄ttuor virtutibꝫ ⁊ de formula honeſtæ vitæ:

Incipit Seneca ad Galionem de remedijs fortuitorum. Eſt oratio p dialoguꝫ ſenſus ⁊ rationis.

Icet cunctorū poetarū carmina gremiū tuū ſemper illuſtrent: aliqñ deliberans hoc tibi opuſculū pro accidentibꝫ caſibꝫ dirigere curaui. Quod nō præcedentes: ſed poſteri narrabunt. Vnde ergo primuꝫ incipimus: ſi tibi videt: a morte. Ab vltimo inquis? Immo a maxīo. Ad hoc præcipue gens humana cōtremit. Nec imerito ſibi videt hoc facere. Cæteri timores habent aliquem poſt ſe locuꝫ: mors omnia abſcidit. Alia nos torquent: mors omnia deuorat. Omniū quæ horremus ad hāc exitus expectat aliorūqꝫ per circuitum. Etiam qui aliqui ſe timere iudicant hoc timent. Quicqd aliud extimeſcimus: habet remedium aut ſolaciū. Si ergo te fortuna: aut aliquis tibi palam mortem minetur: omnes terrulas eius deludas.

Morieris: Iſta hominis natura eſt ⁊ non pœna. Morieris: Hac cōdictione intraui vt exirem. Morieris: Gētiū lex eſt vt quod acceperis reddere. Morieris: Peregrinatio eſt vita. Multa qum deambulaueris: deinde redeūdū eſt. Morieris: Putabam te aliquid noui dicere. Ad hoc veni: hæc ago: huc me ſinguli dies adducunt. Naſcēti mihi natura protinus hūc poſuit terminū. Quid habeo quo īdigner: hec verba iuraui. Morieris: Stultum eſt timere quod vitare non poſſis. Iſtud non fugitur ⁊ ſi differatur. Morieris: Nec primus nec vltimus. Omnes mihi anteceſſerunt: omneſqꝫ ſequent. Morieris: Hic eſt humani officij finis. Quis ſenex exactorem moleſte tulit? Quo tranſit orbis ego tranſibo. Quid ergo? Neſcio me eſſe animal rationale ⁊ mortale. Morieris: Nihil graue eſt quod ſemel eſt. Alienū nihil noui equidem. Cum eo creditore cōtraxi: cui detorqueri non poſſum. Morieris: Dij melius. Nemo hac re melius mortalibꝫ minari pōt.

Ed decollaberis. Quid intereſt vtrum cæſim moriar: an punctim? Sed ſæpe feries: ⁊ multi in te gladij concurrent. Quid refert an multa ſint vulnera? Non pōt amplius q̄ vnum eſſe mortiferum.

Eregre morieris: Vndeqꝫ ad inferos vna via eſt. Peregre morieris: Ego quod debeo: ſoluere paratus ſum. Videat fœnerator vbi me appellat. Peregre morieris Nulla terra eſt aliena mortuo. Peregre morieris: Non eſt grauior fors q̄ domi ſomnus. Peregre morieris: Hoc eſt in patriam ſine viatico peruenire.

Ed iuuenis morieris: Optimū eſt añqꝫ aptes mori. Iuuenis morieris: Hoc vnū eſt q̄d æque tā ad iuuenem q̄ ad ſenem pertinet. Non citamur exceſſu: nec exigit numerus annorum. Et adoleſcentes ⁊ impuberes eadē fati neceſſitas ducit. Optimū eſt mori: quz iuuat viuere. Iuuenis morieris: Quicunque ad extremū fati ſui venit ſenex moritur. Non enim refert quæ ſit hominis ætas: ſed quæ ſit meta. Iuuenis morieris: Fortaſſe alicui malo ſubducit me fortuna: vel nulli alij certe: vel ſenecturi.

Nſepultus eris. Quid aliud reſpondeā q̄ id Maronis: Facilis iactura ſepulchri Si nihil ſentio: non pertinet ad me iactura corporis inſepulti. Si ſentio: omnis

sepultura tormẽtũ est. Insepult⁹ iacebis: Quid ĩterest ignis mihi an fera comedat: an tempus omnium sepultura. Istud non sentienti superuacuum est: sentienti bonus. Insepult⁹ iacebis: Aut tu cõbustus: at tu obrutus: at tu indusus: at tu putridus: at tu euiscer atus ⁊ constrictus: at traditus lapidi: qui te paulatim edet ⁊ exiccet. Nulla est sepultura: non sepelіemur sed proiiciemur. Non sepelieris: Quid inter tutissima trepidas? Vltra pœnarum omnium terminum iste locus est. Vitæ multa debemus: morti nihil. Nõ defunctor causa: sed viuor inuenta est sepultura: vt corpora ⁊ visu ⁊ odore fœda amouerent. Alios terra obruit. Alios flãma cõsumpsit. Alios lapis redditurus inclusit. Sed nostris oculis parcimus.

Egroto: Venit tempus quo experimentum mei caperem. Non in mari tantum aut in prælio vir fortis apparet. Exhibebitur etiam in lecto virtus. Egroto: Non põt istud toto sæculo fieri. Aut ego febrem relinquaz: aut ipsa me. Semp vna esse nõ possumus. Cum morbo mihi res est: aut vincetur: aut vincet.

Male de te opinantur homines: sed mali. Mouerer si de me Marius: si Cato: si Lelius sapiens: si alter Cato: si duo Scipiones ista loquerẽtur. Nũc malis displicere laudari est. Non potest vllam auctoritatem habere sententia: vbi qui damnãdus est male de te loquitur. Male de te loquuntur: Mouerer si iudicio hoc facerẽt: nũc morbo faciunt. Non de me loquuntur: sed de se. Male de te loquũtur. Bene nesciunt loqui. faciunt non q̃ mereor: sed q̃ solent. Quibusdam enim canibus sic innatum est: vt nõ pro veritate: sed pro consuetudine latrent.

Exulabis: Erras qum omnia fecerim: patriam meam transire non possuz. Omniũ vna est. Extra hanc nemo proficisci potest. Exulabis: Non patria mihi interdicit: sed locus. In quãcũq; terram venio: meam inuenio. Nulla terra exiliuz est: sed altera patria est. Non eris in patria. Patria est vbicunq; bene est. Illud autez per quod bene est in homine non in loco est. In illius potestate est quid sit illa fortuna. Si enim sapiẽs est: peregrinabitur. Si stultus: exulat.

Dolor iminet. Si exiguus est feramus. Leuis enim est patientia. Si grauius est feramus. Non leuis est gloria. Dolor damorem exprimit: sed secreta nõ expiat. Nõ potest homo par dolori esse: nec rationi dolor. Dura res est dolor: immo tu mollis. Pauci dolorem ferre potuerunt. Simus ex paucis. Imbecilles natura sumus. Naturaz infamare nolite. Illa nos fortes genuit. Fugiamus dolorem. Quid q̃ ille sequitur fugiẽtes.

Paupertas mihi grauis est: immo tu grauior, paupertati. Non in paupertate vicii est: sed in paupere. Illa expedita est: hilaris: tuta. Nescis te opinione non re laborare. Pauper es quia videris. Pauper sum. Nihil deest auibus. Pecora in diem viuũt feris ad alimenta sollicitudo sua sufficit. Accepit ille grandem pecuniam: absq; dubio superbiam accepit.

Non sum potens. Gaude: quia impotens non eris. Iniuriam accipere potero. Gaude: quia facere non poteris. Magnam pecuniam habet. Nominem illum iudicas arca est. Quis ærario: quis plenis loculis inuidet? Et ista quẽadmodum pecuniæ æstimas: pecuniæ loculus est. Multuz habet: vtrum auarus: aut prodigus est. Si auar⁹ non habet. Si prodigus: non habebit. Iste quem beatum credis: sæpe volet: sæpe suspirat. Multi illuz comitantur. Vel muscæ sequuntur. Cadauera lupi. Frumẽta formicæ. Prædam sequitur ista turba: non hominem.

Pecuniam perdidi: Fortasse te illa perdidisset. Pecuniam perdidi: Habebis vnum periculum minus. Pecuniam perdidi: O te fœlicem: si cũ illa auaritiam perdidisti. Sed si manet illa apud te: es tamen vtcũq; fœlicior: quoniã tanto malo materia subducta est. Perdidisti pecuniã: Et illa quidẽ ꝯmultos. Eris nũc ĩ via expeditior. Domi tutior. Nõ habebis sed nõ timebis hæredẽ. Exoneraut te fortũa si ĩtelligis: ⁊ tutiore loco posuit. Damnuz putas: ⁊ remediũ est. Defles gen⁹: miseq; te clamas q̃ opib⁹ excussus es. Tuo vicio ista iactura tã tristis est. Non tam moleste feres: si tanq̃ perditurus habuisses. Perdidisti pecuniam: Nempe quam vt tu haberes: alius perdiderat.

Oculos pdidisti: habet ⁊ nox suas voluptates. Oculos perdidisti. Ex̃multis cupiditatib⁹ via incisa est. Ex̃multis hominibus carebo: quos ne videre eruendi erat.

Hic Seneca. Incipit.

Non intelligis partē innocentiæ esse cæcitatē. Oculi adulterium mōstrant ⁊ mala omnia. Certe irritamenta sunt viciōꝝ: ducesque scelerum.

Nisisti liberos. Stultus es si defleas mortē mortaliū. Quid istud aut nouuꝫ: aut mirꝫ est? Q̄ rara est sine isto casu domus. Quid si fœlicē voces arborē: a qua stāte cadūt ipsa poma? Et hic tuus fructus est. Ducunt ex plæbea domo funera: ducunt ⁊ ex regia. Non est idem ordo fati: qui ⁊ ætatis. Non quomodo q̄sq̄ venit emittit. Quid inde est quo indigneris? Quid contra expectationē tuā euenit? Periere perituri. Sed ego illos superstites optabā. Dex hoc nemo tibi promiserat. Perierunt liberi mei: Habebant illi cuius essent magisq̄ tui: apud te precario morabantur. Educandos tibi fortuna mandauit. Hecæpit illos: non abstulit.

Naufragiū pertuli. Cogita q̄ non perdideris: sed euaseris. Nudus exij. Existi quum perire potuisti vna cum omnibus.

Nlatrones incidi. Alius in accusatores. Alius in fures. Alius in fraudatores. plena est insidijs via. Noli conqueri q̄ incideris: vex gaude q̄ euaseris. Inimicos graues habeo. Quomodo aduersus feras munimenta conquires: quō aduersus serpentes: sic aduersus inimicos auxilia circūspice. Quibꝫ illos aut arceas: aut compescas: aut quod optimū est places. Inimicos habeo. Illud est peius: q̄ amicos non habeas.

Nicum perdidi. Jam eum te habuisse certū est. Aliuꝫ quære. Et ibi eum quæras vbi inuenire possis. Quære inter liberales artes: honesta ⁊ recta officia. Quære in laboribus. Ad mensaꝫ ista res nō quæritur. Quære aliquē frugi. Perdidi amicū. Fortē animū habe si vnū. Erubesce si vnicuꝫ. Quid tu in tanta tempestate ad vnam anco/ram stabas?

Xorem bonam amisi. Verum inueneras bonam an feceras? Si inueneras: habere te posse ex hoc intelligas licet habuisti. Si feceras: bene spera. Res periit: saluus est artifex. Amisi vxorem bonam. Quid in illa probas? pudicitiam. Q̄ multæ diu custoditaꝫ perdidere. Decus. Q̄ multæ inter probatas matronalis ordinis esse cœperunt postea inter exempla naturaruꝫ. Delectabat te fides eius. Q̄ multas ex optimis coniugibꝫ pessimas videmus: ex diligentissimis solutissimas. Omniū imperitoꝝ animus quidē maxime in lubrica muliere. Si bonam vxorem habuisti non potes permansuram affirmare in ullo proposito. Nihil tam mobile q̄ fœminaꝝ voluntas. Nihil tam vagum. Nouimus vetex matrimonioꝝ repudia. Et phædiores diuortio: male cohærentium rixas. Q̄ multæ quos i adolescentia amauerunt in cōmuni reliquere senectute: quotiens anile diuortiū risi mus: q̄ multaruꝫ amor odio notiore mutat? est. Sed hæc ⁊ fuit bona ⁊ fuisset. Mors effecit: vt affirmare sine periculo possis. Bonā vxorem amisi: Inuenies si nihil quæris nisi bonam. Dūmodo ne imagines: proauosq̄ respexeris. Nec patrimoniū cui iam ipsa nobilitas cessit. Ista diu cum forma repugnabunt. Faciius reges animū: nulla vanitate tumentem. Non multum abest a contemptu viri: quæ se nimis conspicit. Duc bene institutaꝫ nec maternis inquinatam vicijs. Non cui munus sit in dote q̄ in veste. Amisi vxoreꝫ bonā. Multos tibi numerare possum: quibus bonam vxorem lugentibus: successit melior.

Dis exilium: luctus dolor: non sunt supplicia: sed tributa viuendi. Neminē illesum fata transmittunt. Fœlix est: non qui alijs videtur: sed qui sibi. Videas autē q̄ domi sit ista fœlicitas rara. Vicina est miseriæ: habet enī aliquid trahitq̄ ex ea.

Explicit tractatus Senecæ ad Galionem de remedijs fortuitorum.

Incipit liber declamationum Senecæ.

Xigistis rem magis iucundam mihi q̄ facilem. Jubetis enim iudicare quid de his declamationibꝫ sentiā quæ in ætatem meā inciderunt: ⁊ si qua memoriæ meæ nōdū elapsa sūt: ab illis dicta colligere. Vt q̄uis noticiæ vestræ subtracto sint: tñ non credatis tantū de illis: sed etiā iudicetis. Est fateor iucundū mihi redire in antiqua studia melioriq̄ annos respicere: ⁊ vobis quærentibꝫ q̄ tantæ opinionis viros audire nō potueritis detrahere iuuenā tempoꝝ. Sed cū multa iā mihi ex me desiderandi senectus fecerit: oculoꝝ aciē retuderit: aurū sensum hebetauerit: neruoꝝ firmitatem

fatigauerit inter ea quæ rettulit. Memoria est res ex oīb⁹ partib⁹ animi: maxime delicata ⁊ fragilis: in quā primū senect⁹ incurrit. Hāc aliqñ in me floruisse: vt ⁊ nō tñ ad vsuz sufficeret: sed in miraculū vsq; procederet. Nā duo milia nominū recitata quo ordine erāt dicta referebā: ⁊ ab his qui ad audiendū præceptorē nostrum conuenerāt: singulos versus ad singulos datos cum plures q̄ ducenti efficerentur: ab vltimo incipiens vsq; ad primū recitabā. Nec ad cōplectendū tantū quæ vellem veloz erat mihi memoria: sed etiā ad cōtinēda quæ acceperat. Nūc autē ⁊ ætate quassata: ⁊ longa desidia: quæ iuuenilē quoq; animum dissoluit: eo perducta est: vt etiam si possit aliquid præstare: tamen promittere non possit: ⁊ diu ab illa non repetiui. Solebat bone fidei esse. Nunc quia iubetis quid possit experiar: ⁊ illam cum cura scrutabor. De parte enim spero bene. Nam quæ apud illaz: aut puer: aut iuuenis deposui: quasi recentia aut modo audita sine cunctatione profert. Ēt siqua illi intᵉ proximos annos commisi: sic perdidit ⁊ amisit. Vt etiam si sæpius ingeram: totiēs tanq; noua audiam. Itaque ex memoria quod vobis satis sit superest. Neque enim me de his interrogatis quæ ipi audistis: sed de his quæ ad vos vsq; nō peruenerūt. Fiat q̄ vultis: mittatur senex in scholas. Illud necesse est in patrez ne me veletis: q̄ certum aliquē ordinē sequi in contrahendis quæ mihi occurrerent. Necesse est enim per omnia studia mea errez: ⁊ passim quicquid obuenerit controuersiaz apprehendaz. Sententiam forte ponam pluribus locis in vna declamatione dictas. Non enim dum quæro aliquid inuenio: sed sæpe: quod quæreti non comparuit: aliud agēti præsto est. Quædā vo quæ obuersantia mihi etiam si ex aliqua parte se sunt ostendentia: non possum occupare eadem securo ⁊ reposito animo subito emergunt. Aliquando etiam seriam rem agenti ⁊ occupato sententia diu frustra quæsita: intempestiua molesta est. Necesse est ergo me ad delicias componaz memoriæ meæ quæ paret mihi olim precarioz. Facitis autem iuuenes mei rem necessam ⁊ vtilem: q̄ non contenti exemplis sæculi vestri: prouisq; vultis agnoscere. Primū quia quo plura exempla specta sunt: plus in eloquentia proficitur. Non est vnus quamuis præcipuus sit imitandus. Quia nunq; par fit imitatoz auctoritati. Hæc natura est rei: Semper est citra veritatem minoz est similitudo. Deinde vt possitis æstimare quantuz quotidie ingenia decrescant: ⁊ nescio qua iniquitate: ⁊ ad malum pronitate naturæ: eloquentia se retro tulerit. Quicquid romana facundia habet: quod insoleti gratiæ: aut opponat: aut præferat: circa Ciceronem offloruit. Omnia ingenia quæ lucem nostris studijs attulerunt: tūc nata sunt. In deterius quotidie data res est: siue luxu temporum. Nihil est enim tam mortiferum in ingenijs q̄ luxuria: siue cum plurimum pulcherrime rei cecidisset: translatum est omne certamen ad turpia: multo honore: quæstuq; ingentia: siue fato quodam cuius maligna perpetuaq; in omnibus rebus lex est. Vt ad summū perducta: rursus ad infimū: velocius q̄dez q̄ ascenderat relabantur. Torpent enim ecce ingenia desidiosæ iuuentutis. Nec vigilatur in laboze vllius rei honestæ. Somnus lāguoq; ac somno ⁊ lāguoze turpioz: malarum reruz industria inuasit animos. Cantādi: pulsandi: saltandiq;: obscæna studia: effœminatos tenent: ⁊ capillum frangere: ⁊ ad mulieres blandicias vocem extenuare mollicie corporis certare cum fœminis: ⁊ immundissimis se excolere mundicijs nostrorum adolescentiū specimen est. Quis æqualium nostrorum? quis dicam satis ingeniosus: satis studiosus: imo quis satis vir est? Emolliti: enerueq;: q̄ nati sunt: iuiti manēt: expugnatores alienæ pudicitiæ negligētes suæ. In hoc nec dij tantū mali permittant: vt cadat eloquentia: quam non mirarer: nisi animos in quos se conferret eligeret. Erratis optimi iuuenes nisi illam vocez nō magni Catonis sed oraculi creditis. Quid enim est oraculum? Nempe voluntas diuina: hominis ore enunciata. Et quē tan dē antistitē sanctioꝛem inuenire sibi diuinitas potuit: q̄ Catonem per quē humano generi non præciperet: sed conuicium faceret. Ille ergo vir quid ait. Orator est mi fili: vir bonus: dicendi peritus. Ite nunc atq; istis fluxis atq; expolitis: ⁊ nusq; nature in libidine viris: quærite oratores: merito talia habent exempla: qualia ingenia. Quis est qui nunc memoriæ studeat? Quid non dico magnis viribꝰ: sed suis placeat Sententias a disertissimis viris factas: facile ī tantā hominū desidia pflui dicunt: ⁊ si acerrimā eloquentiā: quā præstare non possunt: violare non desinunt. Eo libenti⁹ q̄ exigitis fadam. Et quæ cunq; a celeberrimis facundiæ viris dicta teneo: ne ad quēq; prauatum perti neant: populo dedicabo. Ipsis quoq; multū præstaturus videoꝛ quibꝰ obliuio īminet: vt

aliquid tradatur posteris: quo memoria eorū producatur. Fere enī aut nullius cōmētarij maximoꝝ declamatoꝝ extant: aut quod peius est: falsa. Itaq; ne aut ignoti sint: aut aliter q̄ debeant noti: summa cum fide suū cuiq; reddam. Omnes autem magni nominis in eloquentia videor audisse præter Ciceronem. Nec Ciceronem quidem ætas mihi eripuerat: sed bellorum ciuilium furor: qui tunc totum orbem peruagabatur quo intra Coloniaꝝ meā me continui. Illioquin potuissem eum audisse in illo atriolo in quo duos grandes præterstatos: aut secus declinare potui: ⁊ id ingenium quo solus populus romanus par imperio suo habuit cognoscere: ⁊ quod vulgo de alio dici solet. sed in illo proprie debet qui potuit viuam vocem audire. Declamabat autem Cicero non quales nunc cōtrouersias dicimus: nec tales quidem: quales ante Ciceronem dicebant: quas thesis vocabant. Hoc autem genus materiæ quo nos exercemur: adeo nouum est: vt nomen quoq; eius nouum sit. Controuersias nos dicimus. Cicero causas vocabat. Hoc ꝯo alterum nomen græcum est: sed in latinū ita translatum vt pro latino sit. Scholastica controuersia multo recētius est: sicut ipsa declamatio: quia apud nullum auctoreꝝ antiquū: ante ipsum Ciceronem ⁊ Caluum ī ueniri potest: qui declamationem distinguit. Fit enim declamare est iam non mediocriter dicere bene. Alterum putat domesticæ exercitationis. Alterum esse veræ actionis. Modo hoc nomen prodijt. Nam ⁊ studium ipsuꝝ nuper celebrari cœpit. Ideo facile est mihi ab incunabulis nosse reꝝ post me nataꝝ. In alijs autem ante beneficium vobis daturus sum ne scio in vno accipio. Latronis enim Porcij charissimi mihi sodalis memoriā sæpius cogor retractare: ⁊ a prima puericia vsq; ad vltimū eius diem productam familiarē amicitiā cuꝝ voluptate maxima repetā. Nihil illo viro grauius: nihil illo suauius. Nihil eloquentia eq̄ dignius. Nemo plus ingenio suo imperauit. Nemo plus indulsit. In vtraq; pte vehemēti viro modus deerat: nec intermittere studia sciebat: nec repetere. Cū se ad scribendū concitauerat: iungebat noctib; dies: ⁊ sine interuallo grauius sibi instabat: nec desinebat nisi defecerat. Kursus cū se dimiserat in oēs luxus: ⁊ in omnes iocos resoluebat. Cum ꝯo se siluis montibusq; tradiderat: omnes illos agrestos in siluis ac montib; natos: laboris patientia ac venandi solertia puocabat. ⁊ in tantā sic viuēdi puenerat cupiditatē: vt vix posset ad pristinē cōsuetudinē retrahi. Fit cū sibi dimiserat animū ⁊ se blandiedo quoad dixerat reuocabat: tantus viribꝫ icūbebat in studiū: vt nō tm̄ mihi pdidisse: sed multuꝝ acq̄siuisse desidia videret. Omnib; quidē pdest subiectū animū relaxare. Excitat enī ocio vigor: ⁊ ois tristicia quæ cōtinuatiōe pertinacis studij adducit: fœminaꝝ hilaritate discutit. Nulli tm̄ intermissio manifestius proderat: quotiens ex interuallo ꝺixerat: multo acrius violentiusq; dicebat. Exultabat enim nouato ⁊ integrato robore: ⁊ tantum ad se exprimebat: quantum cupierat. Nesciebat dispensare vires suas: sed imoderati aduersum se imperij fuit. Ideoq; studium eius prohiberi debebat: quia regi non poterat. Itaq; solebat ipse cum se assidua: ⁊ nunq̄ intermissa contentione sentire ingenij lassitudinem: quæ non minor est q̄ corporis: sed occultior. Corpus illi erat: ⁊ natura solidum: ⁊ multa exercitatione duratum. Itaq; nunq̄ eum ardentis impetus animi deseruit. Vox robusta: sed sordida lucubrationibus ⁊ negligētia: non natura infuscata. Non beneficio: tamē latex quos tenebat ī ore extollebat. Et quāuis inter initia parum attulisse videatur: ipsa actione accrescebat. Nulla nunq̄ illi cura vocis exercendæ fuit. Illum sortem agrestem: hispanæ consuetudinis morem non poterat dediscere. vtrunque res tulerat ita viuere. Nil vocis causa facere. Non illam per gradus paulatim ab imo vsq; ad summum perducere. Non rursus a summa contentione paribus interuallis descendere. Non sudorem olei vnctione discutere. Non latus ablutiōe reparare. Sæpe cum per totam lucubrauerat noctem: ab ipso cibo statim ad declinandum perueniebat. Jam ꝯo cum rem inimicissimam corpori faceret: vetari nullo modo poterat. Post cœnam fere lucubrabat. Nec patiebatur alimenta per stomachum: somnum quietemque æqualit digeri: sed perturbata ⁊ dissipata in caput agebat. Itaq; oculorum aciem confuderat: ⁊ colorem mutauerat. Memoria ⁊ natura quidem fœlix: sed plurimum adiuta arte. Nunq̄ illa quæ dicturus erat: ediscendi causa relegebat. Ediscerat illa cum scripserat. Cum id ī illo magis mirabile videri possit: q̄ nec lente ⁊ anxie: sed eadem pene quo dicebat impetu scribebat. Illi quidem qui scripta sua torquent qui de singulis verbis in consilium veniunt: necesse est: quæ totiens animo suo admouerint: nouissime afficiant. Fit quocunque

Declamationū liber 1

stilus est velox: tardior memoria est. In illo non tantuz naturalis memoriæ fœlicitas erat sed ars sūma ad apprehendenda quæ teneri debebat: & ad custodienda. Adeo vt omnes declamationes suas quisq; que diceret teneret. Jam itaq; superuacuos sibi fecerat codices: Hebat se scribere in animo cogitata. Dicebat ita: vt in nullo nūq; verbo eum memoria deceperit. Historiarum omniū summa noticia. Jubebat aliquem nominari ducem: & statim eius acta cursu reddebat. Adeo quæcunque in animū eius semel ascenderent: in promptu erant. Video vos o iuuenes mei plus iusto in hanc eius virtutem obstupescere. Alia vos in illo mirari volo. Hoc tantum vobis mirum videtur. nō operosa potest tradi arte. Intra exiguum paucissimorum dierū tempus: poterit quilibet facere id quod Cineas fecit: q̄ missus a Pyrrho legatus ad Romanos: postero die nouus homo & senatū: & omnē urbanā circumfusam senatui plebem: nominibus suis persalutauit. Aut quid ille fecit: qui recitatum a poeta carmen nouum suum esse dixit: & protinus memoria recitauit. Cum hoc ille cuius carmen erat: facere non posset. Aut quod fecit Hortesius qui Verisimia prouocatus in actione pedit diem totū: & omnes res: & precia: & emptores: ordine suo recensuit: argētarijs recognoscentibus: ita vt in nullo falleret. Cupitis statim ista discere. Suspendā cupiditatē vestrā: & facā alteri beneficio locū. Interim hoc vobis in quo obligatus sum psoluam. Plura fortasse videor de latrone meo vobis q̄ audire desideratis exposuisse. Ipse quoq; hoc præuideram futurum vobis: vt memoria eius quotiens occasio fuisset difficulter euelleret. Tamen nec his contentus ero: sed quotiens me inuitauerit memoria libentissime faciam. Vt illum totum: et vos cognoscatis: & recognoscam illum. Illud vnum non differaz: Falsam opinionem de illo in animis hominum conualuisse. Putant enim fortiter quide: sed parum subtiliter eum dixisse. Cum in illo siqua alia virtus fuit: etiam subtilitas fuerit. Id quod nunc a nullo fieri aduerto: semper fecit. Nunq; inciperet sedēs: quæstiones eius quod dicturus erat controuersiæ proponebat: quod summæ fiduciæ est. Ipsa enim actio multas latebras habet. Non facile potest siquo loco subtilitas fuerit apparere. cum oratiōis cursus iudicium audientis impediat: dicentis abscondat. Vbi vero nuda proponuntur membra: siquid aut numero: aut ordine excedit: manifestum est. Quid ergo? vnde hæc de illo fama? Nihil est iniquius his qui nunquam putant esse subtilitatem: & in illo cum omnes oratoriæ virtutes essent: hoc fundamentuz tot & tantis superstructis molibus obruebatur. Nec deerat in illo: sed non eminebat. Et nescio an maximū vicium subtilitatis sit: nimis se ostendere. Magis nocent insidiæ quæ latēt. Vtilissima est dissimulata subtilitas quæ effectu apparet: & habitu latet. Interponam itaq; aliquibus locis quæstiones controuersiarum sicut ab illis compositæ sunt. Non his argumenta subtexam: nec & moduz excedam: & propositū tā meum q̄ vestrum cum vos sententias audire velitis: & quicquid ab illis adduxero molestum futurum sit. Hoc quoq; latro meus faciebat: vt amaret sententias: cum condiscipuli essemus apud Maxilluz rhetorem: hominem satis aridum: paucissimo bello: sed non vulgato genere dicentem: cum ille exilitatem orationis suæ imputaret controuersiæ. & diceret: Necesse est me per spinosum locum ambulantem suspensos pedes habere. Videbat latro: Non me hercle tui pedes spinas calcant: sed habent. & statim ipse dicebat sententias q̄ interponi argumentis: q̄ maxime declamātis & maxilli possent. Solebat autez & hoc genere exercitationis vti. Vt aliquo die nil præter epithimata scriberet: aliquo die nil præter enthymemata: aliquo die nil præter has translatiuas: quas propie sententias dicimus quæ nihil habent cum ipsa controuersia implicitum: sed satis apte alio transferuntur tāq; quæ de fortuna: de crudelitate: de sæculo: de delicijs dicuntur. hoc genus sententiarum supellectilē vocabat. Solebat schemata quoq; p se quæcūq; erat cōtrouersia scribere. Et putant illū homines hac virtute caruisse. Cum ingeniū quidem eius hac vote abundauerit: iudicium autem eius fuerit strictius. Non placebat illi orationem iflectere: nec vnq; recta via discedere: nisi cum hoc aut necessitas coegisset: aut magna suasisset vtilitas. Schema obscura negabat decoris causa inuenta: sed subsidij. vt quod palam aures offensurum esset: si palā diceret: id oblique & furtiz surriperet. Summā quidem eius esse dementiam: detorquere orationem: cui rectam esse liceret. Sed iam diutius vos nolo morari. Scio q̄ sit odiosa Circensibus pompa. Ab ea autem controuersia incipiam: quam primum declarasse latronem meum memini admodum iuuenem in Maxilli schola: cum iam cœpisset ducere diem.

Declamationū liber .i.

Incipit declamatio prima primi libri: quæ est de patruo abdicante nepotem: quem prius adoptauerat. Rubrica

Iberi parētes alant: aut nunciant. Duo fratres dissidebāt inter se. alteri filius erat. Patruus in ægestatem incidit. Patre vexante: adolescēs illū aluit Ob hoc abdicatus tacuit. Adoptatus a patruo est. Patruus accepta hæreditate locuples factus est. Ægre cœpit pati. Vetāte patruo aluit illum filius Abdicatur. Contradicat. Prima pars p nepote. Rubrica

Iam productus erat: vt omnem spem vltimorum alimentorum in ea sola domo poneretur: in qua habebat abdicatum z inimicum. Ipse inquit alui me vexit. Imitationem alienæ culpæ innocentiam vocas. Omnis instabilis z incerta fœlicitas est. Quis crederet iacentem super crepidine Marium: aut fuisse consulem: aut futurum? Quid non timidum fœlicibus putas? Quid desperandum infœlicibus? Ne circa plura instabilis fortunæ exempla te mittaz: vide quibus alimenta rogentur: z quis roget Non sum hospes grauis. Vnum senem aduoco. Hoc tibi vicio placui pater. Periret totus orbis nisi iram finiret misericordia. Iactatus inter duos patres: vtriusque filius: semper tamen fœlicioris abdicatus. Illud tamen pater: deos testor: diuitem te relinquo. Circuibo tecum pater limina aliena. Omnibus ostendam: z me qui alimenta dedi: z te qui negasti. Abdicari non possum ob id quod feci: lege cogente. Quid si flere me vetes: cum video hominem calamitosum. Non sunt affectus nostri in nostra potestate. Quædam iura nō scripta: sed scriptis oibus certiora sunt. Pars altera p patruo cōtra nepotē.

Fescere proposuit ex mea inuidia homo qui se melius iactare potest: q̄ defendere. Justus meus mœtus est: ne hæredem ingratum scribam: inimicum relinquam. Etiam si tu non odisti eum qui fecit mihi iniuriam: tamen ego odi illum qui fecit tibi. Desinit esse filius qui non tantum a patre abdicatus: sed ab alio adoptatus est. Audite q̄sulde æquerim. Fratrem rogaui. Quis es tu: qui de facto patrum feras sententiaz Ad te arbitrum odia nostra non mittimus. Judices habebimus deos.

Extra controuersiam.

Imis Alfius flauus prætestatus an prætextius controuersias declarabat. Semp autem commendabat eloquentiam eius: aliqua res est extra eloquentiam. In puero clæmentia. Lenocinium erat ingenij ætas.

Declamatio secunda de virgine prostituta.

Acerdos casta: castis puris pura fit. Quædam virgo a piratis capta venit. Empta a lenone: z prostituta est. Venientes ad se exorabat. Stupem militem qui ad se venerat: cum exorare non posset: eum luctantem: z vim inferre volentem: occidit. Accusata. Absoluta. z reuersa ad suos est. Petijt sacerdotium. Contradicatur.

Prima pars contra virginem petentem sacerdotium.

Acerdos vestra adhuc in lupanari viueret: nisi hominem occidisset. Quid mihi sacerdotem cuius precaria est castitas. Id enim deerat vt templa eas recipiant: quas aut carcer: aut lupanar eiecit. Indignam te sacerdotio dicerem: solum si trāsisses per lupanar. Fortuna inquit: pati coegit: z misereri debent omnes mei. At nos miserandas non facimus sacerdotes. Nec est apud nos maximus bonos vltimorum malorum solacium. Ita domi custodita est vt rapi posset. Ita chara fuit suis vt non redimeretur. Ita rapta pepercere piratæ vt lenoni venderet. Sic emit leno vt prostituerat. Sic venientes deprecata est: vt ferro opus esset. Mouet me respectus omnium virginum: si in ciuitate nulla inueniri potuit: nec meretrice castior: nec homicida purior. Nulla est satis pudica de qua q̄ritur. Omnes inquit exoraui. Si quis dubitat an meretrix esset. Audite q̄ blanda sit. Donamus tres sacerdotium petere. Vnam quæ rapta sit. Alteram quæ prostiterit. Tertiam quæ hominem occiderit. Omnibus negabo.

Pars altera pro virgine petente sacerdotium.

Oluerunt dei esse miraculo: In captiua libertatē: In prostituta pudicitiaz: In homicida innocentiaz. Narrare sane omēs tanq̄ ad prostitutam venisse. duz tanq̄ a sacerdote discesserint: q̄ pudica sit miles ostēdit: q̄ innocens iudex: q̄ fœlix recit⁹. Int̄ tot pericula duj illesaz nō seruasset: nisi eā sibi seruaturi fuissent. Tot⁹ popul⁹ ad seruādā

pudicitiaꝫ cōtulit: q̄quid ad violandaꝫ attulerat. Dicat pudicitiaꝫ suaꝫ diis q̄bꝰ debet.

Extra controuersiam.

Onge recedendum est ab omni obscœnitate verboꝝ ⁊ sensuum. Quædam satis est causæ detrimento tacere: ꝯ inuerecunde dicere.

Declamatio tertia de incesta saxo deiecta. Rubrica.

Incesta saxo deiiciatur. Incesti damnata anteꝯ deiiceret vestam inuocauit. deiecta vixit. Repetit ad pœnam. Contradicitur.

Prima pars contra incestam.

D enim decerat vt modestioꝛ in saxo esset: ꝯ in sacrario fuerat. Dubitari nō potest quin tamdiu deiicienda sit: donec efficiatur per quod deiecta est. Patrocinii suuꝫ putat pereundi infœlicitatem. Quid importuna muliere imprecer: nisi vt ne bis q̄ dem deiecta pereas. Exponam cum quo stuprum vel quando commisit. Quia probaui: ista damnastis. Non putas legem cauisse vt perires: quæ cauit quemadmodum perires. Male de diis existimas: si sacerdoti suæ tam sero occurrerunt. Ita dii maluerunt damnaꝛ tam absoluere: ꝯ sacerdotem. Pars altera pro incesta.

Damnata deiecta est: absoluta descendit. Putares puellam nō deiici: sed dimitti. Lex sacerdotem nō ad saxum vsque deferret: nisi sententiam deoꝝ expectaret. Erat altitudo montis etiaꝫ secure aspicientiby horrenda.

Declamatio quarta quæ de forti sine manibꝫ. Rubrica.

Dulterum cuꝫ adultera quis deprehenderit: dum vtrunꝯ corpus interficiat: sine fraude sit: liceat adulterum ⁊ in matre filio vindicare. Vir fortis in bello manus p didit. Deprehendit adulterum cum vxore: de qua filium adolescentem habebat. Imperauit filio vt occideret. Non occidit. Adulter effugit. Abdicat filiū. Contradicit.

Prima pars pro forte contra filium. Rubrica.

Olus ego ex omnibus maritis nec adulterum dimisi: nec occidi. Quis nō putet: aut me sine filio: aut filium sine manibus. Contemptus est iste a quo sciem⁹. Cum adulteros deprehendi: tunc primū sensi me manus in bello perdidisse meas. domi etiam filij manus perdidi. Tam frustra ad filium: ꝯ ad gladium cucurri. In bellum non præuenit: ⁊ ante patrem ꝯ patri negauit manus. vsꝯ eo pugnauit pro nobis: vt pro se nō posset. Adolescens quos dimisisti sequere. Non potui inquit matrem occidere. Quo sis ex cusatioꝛ addice ⁊ patrem.

Pars altera contra fortem hominem pro suo filio. Rubrica.

Iterum putauit paricidium: matrem coraꝫ patre occidere. Non semper scelera noꝛ stri sunt iuris. Et truces animos misericoꝛs natura debilitat. In tam inopinati fia gitij spectaculo: toto coꝛpore stupui. Pater tibi manus defuerūt: mihi omia. Pri usꝯ in memoriam reuerterer: exierunt. Maius erat scelus quod imperabas: ꝯ quod de prehenderas. Si quid exigeras ⁊ exigeris vltra vires meas dicam. Ignosce. Nō possum Ignoscit pater filio nauigationem recusanti: si non ferat mare. Ignoscat nō sequenti castra si non potest: ꝯuis ipse pater militaris sit. Ipsam legem recita: Liceat marito: liceat ⁊ filio Quare tam multos nominat: nisi quia aliquos putat esse qui non possunt. Exierūt adul teri inter patrem debilem: ⁊ filium stupentem.

Declamatio quinta de eo qui duas rapuit. Rubrica.

Apta raptoꝛis mortem: aut indotatas nuptias petat. Una nocte quidam rapuit duas. Altera mortem optat raptoꝛis. Altera vo nuptias petit.

Prima pars contra raptoꝛem.

Stupro accusatur: stupro defendit. Cuꝫ altera rapta litigat. Altera aduocat. Vin dicate patres. Fortioꝛ publicæ disciplinæ sæueritas surgat. Iam binæ rapiūtur. Coit populus velut publice mœtu territus: vix credens duos fuisse raptoꝛes. Al teram iniuriæ rapuit. Alteram patrocinio. Perieras iam raptoꝛ: ni bis perire meruisses. Si te ante rapuisses: ⁊ nuptias optasses. Deinde hanc viciasset anteꝯ nuberet: negares il lum iubente rapta debere mori. Nihil amplius raptoꝛi præstare potes: ꝯ ne lege tua pereas Contra alienam legem nullum ius habes. Tu raptoꝛi præstas: vt illum ipsa non occidas. Non potes præstare: ne quis occidat.

Pars altera pro raptore.

Ater pares sententias mitior vincat. Refert: virgineam vic Lucretiam. Plures tamen sabunæ sunt. Cōtumeliosiꝰ mihi erat te dignam videri: in cuius honorem homo occidatur: me dignum non videri: in cuius honorē homo non seruetur.

Declamatio sexta de filio quodam ducente filiam archipiratæ.

Raptus a piratis scripsit de redemptione. Non redimebat. Archipiratæ filia eum iurare coegit: vt duceret se in vxorem: si dimissus esset. Iurauit ei. Relicto patre secuta est adolescentem. duxit illam. Orba incidit. Pater imperat vt archipiratæ filiam dimittat: & aliā ducat. Nolentē abdicat. Prima pars cōtra filiū.

Onæ spei vxor: bonæ spei nurus: quæ vel amare captiuū potest: vel odisse patrem? In carcere inqt ac tenebris iacebaꝫ. Narrat inqt socero beneficia puella. Nō misericordia mota est: sed libidine. Pars altera pro filio.

Illo me loco non deseruit: in quem venire & pater timuit. Vidisses membra vinculis pressa: macie retractatos introrsus oculos. Attritus cathenis eram: & inutiles manus. talꝫ quis amare nisi misericors potest. Int̄ tot cōsulatus Marius nihil habet clarius: q̄ꝫ se auctorē. Pompeiuꝫ si hæreditariæ extulissent imagines: nemo magnū dixisset, seruū regem Roma tulit. Quid tibi videnť illi q̄ rapti ab aratro: paupertate sua beatam fecerūt rempu. Nō possim⁹ vna fœlices esse q̄ꝺ solemus: vna infœlices erimus.

Declamatio septima de tyrannicida a piratis dimisso.

Iberi parentes alant: aut vindantur. Quidam alterum fratrem tyrannum: alterum in adulterio deprehensum: deprecante patre ne faceret: interfecit. A piratis captus scripsit patri de redemptione. Pater piratis epistolam misit: si præcidiſſent ei manus: duplam pecuniam se daturum. Piratæ illum dimiserunt. Pater in ægestatem incidit: petyt alimenta. Negantem vult in vincula ducere.

Prima pars pro filio tyrannicida.

I præcideritis: scribe potius occideritis. Tyrannicida exitum tyranni rogo. Non timeo: ne quas manus piratæ soluerunt: iudices alligent. Pro adultero filio rogas. Quærite nunc vnde tyranni fiant: duplam dabo. Apparet pro vnico filio rogat: duplam dabo. alteram pro filio: alteram pro tyrannicida. Si manus præcideritis Hoc nec adultero fecimus: nec tyranno. Etiam nunc manus meas petis. Nega tuam esse epistolam: & habes argumentum. Dic ergo ego etiaꝫ pro adultero soluo. Remiserunt me reipublicæ cuꝫ manibus: patri cuꝫ epistola. Hoc nostro sæculo ad fabulas decrat: vt narraretur aliquis a piratis dimissus: alligatus a patre. Eius crudelitatis emptor: cuius nec pirata venditor. Duplam dabo. Quid necesse est: potui vilius solui vt præcidatis manꝰ Obstupuere prædones: & inquiunt: Indica patri: non omnia piratas vendere. Qualem optem patrē nescio. Diues debilitat. Pauper alligat. Neutꝫ hoc manibus meis expedit. Vbi est matrimonium tuum? vel qui tyrannos instruis? vel qui adulteros facis?

Pars altera contra filium tyrannicidam.

Vsæpi tria prodigia inter me & se furentia. Vnum qui posset patriaꝫ opprimere. Illium quoꝫ fratrem violare. Illium qui patrem. Lex hæc scripta est pro malis patribus: quia boni etiaꝫ sine lege aluntur. Sciebam piratas nō facturos, nec pecuniam accepissent. & si sperassent: vtique præcidissent. Non ira illa patris: sed calliditas fuit. Vnde redimerem non habebam. Rogare in tam auara ciuitate neminez poteram: in qua nec filij patres alunt. Vsus consilio sum: sciens piratas non crudeles: sed auaros. feci vt desperarent q̄ posses redimi. Int̄ prudent cogitauerim nescio. Interim fœlicit cogitaui. Exclusa mens est: exquo vidi vnū in arce filiū: alterꝫ in adulterio: tertium in paricidio.

Extra controuersiam.

Electus solus orbus senex: q̄ color approbandus est in impetu. Magna enim vi opus est: vt aliquis accusans se miserabilem faciat spectum. Nemini boiem inter scholasticos insanum: inter insanos scholasticum.

Declamatio octaua quæ est de forti abdicato.

Si ter fortiter fecerit: militia vacet. Ter pater fortem in acie: quarto volentez exire retinet. Nolentem abdicat.

Prima pars pro abdicato.

Quod patriæ superest mihi: patri iudicio omne: filio pugnante: lætum iam pro te dubito. Nescio quid lex timet? Miraris si q̄ legi satis est: patri nimis est. Causa mihi abdicandi est: ne sine filio viuam. Abdicatio mea in potestate abdicata est. Optimus finis virtutis est: antecq̄ deficias desinere. Lex quoq̄ viro forti interdum diffinit aut consulit.

Pars altera contra fortem abdicatum.

Certe abdicatis pugnare licet. Pudet me quia ter victi militant. Senator post sexagesimū quintum annum in curiam venire nō cogit: nec vetatur. Quicqd honoris nomine datur in vtranq̄ parte licet. Alioquin desinit præmiū esse: cui necessitas imponit. Odium imperas animo nō otioso. Tumultus exortus est. In me oīum ciuium diriguēt oculi. et ad hoc verum dicendū est: Nihil mihi patria debet. Nunq̄ pugnaui nisi coactus. Adhuc militia mea legis minus est. Athenienses abdicato vicerūt duce: q̄tum non interest. Ille abdicationem virtute deleuit. Ego merui.

Explicit liber primus.

Incipit prologus libri secundi.

Dum repeterem quos vnq̄ declamātes sæpe audissem: occurrit mihi inter alios philosophos Fabianus: q̄ adolescēs admodū tantæ opinionis in declamando: quantæ postea in disputando fuit. Exercebat apud Arellium fuscū: cuius genus dicendi imitatus: plus deinde laboris impēdit: vt similitudinē effugeret: q̄ impenderat vt exprimeret. Erat enī explicatio Fusci arellij splendida q̄dem: sed operosa et implicata cultus nimis acquisitus: compositio verborum mollior q̄ illa: vt tam sanctis fortibusq̄ præceptis præpasse animus pati posset. Summa inæqualitas orationis: quæ modo exilis erat modo in nimia licētia vaga et effusa: principia: argumēta: narrationes aridæ dicebant. In descriptionibus extra legē oīs verbis dūmodo vitaret p̄missa libertas. Nihil agere: nihil solidū nihil horridū splēdida oratio: et magis lasciua q̄ læta. Ab hac cito se Fabianus separauit: et luxuriam quā cū voluit abiecit: obscuritatē euadere nō potuit. Hic autem illū vsq̄ in philosophiam, psecuta est. Sæpe minus q̄ audieti satis est eloquī: et in summa ei ac simplicissima facultate dicendi. Antiquorum tamen virorum remanēt vestigia: quædam tam subito desinunt vt non breuia sint: sed abrupta. Dicebat autem Fabianus fere dulces sententias: et quotiens incidebat aliqua materia quæ cōuicium sæculi reciperet: inspirabat magno magis q̄ acri animo. Illi erat oratorium robur: et illi pugnatoris mucro. splendor vo velut voluptarius non elaboratæ orationi aderat. Vultus dicentis leuis: et pro tranquillitate morum remissus. vocis nulla contentio: nulla corporis assēueratio: cum verba velut imissa fluerent. Nam videlicet compositus et paratus animus cum vero compressisset affectus: et iram dolorem q̄ procul expulisset. parum bene imitari poterat quæ effecerat. Suasoris aptior erat locorum habitus: fluminūq̄ decursus: et vrbium situs: moresque populorum nemo descripsit abundantius. Nunq̄ inopia verbi subsistit: sed velocissimo cursu ac facillimo omnes res beata circumfluebat oratio. Hæc eo libētius o mellifili charissime refero: quia video animum tuum a ciuilibus officijs abhorrentem: et ab omni habitu aduersum hæc vnum concupiscentem nihil concupiscere. vt eloquentiæ tantum studeas: facilis ab hac in oēs artes discursus est. Instruit etiam quos nō sibi exercet. nec est q̄ insidias putas tibi fieri quasi id agam: vt te bene crediti studij labor teneat. Ego vo non sum bonæ mentis impedimentum perge quo inclinat animus: et paterno contentus ordine subduc fortunæ magnam tuæ partē. Ejcit quidem tibi maius ingenium q̄ fratribus tuis: omnium bonarum artium capacissimū est: et hoc ipsum melioris ingenij pignus non corrumpere bonitate eius: vt illo male vtaris Sed quæ in fratribus tuis ambitiosæ curæ sunt: foro que et honoribus parant: in quibus ipsa quæ sperantur timenda sunt. Ego quoq̄ aliquando eius processus auidus et hortator laudatorque vel periculose dum honestæ modo industriæ duobus filijs nauigantibus te in portu retines. Sed proderit tibi illa qua tota mēte agitas declamandi exercitatio. Sicut Fabiano profuit qui aliquando cum Cestium audiret: nihilominus declamabat: et tam diligenter vt putares illum illi studio parari. habuit etiam blandum rectorem præceptorēq̄ qui Eques romanus Romæ docuit. Ante illum inter libertinos præceptores pulcherrimæ disciplinæ continebatur: et minime probabili more turpe erat docere quod honestum erat

Declamationes Liber. 2

discere. Nam primus omniū latinus Plocius Romæ fuerit puero Cicerone apud Blandum diutius: quia apud Fuscum Arellium studuit. Sed cum iam transfugisset eo tempore quo eloquentiæ studebat: non eloquentiæ causa scio futurum vt auditis eius sententijs cupiatis multas audire. Sed nec ille diu declamationibus vacabat: & ego multo tempore minor q̄ ipse erat: audiebam quotiens inciderat: non quotiens volueram. In hunc ego libellum quæcunq̄ ab illo dicta teneo: conferam.

Abdicatus post tres abdicandos.

Ives tres filios abdicauit. Petijt a patre vnicum in adoptionē. Pauper dare vult. Nolentem abdicat. Contradicit.

Prima pars pro filio pauperis.

Vnq̄ futurum putaui: vt aut pater meus liberos odisset: aut diues cōcupisceret. Dubitaui diu: an ille amicum tentaret: an hic filium. Ita vo nos sumus paupers Quid habemus quod diuites rogent? Si imerito abdicauit: odi patrem tot ejicientem filios. Si merito: odi domum tot facientem nocentes. Imo æque paupertatem & patrem. vtroque assueui. Non tibi permultis fulta liberis domus est: quanq̄ nec sibi debuisti dare. Tutior aduersum fortunam est: cui aliquid post damnum superest. Abdico inquit. Apparet tantum venias. Vna inter nos disputatio est. Hic me dignum putat bono patre: Ego meo. Diuitem mihi vis dare: Ego te volo. O me abdicandum: si talem patrem relinquam: quem me videri velim nescio. Innocentem si abdico. Nocentē si adoptor Non vt in cæteris abdicationibus: vt in mea potestate est non abdicari. Perditurus sum patrem si abdico: perditurus sum si non abdico. Quid interest vtr ejiciat an transferat? Etsi parendum in omnibus patri: in eo non parendum quo efficitur ne pater sit. Graue est carere vnico. Grauius eo quo quem aliqua cōcupiscit. Non delectant domino ignoti seruorum greges. Nec sonantia ergastula lari ruris. Patres gratis amo. Necesse est vt timeā dominum liberis infœlicem. Non potest inueniri aptius tempus reconliationis. Diues filius quærit. Pars altera contra filium pauperis.

Agnum & hoc inter cætera paupertatis incōmodum est: q̄ abdicationem filius nō timet. Senatorum gradum Census ascendere facit. Census romanum quidem a plebe discernit. Census in castris ordinem promouet. Censu in foro iudex legitur Hunc facilius est paupertatem laudare q̄ ferre. Si enim inquit: dati fuerint liberi mei: habebo hunc cum illis. si perseuerauerint: habebo pro illis.

Extra controuersiam:

Vidi declamatores fidelius tuentur colores quos proposuerunt. Nulla sententiæ dulcedo surripit: nullum schema sollicitat. Sic quæque malā habent faciem: sæpe pudicæ sunt. non annis illis deest: sed corruptor. Gallus tubius tam magnæ fuit olim eloquentiæ: q̄ postea insaniæ. Cui accidisse vni scio: vt ad insaniam nō casu caderet: sed iudicio peruenirent. Nam dum insanus mutat: dum lenocinium ingenij furoremq̄ putat quod simulabat ad verum redegit. Ottonus pater edidit quattuor libros colorum: quos Galio noster Antiphontis libros vocat: tantum in illis somnion est. Syriacus cōtra maximū Scrutinium a quo præmebat: cum comes eius fuisset: dixit: Per annos q̄ndecim in officio tuo fui: dic quid precarium? Sed hæc est consuetudo vestra: iniuriam vocatis finem seruitutis. Declamatio secunda de iureiurando viri & vxoris.

Ir & vxor iurauerunt: vt si quid alteri accidisset: alter moreretur. Vir peregre profectus est. misit nuncium vxori qui diceret se decessisse. Vxor se præcipitauit. Recreata iubetur a patre virum relinquere. Non vult. Abdicatur.

Prima pars pro filia vxore.

Ji immortales: qua debetis prudentia humanū genus regitis: effecistis vt illud nō periculum amantis esset: sed experimentum. Hos deiicere vult Socer: quos nec mors quidem diuisit. Moriar inq̄t. Habebo & causas & exemplum. Quædam se maritor amore rogis ardentibo miscuerūt. Quædaq̄ animabo redimerūt amore maritor salute sollicitudine breui. Inter has puella viua nominabat. Assidue cōtentiones erat: Sine te viuere nō possum. Immo ego sine te: q̄a certantiū exitus esse solet. Iurauim⁹. Hic anim⁹ sine dubio iurantiū fuit: vt viui deducerent. cū id q̄q̄ caueret: ne morte diuiderent.

Pars altera contra filiam vxorem.

On possum inquit relinquere virum. Quicq̃ non potest: qui mori potest pene dū falsæ mortis nuncium misit: vere recæpit. Potes sine viro pati. Peregrinationez eius tulisti. Iureiurando liberata es: iam casu proximo.

Extra controuersiam.

Vidius Naso apud Aurelium fuscum magistrum suum: hanc controuersiam declamauit. Nam latronis admirator erat. Latro in præphatione quadā dixit. Nō vides vt īmota fax torpescat: ⁊ ignes exagitata restituat. Mollit viros odium: ferrum situ rubiginem ducit. Et Naso dixit: Vidi ego iactatas mota face crescere flāmas. Et rursus nullo concutiente mori. Hic autem dixit: quicquid laboris est: in hoc est: vt vxorez a viro ⁊ virum ab vxore diligi cōcedas. Necesse est deinde: vt iurare promittas: si amare promiseris eisdem. Pauca nosti pater crimina. Et litigauimus ⁊ cæcidimus aliū. Et quod fortasse non putas: pieramus. Rogatus aliquando ab amicis suis: vt tolleret tres versus petiuit inuicem: vt tres exciperet: in quos illis nihil liceret. Conscripserant illi qui tolli vellent secreto. Hic quos tutos esse vellet: in vtriscq̃ codicellis idē versus erant: ex quibus primū fuisse narrabat. Albinoxianus pedo: qui inter arbitros fuit. Semibouēq̃ vix: semiui rumq̃ bouē. Gelidū borcā. Gelidū nomen. Ex quo apparet summi ingenij viro: nō iudiciū defuisse ad cōprescendum scientiaz carminū suoz: sed animū. Liebat itez deteriorē esse faciē in qua aliquis neuus esset.

Declamatio tertia de nepote ex meretrice suscepto.

Bdicauit quidam filiuz. Abdicatus se contulit ad meretricez: ⁊ ex ea sustulit filiū. Eger ad patrem misit. Cū venisset: cōmendauit ei filium: ⁊ decessit. Pater post mortem illius in adoptionem recæpit nepotē. Accusatur ab altero filio dementiæ.

Prima pars pro patre.

Ementia in me noui generis arguitur. Sanus essem: si non agnoscerē meos. Expectabam vt aliquis pro abdicato rogaret. Nemo audiebat propinquorum fratre cessante. Deficientis spiritus sustinebatur in aduentuz meū: iam cadentes oculos ad nomen meum erexit. Fugientē animā retinuit. In sinu meo: ⁊ filiū: ⁊ animaz deposuit. Nunciatū est mihi in vltimis esse filium. Nec hoc a fratre.

Pars altera contra patrem.

Alter istius incertus est. Bene cum isto ageret: si ⁊ mat. Incidit in meretricē. Inter cætera mala: ⁊ fœcunda mulier. Nescio aduersus patrem iniuriosior sis: ⁊ abstulisti illi hæredem: an ⁊ desisti. Adoptauit eni filiū eius: propter quē eiecerat suū.

Declamatio quarta de raptore patrem non exorante.

Aptor nisi in tricesimū diē suū ⁊ rapte patrem exorauerit: pereat. Rapte patrē exorauit: suum non exorat. Reum facit dementiæ.

Prima pars contra raptorem.

Vid contremiscis senectus? Quid lingua trepidas? Quid obturpuistis oculi? Nō dū tricesimus dies est. Nec tristiore quidē vultu expugnatā filiæ pudicitiaz tulit. Nimis cito exoratus est. Nec omnia vicia eius ab adolescentia repetā. Virginem rapuit. Patrem accusat. Hoc intra triginta dies. Putas me accusatori promissuruz quod filio negaui. Miraris dubitare patrem. Lex ipsa inter mortē ⁊ nuptias dubia est. Semper enim sibi omnia licere credit. Nihil me vnq̃ rogauit. Ignouit enim inquit. Aliquis ante me rogatus est. Demens sum. Vides. Nimiz turpiter viuo. Legē ignoro: dies tuos non numero. Demens inquis es. Potes aliquis ignoscere sic roganti. Deliberabo cū amicis: deliberabo cuz propinquis ne misez qua pene permisi. O me misez in hoc tantuz ⁊ triginta diebus irasci non possum. Quid miraris: si citius illum exorasti. Facilius est donare iniuriam: q̃ crimen. Procede in medium senex: cuius misericordia crudelis sum. Jam inquit angustuz tempus est. Et tibi vacat accusare. Sic aliquis exorat. Sic deprecat. Apparet te nūc primū rogare. Quid enim tanq̃ demens agitur. Non sum exoratus. Nondū transiuit tempus. Adhuc exorari possum. Q̃ iniquum est: nondum esse me nocentem: ⁊ iam esse reum.

Pars altera pro raptore.

E miserum pater iræ tuæ detractum est nihil: tempori autē multū. Infœlicior sum q̃ si neutrum exorassem. Si seruaturus es filium: iam tempus fuit. Si occisurus

iam tempus est. Prior rogatus est: quem magis timebam.

Declamatio quinta de torta a tyranno pro marito.

Torta a tyranno vxor: Nunquid de viri tyrānicidio sciret perseuerauit negare. Postea maritus eius tyrannum occidit. Intra quinquenniū non parientez sterilitatis nomine dimisit. Agit illa ingrati. Prima pars pro vxore.

Ils nuptias tyrannicidiuz diduxit: quas non diduxit tyrannus. Trahebant matronæ. Rapiebantur virgines: nullæ tunc videbātur fœliciores: q̄ quæ filios nō habebant. Suspicatus est tyrannus de tyrannicidio hūc cogitare: siue isti aliquid excidat siue non. Bene tegit vultus magna consilia. Tamen de vxoris garrulitate queri non potest: cum sciat quēadmodū taceat. Impositā in eculeo: sæpius ad absentem virū respexit: q̄ ad præsentez tyrannum. Explicatur totus aduersus infœlicem fœminam: tyrannicæ crudelitatis apparatus: 7 illo instrumēta virorū quoq̄ animos ipso visu frangētia: ad excutiendum muliebris pectoris sententiam imponuntur. Verberibus corpus arrumpit. Nescio respublica: an tibi liberos ista mulier datura sit. Tyrannicidaz non vedit. Miraris si trāsit quinquēniū inter vxorem tortā: 7 virum occupatū. Saepius corpus flagellis: igne adustum: tormentis conuulsum. Ignoscetis puto mulieri: si dixerit Fessa est. Quid tyrānicidio glorians? Facilius est tyrannū occidere: q̄ sustinere: verbera: lamine. eculeus: q̄ quid antiqua sæuicia inuenerat: quicquid adiecerat noua. Quid amplius dicam. Et tyrānus torquebat cum de tyrannicidio quæreret. Non præmit sensum onerosa sumptibus. Et vt sceleri mos est: in deterius luxu fluente: mulieris ambitio: priuatis insanit: vsq̄ ī publica damna mutuo certamine. Nunquid gēmas: 7 ex alieno litore petit lapillos. Expecta potest parere. Non respondet ad certam fœcunditas diē. Sui iuris rex natura est. Vtrūq̄ putas tuum esse mirandum tyrannicidium: an huius silentium?

Pars altera contra vxorem.

Go torta sum merito obijcies: nisi te vindicassem: etiā si scisti de tyrannicidio: nec indicasti. Non est beneficiū: sed scelus non facere: deniq̄ neq̄ scisti. Non enim tibi indicaui. Nec tam magnū consilū: viribus quoq̄ graue animis cōmisi muliebri garrulitati: quæ id solum potest tacere quod nescit. Quo tempore vxor torta est: nihil ad huc de tyrannicidio cogitabaz: postea cogitaui. Et hæc cogitandi causa fuit. Vxoris vltio. Si quod audierat tacuit: non beneficium est: sed fides.

Extra controuersiam.

Inicius quo nemo ciuis romanus in agendis causis præstantius habuit ingeniū Quicquid longa cogitatio illi præstatura erat: prima intentio animi dabat. Ex tē pore causas agebat: sed non desiderabat hanc conditionē: vt ex tempore agere videretur. De hoc eleganter dixit diuus Augustus. Vinicius ingeniū in numerato habet.

Declamatio sexta de patre 7 filio luxuriosis.

Vidam luxuriante filio luxuriari cœpit. accusatur a filio. Contradicit.

Prima pars pro patre contra filium.

Causator meus intra se contrarios habet affectus. Cupit reum damnari. Crimē absolui. Sed tu senex inquit hoc dias: luxuria tua serus cœpit: citius desinet. Quidam summū bonū dixerunt voluptatē. Nihil est mihi opus præcipientibus. Habeo exemplum. Ostendi tibi luxuriā quā in te nō videbas. Ebrietatē patri obijcit ebrius.

Pars altera pro filio contra patrem.

Dolescens luxuriosus peccat. Senex luxuriosus insanit. Nemo vicia quæ odit imitatur. Quis imperator ob hoc de prælio fugit: vt bene pugnaret exercitus. Nō coercet vicia qui prouocat. Meā quoq̄ luxuriā patri imputabo. Non sub sæuera sui disciplina: non sub bene institutæ domus lege: quæ posset adolescentis formare mores: 7 a vicijs ætatis abducere. Quodāmodo ad luxuriā a patre præmissus sum. Nadent cani vnguēto: 7 cōmessator senex nulli nimis luxuriosus: sed parum sanus videtur.

Declamatio septima de peregrino negociatore: 7 formosa.

Vidam cum haberet virginem formosam vxorez peregre profectus est. In vicinia mulieris: 7 peregrinus mercator migrauit. ter illam appellauit de stupro: adiectis precijs. Negauit illa. decessit negociator: testamento omniū bonoz suoz reliquit

formosam hæredem: ⁊ adiecit elogiū: quia pudicā comperi. Adijt hæreditatez. Et redijt maritus. Accusat adulterij vxorem ex suspitione.

Prima pars contra formosam.

Eram querelam detuli. Non accuso adulteram: nisi diuitem factam: post tantus impudicitiæ quæstus: si tacere iam non possum: confitenduū hoc habeo. Hac me causa abfuisse. Tempus est de vxore ⁊ marito credi. Ferat matrona oculos iacentes in terram: ⁊ aduersus officiosum salutare: inhumana potius q̄ verecunda sit: longe ante suam impudicitiā neget ore q̄ verbo. Nemo fortiter negantē itez rogauit. Omniū bonoz hæres sola esto: quā comūpi non potuisti: quia taz fœliciter pudicitiā custodisti. Tace paullisper nomen auctoris. Nunquid non testamento viri credit. Adeo nez iaz omnis pudicitia sæculi nostri abijt: vt aduersus querimoniā viri: alieno teste defendatur vxor. Muliebriū vitioz fundamentū auaricia est. Quæ potest non timere opinionē adulterij: pōt nō timere adulterium. Ex omni rupe consiliū trahitur quo vestis cruentetur. Infœlices ancillaz greges abundant: vt adultera tenui veste perspicua sit. Et nihil maritus i corpore vxoris suæ q̄ quilibet alienus peregrinusq; agnouerit. Futura enim æstimabo iudicia. Interim quod rogat: comperit impudicā. Omnes te impudicam loquunt. Pudicā tantū vnus ⁊ peregrinus cui plus laudator q̄ accusator nocet. vxorem meam nusquaz audiui pudicam: nisi in adulterij elogio. Deijce in terram oculos: ⁊ aures tuas exterioz vocibus claude. Sibi q̄sq; pro te neget. pudicaz ille dixit. Ego ipudicā. Puto plus creditis dui: q̄ peregrino: marito q̄ adultero. Ipsum elogiū corruptoris animo scripsit: quia pudicā inquit comperi: quod nulli præter me contingit. Pars altera pro vxore formosa.

Formosa est: Hoc natura peccauit. Sine viro fuit: Hoc marit⁹ peccauit. Appellata est: Hoc alius peccauit. Negauit hoc pudice. Hæres relicta est. Hoc fœliciter. Hæreditatē adijt. Hoc cōsulto fecit. Explicit liber secundus

Incipit prologus libri tertij Senecæ Nouato Seneca mellifilis salutem.

Nosdam diserissimos agnoui viros non respondentes famæ suæ cuz declamaret in foro. Maxima omniū admiratiōe dicentes simul: ⁊ has domesticas exercitationes secesserant disertos ingenio suo quod acadere plærisque æque mihi miruz q̄ certum est. Memini itaq; me a Seuero Cassio quærere quid esset: cur i declamationibz illi sua: nō respōdet eloquentia. In nullo enim hoc fiebat notabilius. Oratio erat valēs cultu ingentibus plena sententijs. Nemo minus passus est aliquid i actione sua ociosum esse. Nulla pars erat quæ nō suavirtute staret. Nihil i quo auditor sine damno aliud ageret. Omnia intentia ⁊ intenta aliquando potentia. Nemo magis in sua potestate habuit audientiū affectus. Hez est quod de illo dicit Galio noster cum diceret reruz ponebatur adeo cōmunes impetata faciebant. Cum ille voluerat irascebatur. Nemo nō illo dicente timebat ne desineret. Non est q̄ illum ex his quæ dedit extimetis: sunt quidem et hic quibus eloquentia eius longe maius erat q̄ lectio. Nam hic ea potior illi accidit q̄ omnibus fere: quibus maiori cōmendationi est audire q̄ legi: sed in illo longe maius discrimen est. Primū tantūdem erat in homine quantū in ingenio corporis magnitudo cōspicua suauitas valentissime vocis. Quis hæc inter se raro coeant: vt eadez vox ⁊ dulcis sit ⁊ solida. pronunciatio quā histrio non posset producere: tamen quæstionis posset videri. Nec in illo enim quicq̄ magis mirareris q̄ q̄ gravitas quæ deerat vitæ actiōi supererat q̄diu extra iocos se continebat censoria oratio erat. Deide ipsa quæ dicebat meliora erāt q̄ quæ sciebat. Vir enim præsentis animi in maioris ingenij q̄ studij magis placebat in his quæ inuenebat q̄ in his quæ attulerat: iam vo intus cōmodius dicebat. Ideo diligentissime cauebant homines ne dicentem interpellarent. Vni illi proderat executi. Melioz semp fortuna q̄ cura de illo merebatur. Id enim quam tamen hæc fœlicitas illi persuasit negligentiæ vna die priuatas plures agebat: ⁊ ita vt alteram ante meridiem ageret: alterā post meridiem. publicam vo nunq̄ amplius q̄ vnam vno die: nec tantum scio quem reuz illi defendere: nisi se contigerit. adeo vt nunq̄ rerum nullam materiaz discendi: nisi in periculis suis habuit sine cōmentario nunq̄ dixit: nec hæc cōmentario cōtētus erat. In quo nudæ

Declamationū liber vij

res ponuntur: ⁊ maxima parte perscribebatur actio. Illa que falsæ dici poterāt annotabāt: sed cum procedere nollet nisi instructus libenter ab instrumentis recedebat. Ex tempore coactus dicere infinita antecedebat. Nunquam ꝯo vtilius erat illi deprehendi q̄ præparari: sed magis illum suscipieres quo indulgentiam non relinquebat cū illi tam bene tementas cederet. Omnia ergo habebat quæ illū vt bene declamaret instruerent. Farsin vel parsin nec vulgarē nec sordidā: sed electā. Genus dicendi non remissum aut languidū: sed ardēs ⁊ concitatus: ne lectas: nec vacuas explicationes: sed plus sensuū q̄ verboꝝ habētes diligentiā. Maximū ꝯo mediocris ingenij subsidiū: tamen non tantū infra se cū declamaret sed infra multos erat. Itaq; raro declamabat ⁊ non nisi ab amicis coactus. Sed quærenti mihi quare in declamationibus impar esset sibi. hæc aiebat: quod in me miraris pene omnibus cuenit. Magis quoque ingenia quibus multum abesse me scio quando plus q̄ in vno eminuerunt opere. Virgilium illa fœlicitas ingenij oratione soluta reliquit. Ciceronē eloquentia sua in carminibꝫ destituit. Orationes Salustij in honore historiarū legunt. eloquentissimi viri Platonis oratio quæ p Socrate scripta est nec patrono: nec reo digna est. Hoc non ingenijs tantū: sed corporibꝫ videmus accidere: quoꝝ vires non ad omnia quæ viribꝫ efficiuntur apte sunt. Illi nemo luctandi par est. ille ad tolerandam magni ponderis sarcinā prævalet. ille quicquid apprehendit non remittit: sed in prodiuis nitentibus vbi cuilis mouturas manus injcit. Animalia. veni alij ad aprum: alij ad ceruum canes facunt equoꝝ non omnū quāuis celerrimi sint. Idonea curriculis velocitas erat. Quidam meliꝰ æquitē patiuntur: quidā iugū vt ad morbuꝫ te meū vocē Pylades ī comœdia Bathyll? ī tragœdia multū a se aberant nomine meo cum velocitas pedū non concedatur tantū: sed obijciatur. Lentiores manus sunt. quidam cū oblomachis: quidaꝫ cuꝫ thracibus optime pugnāt: quidam sicū schema cōponi cupiunt: quomodo alteri est ꝛin ipsa oratione q̄uis vna materia sit: tamen ille qui optime argumentatur negligentius narrat. Ille non tam bene implet q̄ præparat. Passienus noster cum cœpit dicere. Princi piū statum fuga fit ad epilogum: omnes reuertuntur mediā tantum quibus necesse est audiuntur. Miraris eūdem non æque bene declamare q̄ causas agere ait eundē non tam bene suasorias q̄ iudiciales controuersias dicere. Silo Pompeius sedens ⁊ fœcundus illitteratus ⁊ haberetur disertus: si a prodamante dimitteret declamata male vt videat belle optasse cum dixi nunc q̄ surgas. Magna ⁊ varia res est eloquentia: nec adhuc vlli sic indulsit: vt tota contingeret. satis fœlix est qui in aliquam eius partē receptus. Ego tamen ⁊ propriam causam video posse reddere. assueui non mihi respondere: sed aduersario: non minus deuito superuacua dicere q̄ contraria. In scholastica quidem non superuacuuꝫ est: cum ipsa superuacua sit. Indicabo tibi affectum meū cum in foro dico: aliquid ago. cum declamo id quod belli simile censorinus habebat. De his qui honores in municipijs ambitiose peterent. Video? mihi in somnis laborare. Deinde res ipsa diuersa est: totuꝫ aliud est pugnare: aliud ventilare: hic ita semper arbitriū est scholam quasi ludū esse foꝝ barenam. Et ille ideo in foro primum dicturus tiro dictus est. Agendū istos declamatores produnt in senatum in foꝝ cū loco mutabuntur: velut in assueta dasse: ⁊ dilecta vmbra corpora sub diuo stare non possunt. Non imbrē ferre: non solem nesciunt: vix se inueniunt. assueuerunt enim suo arbitrio diserti esse. Non est q̄ oratorem in hac puerili exercitatione spectes. q̄ si velis gubernatorē in piscinam æstimare diligentissime sibi excusare. tanq̄ huic rei nō esse natus: nisi scirē ⁊ pallionem assum ⁊ messalā coruinum ⁊ baseanum qui nunc primo loco stat: min? bene video q̄ Cestiū aut latronem. Vtrum ēgo putas hoc dicentium vicium esse aut audientiuꝫ: non illi pius dicunt: sed hi corruptius iudicant pueri ferre: aut iuueniles scholas frequentant. Vi non disertissimis viris quos paulo ante rettuli cestium suū præferunt. huius enim declamatiōis ediscunt. Illius orationes non legunt: nisi eas quibus cestius rescripsit. Memini me itrare scholas cum recitaturus esset in milronez cesti? ex consuetudine sua mirat? dicebat: si Tros essem fusius essem: si pauco minus essem pātillus si equus millesio non continuabilez. Exclamaui quasi cloaca esses: magna esses. Hisus omniuꝫ ingeres scholastici intuere q̄s essem qui tam grassas ceruices haberem. Cestius Ciceroni responsurus mihi quid responderet nō inuenit: sed negauit se exiturū nisi exirē de domo. Ego negaui me de balneo publico exituꝫ nisi lotus essem. Deinde libuit Ciceroni de Cestio in foro satisfacere: subinde raptus eum

In ius ad prætorē voco 7 cum ꝯtum iocorum conuiciorumq; effudissem. postulaui vt po/pulus romanus nomen eius reciperet lege inscripti maleficij. tanta illi perturbatio fuit: vt ad notionem peteret. Deinde ad vltimū populum romanum edixi 7 ingrati postulaui iam apud populum romanum: vrbanum curatorem ei petebam. interuenientibus amicis q̄d ad hoc spectaculum concurrerant. 7 rogantibus dixi molestum me amplius non futurū si iurasset disertiorem esse Ciceronem ꝯ se. verum ne vt hæc faceret: vel ioco: vel serio effici po tuit. Hanc inquit tibi fabulam rettuli: vt scires in declamationibus: vel vnum tantum. Aliud genus hominum esse si corpori illis volo non ingenio mihi maiore op⁹ est: sed sensu minore. Itaq; vix iam obtineri solet: vt declamem. illud obtineri potest vt velim alijs ꝯfa miliarissimis audientibus. Et ita faciebat declamationes,. vel enim inæquales erant: sed neq; eminebant in quacunq; declamatione posuisses: inæqualem eam fecisset. Compositio aspera: 7 quæ vitaret compositionem sententiæ viuæ. In quo tamen ex his eum æstimari quem satis subtexam. non enim hæc ille optime dixit: sed hæc optime teneo.

Luxuriosus a sodalibus cæcatus.

Ecus de publico mille denarios accipiat. Decem adolescentes cū bona comedissent sortiti sunt: vt cuius nomen primo exisset: ex pacto excæcaretur: 7 acciperet mille denarios. Exijt sors cuiusdam. Excæcatus est. Petijt mille denarios. Negantur.

Prima pars contra luxuriosum excæcatum.

Ic sunt oculi quos extimuistis mariti. O legem abrogandam: si excæcat homines. Nulli dat mille denarios: nisi qui inuitus accipit. Dic nunc miser quia hoc cuz ex/cæcareris non dixisti. Respublica debilitatem consolatur non emit. Consumptis patrimo nijs membra conferunt. Vtilius est reipublicæ vnum cæcuz repelli: ꝯ nouem fieri. Non so/lum a nobis petit alimenta: sed primus. Illam eum qui propter debilitatem alitur. Non alam qui propter alimenta debilitatur. Sic fit vbi homines maiorem parent vitæ in tene/bris ita agunt: vt nouissime solem quasi superuacuum fastidiant.

Pars altera pro excæcato.

Alis nouē nihil datur⁹ est. Nō minus fauorabilis erit: si eos a quib⁹ excæcatus est decæperit. Circumuentus adolescens ab illis nouem: veteranis consumptoribus solus inquit nouem cogentibus resistere non potuit. Omnia ex cōposito facta sunt. Vnus mentionem intulit: omnes approbauerunt. Electus est qui sortiretur. Sors huius quæ exierit prima subiecta est. Cuz repugnaret excæcatus est. Si circūuentus est iquit iniu riam prosequat de vi agat. Talionem petat. Videbim⁹. Primū est: vt habeat vnde viuat.

Declamatio secunda de paricida absoluto.

Vidam filium accusanit paricidij. Requis sententijs absolutum abdicat.

Prima pars contra paricidam.

Inus est iam quod rogo. Nō peto vt me a paricida vindicetis. An iste accusatori parcet: qui patrī non peperit. Igitur nihil medium est inter testamentuz: 7 eculeū. Non est absolutus paricida: sed dubi⁹. Vt absoluaris: multis tibi sententijs op⁹ est. Vt damneris: vna. Non absoluerunt reum: sed sterili pepercerunt. Miraris in hac ciuitate misericordiam: in qua lex absolutionem dat paribus tabulis. Quæris ꝯ multis non placeas: si vnum adiecero paricida es. Absolutionem legi: non innocentiæ debes. ab solutus inquit sum. Non abdico te propter paricidium: sed propter alia vicia quæ te fece/runt tam credibilem pariadam. Pars altera pro paricida.

Manifestus est adolescentis cólor: vt dicat se auctoritate patris oppressum.

Declamatio tertia de abdicato qui fratrem abdicatum adoptauit.

Vm filio tricenario pater patrimonium diiudicat. Quidam habuit filios frugi: 7 luxuriosum. Abdicat luxuriosum. Frugi peregre profectus est. Capt⁹ est a piratis scripsit de redemptione patri. Patre cessante: luxuriosus præuenit: 7 redemit. Re/dijt frugi. Adoptauit fratrem suum. Abdicatur.

Prima pars pro frate adoptante.

On est q̄ quisq; me laudet. Prior frater fecit inter nos pietatis exemplum. Vna nauigauit: vna periclitatus est: vna omnes emersus est terras. Non reliquit me: tandem ad paternā domum reduxit. Non est q̄ accusatione ætatis vtaris. Potes

nauigare. Vtricꝫ gratias agere debes. Frater me isti reduxit. Ego isti fratrē. Si tancꝫ iertez abdicasti: nauigauit. Si tancꝫ impiuz: suos redemit. Non potest eripi filio quod lege ac' cæpit. Quomodo enim pater potest eripere quod non potest dare.

Pars altera contra filium adoptantem.

Ibi necesse est abdicare quem nolo. Hoc vno alter alteri placet: quo vtercꝫ patri displicet. Vtamur medicina qua cogimur. qđ i mulieribus periculosis fieri solet. Vt malum cum ipso corpore exercetur. Adoptare adolescenti permittitis: quez lex in dividendo patrimonio experitur. Lex te ad ministerium patrimonij admittit: non in dominium. Est aliqua ætas a qua filius esse desinat. Nec tricenario quidē filio adoptare licet. Necꝫ enim quisꝫ potest alium in manum suam recipere: qui i aliena manu est. Quomodo fieri potest: vt tibi potestas vitæ necisꝫ: aut in fratrem sit: aut in filiuz non sit. Si bene de te meruerat: patrem pro illis rogasses. Nonne ꝙ ego non redemi paupertatis fuit. Nihil i me diu comparebat. Quicquid tūc tricenarius tibi reliquerat: abdicat' abstulerat. Quid facerem solus: senex: inops. Cuius patrimonium alter diuiserat: alter assumpserat.

Declamatio quarta de seruato filio.

Eruatus contra seruatorem nequaꝫ habebat actionez. Seruat' a filio eū abdicat. Ille præscripsit. Prima pars contra filium seruantem.

Iauisset perire cui non licet loqui. Seruatū me putas. Capt' sum. Redde me hosti. Captiuis loqui licet. Quoniam tanto opere beneficia vitæ iactat. Audite ꝗs prior dederit. Si quis me hosti reddiderit: seruatorem vocabo. An vos abdicationem putatis actionem: etiam si actio est. Lex quæ de seruato loquitur: ad personas tantum extraneas pertinet. Ad filium 7 ad patrem non magis: qꝫ ad seruum 7 ad dominum: libertum 7 patronum. Vt a patria potestate discedas. 7 ad æstimationez beneficij venias. Qui dat vitā si prior accæpit: non obligat: sed reddit. Processum in acie exemplum filio meo. Vicit me non hostis: sed ætas. Seruauit me: quem sæpe seruaueram. Rediuiuuz me senē meretrix vocat. Parasitorum iocantium materia sum. Omnibus istis tancꝫ seruatoribus tacere iubeor. Fili si viuere mihi non licet: cur perire non licuit. Ego inquit te proteri. Ita tu adolescens in aciem non ante patrem stetisti. Audite filij mei gloriam. Non periculuz feat cum posset seruare seruatum. Pars altera pro filio seruante.

Je me genuit. Hic mihi spiritum. Hic mihi has manus quibus seruaretur dedit.

Declamatio quinta quæ est de rapta incontinentæ.

Apta raptoris: aut mortem: aut indotatas nuptias petat. Raptor postulat: vt rapta ducatur. pater non vult. Prima pars contra raptorem.

Ste raptor est. Ego in ius adducor. Non est enim tam facile homini pbo occidere: qꝫ perdito mori. Cōmunis inqt lex est: dij faciant: ne cogas me experiri an tota mea sit. Quando ergo in hoc inquit optabis: hoc tempore non possum. Curo vulnera. Familiam reficio. Expugnatam domum lugeo. Ereptam virginitatez consolor. Manantē libi ipsi custodio. Quando optabis? Cum rapta voluerit: non cum raptor. Quādo optabis? Cum tu non voles. Quando quidem optabis? paro me optioni. Confirmo animuz. Non est facile hominem occidere. primo intus gemit' me' 7 introrsus hærētes lachrymas ago. Sao quod futurum sit. Vultus te meus decipit. Stulte quancꝫ morari putas. Nuptias filiæ suæ in securim incurris: 7 carnificem vltro vocas. Quid rogare debeas? Conuicium facis. Nemo iudicare se cogitur. Pars altera pro raptore.

Ibi est miserius qꝫ in incertum inter vitam mortemqꝫ destitui. Jam beneficiū erit etiam si mortem optauerit. In amorem filiæ istius inadi. Appellare de nuptijs debui patrem. Feci. Sed videte qꝫ etiam in lege lentus sit. Raptor vitam alieni arbitrij habet libertatez sui. Lex cōmunis est. Habet hoc raptor quod timeat. Habet 7 quod sperare possit. In lege inquit non est scriptum quando: immo statim. Quotiens tempus non adijcitur: præsens intelligitur. Tam longum tibi ius in caput cuis permittitur. Crudelius est qꝫ mori: semper timere mortem.

Declamatio sexta de domo cum tyranno incensa.

Amni illiciti sit actio. Quidam tyrannum ex arce fugientem cum persequeretur: in priuatam domū compulsit. Incendit domū. Tyrannum cū domo conflagrauit.

Premio accepto agit cum illo dominus damni.

Prima pars pro tyrannicida

Vr non exclusisti? quare non recæpisti? quare nullaz aliā domū tyrannus petijt? Nemo venienti domū clausit. Aditū in domū non habui. Nō gaudes te aliquid impendisse publicæ libertati? Hic est in cuius domū tyrānus occisus est. Tanq̄ tyrannicida monstraris. Redde inquit domū. Ita viuo cū tyranno non perdideras: tyranni amicus: tyranni satelles. Certe negare non potes. Hospes diu expectaui an ejceretur tyrannus. Facilius potes accusare: aut te qui tam familiaris tyranno fuisti: vt illi mazie tua placeret domus qua illum recæpisti: aut tyrannū qui tibi damnū dedit: q̄ in tuam domū fugit. Aut in culpa te libere. Facilius potes accusare fortunā: quæ tyrannum potissimū te detulit.

Pars altera contra tyrannicidam:

Jus debet esse damnū cuius est premiū. Non est iniquū eius rei tibi iniuriā imputari: cuius fructum percæpisti. Non elegit domū tyrannus. Nec enim hoc illi vacabat: sed in eam quā potuit irruperat. cum ego in ea non essem nactus hic occasionem intrare voluit: sed cum tyrannicidium elegit: dubium: lentum: periculosum vbi accæpit premiū: maius sine dubio: q̄ si damnū sarcire deberet.

Declamatio septima de veneno dato filio furenti.

Filio furenti: 7 sua mēbra lanianti: pater venenuz dedit. Accusatur ab vxore malæ tractationis.

Prima pars contra maritum.

Dn mirum est quare viuat quæ filium perdit. Viuit: quia occidit.

Pars altera contra vxorem

Vem quotidie perdebā: aliquando extuli. Falleris misera mulier in orbitatis tuæ tempore. Non perdidisti filium: sed nunc extulisti. Extra controuersiam.

Flius flauus banc sententiā dixit. Ipse sui alimentū erat ad damnū. Hunc Cesti quasi corrupte dixisset obiurgans. Apparet iquit te poetas studiose legere. Iste sensus est suus: qui hoc sæculum amatores non artibus tantū: sed sententijs ipleuit. Ouidius enī libris metamorphoseon dicit: Ipse suos artus lacero diuellere morsu Cæpit 7 infœlix minuendo corpus alebat.

Declamatio octaua de patre qui accusatur concursum fecisse.

Qui cœtum 7 concursum fecerit: capitalis sit. Dicta Olyntho cum filio adolescēte Olynthus senex athenas venit. Athenienses omnibus ciuitatez Olynthijs decreuerunt. Inuitatus ad cœnam ab adolescente luxurioso: cum filio venit. Ibi cuz de stupro filij mentio esset: pater fugit. Filius retentus est. Pater flere ante domū cœpit: incēsa est domus. Decem adolescentes perierunt: 7 filius Olynthij. Accusatur pater q̄ cœtum concursumq̄ fecerit.

Prima pars pro reo concursus.

Jsero si flere non licet: magis flendum est. Imperare doloi silentium non pōt. Fuerunt ex populo qui dicerent: hic meū filium: hic meam corrupit vxorem. Suum quisq̄ illi 7 iguem attulit 7 dolorem. Timeo fili ne dum te quæro in ossa alicuius raptoris incidam. Vbi athenarum fides? Vbi hospitales inuicem dextræ? Capti vnq̄ fili sumus? Dum licet fugiamus. Sed tanq̄ a Philippo. Pariter apud philippum certe victi fuimus. Lachrymæ me vocant in crimen: quasi ex quo Olynthus capta est: flere desierim. Tantus si sum q̄ in ea ciuitate populum concitare potuerim: in qua filiū seruare nō potui. Non quotiens conuenerunt in aliquem locum plures cœtus 7 concursus est: sed quotiēs conuocati: totiens parati: quasi ad ducem suum concurrerūt. Non si vna vicinia coit: aut si transeuntium paucorum numerus affluxit: sed vbi totus: aut ex parte magna popul⁹. Vbi diuisa in partes ciuitas. Cœtus multitudinis magnæ nomē est coēūtis: ex consensu quodam. Et illic initio pauci fuerunt. Deinde reliqui non ad me conuenerunt: sed ad incēdiuz: quod tamen populus maluit spectare: q̄ extinguere. Lex non eum punit propt̄ quē cœtus factus est: sed eum a quo cœtus factus est. Non mihi vltio tanta fuit: q̄ amittere filium vellem: 7 tentaui populum rogare: nec potui.

Pars altera contra reum concursus.

Vid cœtus opus est? Sunt scriptæ ad vindictam iniuriarū omniū leges. Nota semel multitudo modum non seruat: ardente illo incendio: quitas potuit.

Declamationū liber 4.

Declamatio nona de cruce serui venenum suo domino negantis.

Cer dominus petijt a seruo vt sibi venenum daret. Non dedit. Cauit testamento vt ab hæredibus crucifigeretur. Appellat seruus tribunos.

Prima pars pro seruo.

Et Cornelia te appello. Ecce hæres iubet quod tu vetas: ne quis illū domino displicuisse putet. Tunc huic parari crucez iussit: cum sibi venenū. Plura pm crimia confitemur. Intensiuas potiones: inutiles cibos desideranti negauit. Quid enim non voluit qui venenum petijt. Maluit crucem pati: q̄ mœreri. Si vincatur periturus est Si vincatur: seruiturus est ei a quo in crucem petitur. Ex altera parte lex est. Ex altera testamentum. Crux vtriq̄. Furiosus seruum sine causa occidere voluit. Seruo iquit tribuni nō possunt succurrere. Seruum natum: regem habuimus. Seruo indice: patefacta est Bruti libertatiz cum Tarquinijs coniuratio. Ergo nihil interest. Venenū domio aliquis dederit an negauerit. Etiam vbi remedium est mori: scelus est occidere. Tā cito vos de vita domini seruum desperare vultis: q̄ hæredem. Mortem supplicium putas? Quid rogas? Si beneficium quid minaris? Venenum quisq̄ obiicit: nisi datum? Finez facies tribunicię protestati: quam populus romanus vt ipse plurimū posset: valere plusq̄ se voluit. Venenuz habere scelus est. tam magnum q̄ occidere.

Pars altera contra seruum.

Qui volens elegit huic ministerio nequaq̄ seruum audacem infestum sibi. Ille nō saluti consuluit domini quem videbat insanabili morbo tabescere: sed tormenta extendit. Seruus herilis imperij non censor est: sed minister. Agitur de iure testamentorum quoz interijt omnis potestas: si viui neglexerint imperia mortuoz tribuni. Ita me fecerunt: vt furi præferatur domino. Non morieris domini arbitrio: morietur dominus tuo.

Explicit liber tertius.

Incipit Seneca Nouato Senecæ mellifilis salutem. Incipit prologus libri quarti.

gratiæ ſuæ pœnitebat. Alius erat cū turbæ ſe cōmittebat. Alius cū paucitate cotent⁹ erat. Incipiebat enim ſedens: 7 ſi aliquando illū produxerat calor exurgere audebat. Illa intēperſtiua in declamationibus eius philoſophia: ſine modo tunc 7 ſine fine euagabatur. Haro totū controuerſiam implebat. Non poſſes dicere diuiſionē eſſe: non poſſes declamationem tanq̄ declamationi deerat: cū populo diceret: omnes vires ſuas aduocabat. 7 ideo non deſinebat. Sæpe declamante illo ter buccinauit: dum cupit in omni controuerſia dicere: non quicquid debet dici: ſed quicq̄d poteſt. Argumentabatur moleſte magis q̄ ſubtiliter. Argumenta enī argumentis colligebat: quaſi nihil eſſet firmū: ſatis omnes probatiōes pro omnibus alijs confirmabat. Erat 7 illud in argumentatione vicī q̄ quæſtionē non tanq̄ partē controuerſiæ: ſed controuerſiā implebat. Omnis quæſtio ſuā ꝓpoſitionē implebat: ſuā excuſationē: ſuos exceſſus: ſuas indignationes: epilogū quoq̄ ſuū. Ita vnā controuerſiam exponebat plures dicebant. Quid ergo nunquid omnis quæſtio per numeros ſuos implenda eſt. quid ni? ſed tanq̄ acceſſio: non tāq̄ ſumma. Nullū habile eſt mēbrorū: ſi corpori pars eſt. Splendor orationis quantū neſcio: aut in vllo alio fuerit: non theſis magna ſed phraſis. Dicebat enī citato curſu 7 cōfuſo: ſed præparato: 7 temporalis illis facultas vt affirmabant: qui proprius nouerant: non deerat: ſed putabatur ipſe ſibi deeſſe. Sententiæ quas optime Pollio Aſinius abbas vocabat ſimplices aperte nihil occultū: nihil iſpe ratum afferentes: ſed vocales: 7 ſplendidum affectus efficaciter moueret figurabat egregie. Imperabat ſuſpicioſe. Nihil eſt autem inimicū q̄ manifeſta præparatio. Apparet enim ſub eſſe neſcio quid mali. Itaq̄ adhibenda moderatio eſt: vt ſit illa præparatio non cōfeſſio lo/ cum bene implebat. Non poſſes quidem inopiā ſermonis latini queri: cuī illum audires tantū orationis cultu fluebat: non q̄ ſe torſit: quomodo dicerent: ſed quid dicerent: ſuffi/ciebat illi in q̄tū voluerat explicandi vis. Itaq̄ ipſe dicere ſolebat cum velit oſtendere nō bæſitare ſe in electione verborū: cū res animuī occupauit verba ambiunt. Inæqualitatem in illo mirari libebat ſplendiſſimus erat. Idem res dicebat omniū ſordiſſimas: acetū: 7 pulegium: 7 damam: phillerem: cateruas: 7 ſpongias: nihil putabat eſſe q̄ declamatiōe dici non poſſet. Erat autē illa cauſa: timebat ne ſcholaſticus videretur: dū aliud vicium deuitat. Incidit in aliud: nec videbat nimiū oculis orationis ſuæ ſplendorem. Mis admixtum ſordibus non defendi: ſed inquinari. 7 hoc æquale omniū eſt: vt vicia ſua excuſare malint q̄ effugere. Albucius enī non quomodo non eſſet ſcholaſticus quærebat: ſed quomodo nō videretur. Nihil detrahebat ex ſuperuacuo ſtrepitu. Hæc ſordida verba ad patrociniū affe rebat alior. Hoc illi accidebat: inconſtantia iudicij q̄ maxime dicentem: cōmode audierat mutari volebat. Nemini illum omnibus amiſſis rebus apud Fabianū philoſophū tāto iunioremq̄ ipſe erat cū codicibus ſedere. Nemini eum admiratione hæc magiſue ſtupētē admiratiōes eius ardeſcere. Nulla erat fiducia ingenij ſui: 7 ideo aſſidua mutatio. Itaque dum genera dicendi transfert modo exilis eſſe vult: nudiſq̄ rebus hærere: modo horridus 7 valens pluſq̄ cultus: modo breuis 7 continuus: modo nimis ſe attollit: modo nimis deprimit: ingenio ſuo illuſit. 7 lōge deterius ſenex dixit q̄ iuuenis dixerat. Nihil enī ætas ei proderat cum ſemper ſtudiū eius eſſet nouū. Ideotis mos eſt iter oratorias virtutes res quæ raro procedit: magno enim temperamento opus: 7 occaſione quadaī ac virtute vare vſus eſt: Sæpe illi bene ceſſit: ſæpe decidit: nec mirū tamen ſi difficulter appræhenditur vicio tam vicina virtus. Hoc nemo præſtitit vnq̄ Galieno noſtro decentius iā adoleſcens: dū declamaret apte 7 conueniēter vtebatur hoc genere q̄ eo magis mirabar: quia tenera ætas refugit omne non tantū quod ſordidū: ſed quod ſordido ſimile eſt. Haro Albucio reſpon/debat fortuna: ſemper quomodo q̄uis pœnituiſſet libebat audire: 7 quidē dictione ſua ti/meret: etiā cū dixiſſet vſq̄ eo nullū tēpus ſecuī illi erat: hoc illū ſollicitudo fugauit in foro 7 tantū vnius figuræ crudelis euentus. Nam in quodā iudicio centūuirali cū dicerentur: iuriſiurandi condictio aliqua facta ab aduerſario: induxit eiuſmodi figurā qui illi omnia crimina retegeret. placet inquit tibi rem iurando tranſſigi. Jura ſed ego iuſiurandū dabo. iura per patris qui conditi ſunt. Jura per patris memoriā: 7 executus eſt locū quo perfecto ſurrexit. Atrium eius ex diuerſo: 7 vt accepit condictionem iurauit. Clamabat albuti⁹ nō tuli condictionē: ſchema dixi. Atrium eius inſtabat centū viri rebus iā vltimis præparabat. Albucius clamabat iſta ratione ſchemata dederūt natura tollunt Atriū eius aiebat tollāt.

poterimus ſine illis viuere. Sūma rei hæc fuit centum viri dixerunt dare ipſos ſm aduer/ ſarium Albucij ſi iuraſſet. ille iurauit. Albucius non tulit hanc contumeliā: 7 iratus calū/ niam ſibi impoſuit: nunc̄ amplius in foro dixit. Erat enim hic ſummæ probitatis qui nec facere iniuriaz nec pati ſciret. 7 ſolebat dicere: quid habeo? quare in foro dicā? cū plures me in domo audiant: c̄ quēc̄ in foro. Cum volo dico aſſum. Vti volo: dico c̄diu volo: 7 c̄ uis non fateretur delectabat illum in declamationibus q ſchemata ſine periculo dicebant: nec in ſcholaſticis tamen effugere contumelias poterat ceſtu mordaciſſimi hominis. cuz in quadam controuerſia dixiſſet Albucius: quare ſi calix ceciderit frangitur: ſi ſpongia ceci/ derit nō frangit. Riebat Ceſtius: ite ad illum cras declamabit nobis: q̄re turdi volant: cucur/ bitæ nō volāt. Cū dixiſſet Albuc⁹ i illo q̄ fratrē paricidij dānatū i exarmata naue dimiſit. Impoſuit fratrem in culeum igneum. Ceſtius eandem dicturus ſic expoſuit controuerſiaz. Quidam fratrē domi a patre damnatū nouerca accuſante cum accæpiſſet: 7 ad ſupplicium impoſuit in culeum ligneum. Ingens riſus omniū ſecutus eſt: ſed nec ipſi bene ceſſit decla/ matio. Paucas enim bene res dixit: 7 cum ſcholaſticis non laudaretur. Nemo inquit inue nit vos in culeum ligneum: vt perueniant neſcio quo terrarū vbi calices frangūtur. video quid velitis: ſententias potius audire c̄ iocos: fiat. adite ſententias in hæc tempora cōtro uerſias dictas.

Declamatio prima ſeptimi libri de eo qui fratrē paricidij damnatū in naui exarmata impoſuit.

Duobus filijs quidam ſuperduxit nouercam. Alterum domi paricidij damnauit: 7 tradidit fratri puniendum. ille autem exarmato cuz nauigio impoſuit. Delatus adoleſcens ad piratas archipirata factus eſt. Peregrinante patrē cœpit 7 remiſit. Reuerſus pater abdicat filiū.

Prima pars pro filio contra patrem.

Tanta tempeſtate confuſus deſpicere nil potui: nec ſatis memini: ſi tale miniſteriuz mihi pater: an nouerca mandaſſet. Myſterium an pœnaz eſſe voluiſſet: vindictā paricidij: an paricidium. In ſui fratrem culeo iubes. Non poſſum. Non ignoſcis an non credis. Ego contendo non te poſſe quidem. Nemo reper⁹ eſt naufragij comes. Om nia inſtrumenta circūciſa ſunt. Adminiculum ſpei nullū. Patri excuſandus ſum: an fratri. Hoc inquit impietatis tuæ munus ad inferos deferam: licuiſſe mihi per fratrē aliter c̄ pa ricidæ mori. Viuit inquit frater. Non credo. Seruauit inquit me. Feciſti vt crederem: in domo in qua tam facile paricidium creditum eſt. Ego inquit fratrē occidere non potui. Fra ter patrem. Emicabant denſis vndiq̄ nubibus fulmina: 7 tempeſtates horridæ abſconde/ rant diem: intumuerat mare: iuſtis quoq̄ nauigijs horrendum. Habes inquit frater: ſi in/ nocens es nauigium: ſi nocens culeum. Non potui facere paricidium. Et facile erramus omnes: 7 factum putaui. Frater inquit tu primus in domo paricidium facies. Iacebat in litore nauigium quod etiam integrum infœliciter vexarat. Credo paricidam ſi tibi profici/ ſcenti nauigium ſuum reddidit. Subito mihi cuz animo excidit ferrum pariter: 7 neſcio q̄ perturbatione tenebræ ſtupentibus effunduntur oculis. Intellexi c̄ difficile eſt paricidium facere: etiam quod imperaſſet pater. Ita mihi quæ ſola miſeros in domo noſtra reſpicit for tuna ſuccurrit. Profectus pater tranquillo mari: auſpicato itinere: integra naui. Quid eſt hoc? Fœlicius nauigauit damnatus: c̄ qui damnauerat. Vtrum videtur vobis innocen tiam apud piratas didiciſſe: an perdidiſſe? Perieras pater niſi i paricidā incidiſſes. Saſſa quidē vela fecerant ſinus: 7 inſtructas claſſes naufragi præceſſerat nauis. Scaret nauigare qui ſeruaturus eſſet patrem. Erat nauigium: immo fuerat crudelis 7 pertinax nouerca mihi dominus ſæuit. Jam maria quieſcunt: prædones miſerantur: iram parcunt. Veni ad vos vt probem me paricidam. Multas reruz natura mortis vias aperuit: 7 multis itineribus fata decurrunt. O maria iuſtiora iudicijs. O minores procellæ. patrem non putatis miſeri cordem: qui quez damnauit: fratri puniendum dedit. Centurio Luculli Mithridatē non potuit occidere. Mithridatē dij boni: c̄ nō dubium paricidam. Gaude pater: neuter ex fi/ lijs tuis paricidium fecit. Narra patri quomodo te dimiſerit. Sic dimiſſus nocens eſt iſte. Sed mihi frater eſt iſte. Naturæ iura ſacra ſunt: etiaz apud piratas. Dixiſſes inquit te nō poſſe. ita tu neſciebas. Non licuit. Non potui. Non debui.

Pars altera contra filium.

Ege hunc paricidam fuiſſe: quem vere ſcis eſſe piratam. Dimiſit me in patrociniū

ſuum: vt quia non occiderat: videtur nec ante voluiſſe. Quis porro me vno miſerior. Vi/
tam paricidæ debeo. Extra controuerſiam.

Magna rectorꝝ bonorꝝ manus in hanc partem tranſijt: vt aliquid dici debuerit in no
uercam. Fuerunt ꝙ illi qui non quidem dicerent: ſed per ſuſpitiones ꝙ figuras: qꝺ
Paſſienus non probat: aſſerens minus tolerabile ꝙ verecūduꝝ infamare nouercā:
q̄ accuſare. Quidam principia in ſua poteſtate tantum habuerunt. poſt ablati ſunt in im/
petum. Excuſatius autem eſt in malum colorem incidere: q̄ trāſire. Hiſpanus duro colore
vſus eſt. Hoc ſe tanq̄ grauius elegiſſe: dixit ſupplicij genus: qui color prudentibus diſpli
cuit. Quā enim abſolutionis ſpem: ſi nec paruit: nec pepercit.

Declamatio ſecunda de Popilio qui Ciceronem interfecit.

Emoribus fit actio. Popilium paricidij reum Cicero defēdit. Abſolutus eſt. Pro
ſcriptum Ciceronem ab Antonio miſſus occidit: caput Antonio rettulit. Accuſat
de moribus. Prima pars contra Popilium pro accuſatore.

Cidit Ciceronem Popilius. Jam ne creditis ab iſto occiſum patrem. Occiſurus Ci
ceronē debuit incipere a patre. Antonius inquit: iuſſit. Non te pudet Popili. Im
perator tuus te credidit poſſe paricidiuꝝ facere. Abſcidit caput: amputauit manus.
Minus in illo crimen eſt: ꝙ Ciceronem occidit. Protinus o dij boni. Occiſum Ciceronem
malos mores voco hoc vnum feliciter: ꝙ ante occidiſti patrem: q̄ Ciceronem. Facilius Ci
cero q̄ paricida iudicem mouit: q̄ pro ſe dientem. Sed vos huius o patroni expectat exē/
plum. Nullos magis odit Popilius: q̄ quibus plurimū debet. Abſcidit ceruices. Parce
iam Popili. Nihil tibi niſi occidendum mandauit Antonius. Pudeat te Popili. Accu/
ſator tuus viuit. Non crediſſes facturum Antonius Popilium: niſi paricidiuꝝ feciſſe me
miniſſet. Dij manes: Pollij ſenis occiſi: ꝙ multæ patris vmbræ: te Cicero ꝓſequūtur. Vt
quem negaſti ſentias paricidam. Nō hauſit minturnenſis palus exulem Marium. Cim/
bros etiam in capto vidit imperantem. Cneus Pompeius terrarum mariſq̄ dominator:
libenter ſe Hortenſij dientem confeſſus eſt. Et Hortenſis bona Pompei: non Pompeium
defenderat. Ita tu Popili ſi Antonius iuſſiſſet: ꝙ patrem occidiſſes.

Pars altera pro defenſione Popili.

Jllo tempore in crimen vocas: dicis nō de hominis: ſed de reipublicæ moribus.
Miraris ſi eo tempore neceſſe fuit Popilium occidere: quo Ciceronem mori. Cice/
ronis proſcriptio fuit occidi. Occidere mea. Occidere iuſſit Imperator: iuſſit victor
Ego illi negare quicq̄ poſſem: cui nihil negare poterat reſpublica?

Extra controuerſiam.

Popilium pauci ex hiſtoricis tradiderunt interfectorem Ciceronis: ꝙ hi non parici/
dij reum: ꝙ a Cicerone defenſum: ſed in priuato iudicio.

Declamatio tertia de ter abdicato venenum tenente.

Er abdicatus: abſolutus ter: comprehenſus eſt in ſecrata domus parte a patre: me
dicamentum tenens. Interrogatus a patre quid eſſet. Venenuꝝ inquit: ꝙ ſe velle
mori: ꝙ effudit. Accuſatur paricidij.

Prima pars pro filio ne abdicetur.

Jc quid cōmiſerim: certe nec ſecreta fallunt. Vt interuenit pater in has cogitatiōes
abij. Quiſq̄ ne tam infœlix fuit: quiſq̄ ne me magis odit q̄ ego. Miſerere mei
cœpi. Ter cauſam dixi. Acceſſi ad hæc ſupplicia. Venenū bibam. Sed nō hoc tibi
ſatis eſt. Venenum habuit Mithridates: habuit Demoſthenes.

Pars altera pro patre contra filium.

Vm ſe velle mori dicat: tamen vitam rogat. Teneo paricidam: ꝙ in mortem ſuam
paratum. Quantū eſt quod negas: cum tantū ſit quod fateris. Venenū quæſiſti:
venenū emiſti: venenū intuliſti in eam domū in qua habebas inimicum patrem.
Jndica quis vendiderit. dicetur illi. Tu vendebas cuiq̄ venenū: cuius ſciebas abdicatio/
nem. Cui daturus erat: quæritis? Cui venenum parauit: non bibit. Quod ergo negat pa
ricidiū eſt: quod confitetur veneficium. Mihi inquit parau. Ne quis dubitet an aliū poſſit
occidere. Tam inuiſum fuiſſet: patrem dico vt occidere volueris: tam inuiſum confiteris vt
mori volueris.

Extra controuersiam.

Oniectura duplex a persona: vna an parauerit sibi: an patri. Liberius in nimium Diuus Julius ludis suis produxit. Demū equestu ordini reddit: quē cuz ussisset ire sessum: omnes equites ita se coartauerunt: vt venientē nō reciperent. Multas tuz i senatū legerat Cæsar: 7 vt expleret exhaustū ciuili bello ordinē: 7 bis qui de patribus bene meruerant: gratiā referret. Cicero in vtranqz rem vocatus mandauit Liberio trāseūti. Necæ pissem te nisi anguste sederem. Liberius ad Ciceronē remisit. Et qui soles duabꝰ sellis sedere. Quod Cicero male audiebat: tāqz nec Pompeio certus amicus: nec Cæsari: sed vtriusqz adulator.

Declamatio quarta de matre cæca filium retinente.

Iberi parentes alant: aut vinciantur. Quidā habens vxorem 7 filiū peregre profectus: in piratas incidit: scripsit vtriqz de redemptione. vxor flendo cæca facta est. Filium euntē ad redemptionē: alimenta posit. Non remanentē alligare vult.

Prima pars pro matre contra filium.

Aligaturus vxori filium reliquit: nec dum cæca erat. Non est q̄ mulieris affectū lege æstimetis: quia minatur: omnia facit: ne filius alligetur. Quotiens est cōmunis potestas duobus: eius sit tota: qui præsens est.

Pars altera pro filio contra matrem.

Nus vinculis duos alligat. Victa mater catbenas denunciat victori. Ad piratas eundū est. Filiusfamiliæ nulli seruire possum nisi patri. Petis alimenta ab eo quē pater peregre mittit. Primæ partes sunt patris. Secundæ matris. Ille peregre est: Tu domi. Ille captiuus: Tu libera. Ille inter piratas: Tu iter cues. Ille alligatus: Tu soluta. Et tu cæca es. Infœlicior ille qui vidit cathenas suas: 7 cædes: 7 vulnera: 7 cruces: eorum quæ non redimuntur. Et periculosum est inquit. Q̄z multi pro patribus nibil periculosum putauerunt. Non inquit vindictā: sed misericordiā quærit. Ita quisqz exigit pietatem: vt impediat.

Extra controuersiam.

Aluus qui diu cū Cicerone iniquissimā litē de eloquētiæ principatu babuit: vsqz eo concitatus actor fuit: vt in media oratione eius exclamaret Vatinus reus. Ho go vos iudices: nunquid quia iste disertus est: ego damnandus sum?

Declamatio quinta de procuratore 7 priuigno.

Vidam mortua vxore ex qua priuignū habebat: duxit aliā. Sustulit ex ea filium Habebat procuratorem speciosissimū. cū sæpe iurgaret nouerca 7 priuignus: iussit a se migrare. Ille trans parietē habitationez conduxit. Rumor de adulterio procuratoris 7 vxoris. Quodam tempore in cubili suo pater occisus est inuent?: vxor vulnerata cōmunis paries perfossus. Placuit propinquis quæri a filio quinquennij: qui vna domi erat: quem percussorem agnosceret. Ille procuratorem digito monstrauit. Et filius procuratorem accusat cædis. Ille eū paricidij.

Pars prima pro priuigno contra procuratorem.

Audiui damorē: si qua fides: adulteros deprehēsos credidi. Da puerū. Nemo est vno teste contentus. Da populum. Obiice priuigno paricidiuz: filio mēdacij. Dic puer quis occidit patrem. Dic audacter: eundē nominas quē populus. Nox placet sceleri: adulterio tēpus.

Pars altera pro procuratore contra priuignū.

Magna in cōtrariū peruersitas sceleri. Inuētus est qui patrez posit occidere: non posset nouercā. Ostende illud non vuln?: sed argumentū. Ostēde vulnus passo: Ille quā timuit ne occideret: tā leuit' vulneraut. Ille dextera: cui nec paries obstat nec pater.

Extra controuersiam.

Ibil est puero teste certius. Nam ad annos eos peruenit vt intelligat: 7 non ad eos qbꝰ fingat. Vicinius vir exactissimi ingenij: nec dicere res ieptas: nec ferre poterat.

Declamatio sexta de eo qui seruo filiam matrimonio coniunxit.

Yrannus permisit seruis dominas suas rapere. Profugerunt principes ciuitatis 7 simul qui babebat filiū 7 filiā: cum omnes serui filios viciassent: 7 dominas. Seruus eius virginē seruauit occiso tyranno. Reuersi sunt principes. In cruces seruos fustulerunt. Ille manumisso filiam collocauit. Deus est a filio dementiæ.

Prima pars pro filio contra patrem.

Liberemus solacium si has nuptias fecisset tyrannus: non pater. Sanuz putatis esse qui imitari maluit tyrannum: q̄ seruū. Simile se fecit tyranno. Filiā rapit: liberum cruciaris: plus permisit seruo dominus: q̄ tyrannus. Quisquis has nuptias fecit: vel tyrannus: vel insanus est. Egregius gener: cui nihil est glorioſius: q̄ q̄ inter cruciatos non est. Virginitatem sub patre perdidit: quā sub tyranno seruauit. Ita ne dignus nuptijs filiæ: qui dignus est cruce. Melius est conditio viciatarum: q̄ virginis Illis contingit mutare nuptias. Propicius pater ita collocauit filiam suam: sicut tyrannus iratus alienus: cum sanus esset pater: ne videret has nuptias fugit. Miserrima soror: sub tyranno patrem desiderabas: sub patre tyrannum desideras. Num est illi premiū spectare omnium cruces? dominam num stuprauit? Fuge beneficia. Nec dominum occidit: nec venenum dedit. Non est beneficium scelere abstinere. Illæ q̄ in tyrannide passæ sunt: hæc in libertate. Cæteræ absentibus suis: hæc præsentibus. In alijs vocatur stupruz: in hac matrimonium. Timuit ille supplicium. Scuit rem publicam liberandā. Paturas esse pœnas qui contaminassent: & aduentare rei tempus tyrannicidi vltimū vidit. Conuenite seruuli: cōuenite libertini: empta cognatio.

Pars altera pro patre contra filium.

Si quis tyranno indicasset: solus in cruce pependisset: licet cui volo filiam collocare Marcus Cato coloni sui filiam duxit vxorem. Filia non marin petulantiam: non verborum contumeliam timet: non pellicem: non repudium. Neminem natura fecit liberum. Neminem seruuz. Imposuit fortuna nomina hæc singulis. Nuper & nos serui fuimus. Seruus rex fuit.

Declamatio septima quæ est de Imperatore crucifixo.

Duo fratres & filius imperium petebant. Prælatus est filius. Cōmisso prælio captus est. Missi sunt quadraginta legati ad imperatorem redimendum. Occurrit euntibus pater: dixit se attulisse aurum sero: filium crucifixum esse. Illi peruenerūt: quibus imperator ex cruce dixit: Cauete proditionem. Reus sit pater proditionis.

Prima pars pro Imperatore contra patrem.

Imperator supplicium tulit. Proditor precum: etiam tristiorem istum vidimus: cuz filius imperator pronunciatus est: q̄ cū captus. Quēadmoduz rediisti tutus senex solus cum auro: cum etiam imperatores capiatur. Plus accepit auri: q̄ quō posset abscondi. Nolite mirari: & imperatorem & filium vendiderat. Cauete proditorem. Iā comitijs cauimus. Abstulissent tibi aurum hostes: si non dedissent. Cauete proditionē. Iudicium fuit filij morientis breue & verecundum. Cur dimissus es? Si nihil aliud: & ducem genuisti: & dux esse voluisti. Candidatus processit contra patrem. Iam tunc nobis verecundè indicauit filius: cum rempublicam tibi credere noluit. Legati nostri aurū ferebant. Pater asserebat. Non immobilis diriguisti. Non & illic quasi: & ipse affixus hæsisti. Quid tā cito recedis. Adhuc viuit & loquitur. Voce proditionem indicauit: silentio proditorē. Expecta dum mittantur legati. Optimus imperator curaret rempublicam: nec in cruce quidē desijt. vbi dixit: Cauete proditionem. Non potuit loqui filius patrez proditorem. Expecta dum mittantur legati: dicis affectus meos non sustinet moram. Ergo si redimere non potes vnum: redime mortuū saltem. Nunq̄ taz durus hostis fuit: vt i paternis lachrymis non flecteretur. Cauete proditionē: adest cauete ne inscijs custodibus exeat de ciuitate. ne q̄s ignorante republica ad hostes perueniat: ne quis ex hostilibo castris grauis auro reuertat. Iudicio nihil deest. De proditione nobis indicat Imperator: de proditore legati. Sublata quæstio. Quæritis quid dixit. Videte: cum nihil dixerit.

Pars altera pro patre contra filium.

In comitijs filio meo cessi: decretum non expectaui. Sed amens & attonitus protinus cucurri. Ad summa festinaui. Nec occurri. Scieba hostes: patrum lachrymis se non flecti.

Extra controuersiam.

Petro non curauit dicere nullam esse factam proditionem: sed se proditorem non esse. Suspectus est inquit iudici: qui plusq̄ se defendit. Cestius posita suasoria deliberat Alexander an Oceanum nauiget: cum exaudita vox esset: quousq̄ inuicte

describenti discipulo late Alexandri victorias: gentesq; perdomitas addenti: quousq; post illa exclamauit: & tu quousq;.

Declamatio octaua de mutatione opinionis raptore conuicto.

Rapta raptoris mortem: aut indotatas nuptias optet. Rapta producta nuptias optauit. Iuuenis raptorem se negauit. Conuictus est. Illa mortem petijt. Raptor contradicit. Prima pars contra raptam.

Ptare tibi non amplius q̄ semel licuit. Proponite supplicij faciem. Hoc semel licere nimium est. In hanc perturbationem productus sum: vt ignorarez quid fecissem. Grauius punior cum me peccasse pudet: q̄ cū peccaui. Optauit nuptias. Nec adhuc sciebat: q̄ verecundum maritum esset habitura. Raptorem dimisisti. Virū occides. Minus est q̄ violauit: q̄ q̄ negauit. Ergo nos iniuriā periculosius negauimus: q̄ fecim⁹. Quadam nocte: quid dicam? Non negare iam pudet. Nox: vinum: error: quid irascaris puella. Iam non negat. Judex dat tabellam. Reuocare sententiam quam tulit non potest. Quæstor non mutat pronunciationem. Nihil tam ciuile: tam vtile: q̄ breuem potestatez esse quæ magna est. Si mortem optaueris: hodie facies quod nunq̄ factum est: vt vtrūq; optaueris.

Pars altera pro rapta contra raptorem.

Egit prior iudicio: nequaq̄ omnino pœnam stupri penderet. Hic id egit: vt ipse optet. Vtinam non id liberaret illuz metu: quod monuit iudias dæmētia sui. Est quædam proxima innocentiæ verecundia præbere se legibus. Lex non addicit quotiens optet: sed ex quibus. Aut hoc inquit: aut id non addicit: non amplius q̄ semel.

Explicit liber septimus Senecæ.

Incipit declamatio prima octaui libri de orbata quæ sibi precioso laqueo sacrilegium confessa est.

Magistratus de confessa sumat supplicium. Amisso quædam viro cum duobus liberis laqueo se suspendit. Incidit ei laqueum tertius filiⁿ. Cū sacrilegio facto quereretur sacrilegus: illa dixit magistratui se fecisse sacrilegium. Vult magistratus tanq̄ de confessa sumere supplicium. Filius contradicit.

Prima pars pro filio contra magistratum.

Acio iudicium in foro quod domi feci. Matrem mori prohibes. Quomodo inq̄t fecisti? quo loco? quæ sustuleras cōdidisti. Mærebat: nec quicq̄ sacrilegij nisi pœnam nouerat. Amissis duobus filijs sacrilega sibi videbatur q̄ viuebat. Non obfuturus veni: sed seruaturus. Alij pro reis rogant: ego rogabo ream. Nulli accusator nisi i subsellijs habet testem. Non est cōfessio: vbi eā accusator eruit. Negat rea. Tortor expressit. Fertur quædam iusso contra spem filio expirasse. Si ad mortem agit matris magnum gaudium: quidem magnus dolor. Mater habes non mediocre solacium. Vides aliquid & deos perdere. Magis deos miseri: q̄ beati colunt. Non fecit sacrilegiū mulier: nō fecit auus: non fecit orbata: non fecit quæ custoditur: non fecit quæ confiteatur. Iratis inquit dijs sacrilegium potui cōmittere. Frangitur calamitosis animus: & ipsa se infœlicitas damnat. & hoc cōditio humana nihil pessimū habet: q̄ fortuna quos miseros fecit: & superstitiosos facit. Diligentius dij coluntur irati. Quid ergo fecit? Vnde scire possum qui matrem custodio. Ego causam legum: ne carnificem. Quem sacrilegis minantur: calamitosis adhibeant. deos ita coluit: vt quæ tam pro multis timeret. Confessio conscientiæ vox est. Cōfessio coacti. Et quæ fecit agnoscentis verbum est.

Pars altera pro magistratu contra filium.

Nium vox erat sacrilegum latere non poterit. Quisquis est: non ipse bonum exitum faciet: non quisq̄ suor. & si nemo fuerit accusator ipse narrabit. Concrata processit: vel de dijs ipsis prosequentibo. Feci inq̄t supplicij de ea: vel nunc exigam⁹ homines: de qua olim dij exigere cœperunt. Violatoꝝ numinū maiestate cōpulsa est: vt mori etiā vellet & deberet: & nō posset. Incisus est ei laqueus. Tu putabas sacrilegam secreto mori posse. Omia fecit vt taceret: quæ ne cōfiteretur etiā mori voluit. Si crimē quæritis: sacrilegiū

factum est. Si sacrilegiū fatetur: facti causam quæritis. si priusq; amitteret libros auara: si postq; amiserat irata.

Declamatio secunda de Phidia truncato manibus.

Sacrilego manus præcidantur. Elij ab atheniensibus Phidiam accæperūt: vt eis Jouem Olympium faceret: pacto interposito: vt aut Phidiam: aut centum talenta redderent. Joue perfecto Elij Phidiam aurum rapuisse dixerūt: ⁊ manus tāq; sacrilego præsciderunt: truncatum Atheniensibus reddunt. Petunt athenienses centuz talenta. Contradicitur. Prima pars pro Atheniensibus.

Im Phidiam cōmodare non possumus. Tūc demū illa maiestas exprimi potest cum animus opera prospexit: manus duxit: ante sibi q̄ operi. Jouem fecit. Sacrilegi vos estis: qui præscidistis consecratas manus. Primum sanguinem sui artificis vidit deus. Testor Jouem: iam proprium Phidiæ deum. Irs alios i miseria sustinet Te fecit miserum. Pactiscendum Phidiam manus fecerant. Sine eo Phidiaz nos recepturos speratis: sine quo vos accepturi non fuistis. Cōmodauimus qui posset facere deos. Hecæpimus qui ne adorare quidem posset. Non pudet vos Jouem debere sacrilegio. Superest homo: sed artifex periit. Pœnam nobis Phidiæ: non Phidiam redditis. Nam⁹ quæ deos solebant facere: non homines nunc quidem rogare possunt. Talem fecit Jouez vt hoc eius opus Elij vltimum esse vellent. Manus commodauimus. Manus reposcimus. Eli⁹ testis est. Elius accusator. Elius iudex. Atheniensis tantū reus. Jnuoco deos: ⁊ illos quos fecit Phidias: ⁊ illos quos facere potuit. Hecæpimus Phidiam. Cōfitcor si possumus cōmodare. Pars altera pro Elijs.

Habuimus aurum: olim sacrum. Habuimus ebur olim sacræ materiæ: artificem quæsiuimus. Disposueramus quidem: vt alijs templis quoq; simulachra Phidias faceret. Sed non tam nostra erat ornare deos: q̄ vindicare.

Declamatio tertia de iuuene retinente diuitē vxorē fratris suspitiōe adulterij.

Horum iuuenum pater vni vxorem dedit: quo peregre profecto: infamare cœpit. Socer in nurum: maritus reuersus adduxit ancillam vxoris: ⁊ torsit. Illa tormentis periit. Maritus incertus: quid quæsierit: laqueo suspendit. Jmperat alteri filio pater: vt eandem ducat. Nolentem abdicat.

Prima pars pro filio contra patrem

Hoc inquit fratris vxorem si fieri potest: Adulterium frater inuenit. Hæc est mihi causa abdicationis: quæ fratri mortis fuit. Duc inquit fratris vxorē. Tentari me credidi: si qua fides est. Mulier si iubere lugenti potes: facis vt omnia de te credāt. Cogor eam ducere quæ mihi causa abdicationis est: populo rumoris: viro mortis. Legiam vxorem quæ si peregrinatio inciderit: mecuz peregrinari velit: quæ si viro aliquid acciderit: alteri nubere nolit. Qui audiunt me abdicari: putant fratrem aliquid suspicatū de me. Pars altera pro patre contra filium.

Obiecisti mihi vltimum nephas: ⁊ quod qui tantuz est suspicatus noluit viuere. Impulsu tuo frater torsit ancillam: ⁊ quia nihil reperit: falsas suspitiones: morte piauit. Declamatio quarta de homicida insepulto.

Homicida insepultus abiiciatur. Quidam se occidit. Petitur vt insepultus abiiciatur. Contradicit. Prima pars pro homicida sepeliendo.

Eferre sibi coactus est manus assiduis malis. Sūmam infœlicitatum suarū in hoc remouit: q̄ æstimabat licere misero mori. Jnfœliciſſime adolescens: cum te sepultura prohiberi video. Desino mirari q̄ peristi. Tales ūmicos habes: vt etiaz mortuum persequantur. Facilius miseros q̄ sceleratum fortuna vicit. Sumpsisti hoc ferruz Cato ⁊ q̄ inuidiosum q̄ Catonem occideris. Non perdideras sepulturam: nisi in morte reperisses. Quid est miserius in vita q̄ velle mori? Quid in morte: q̄ sepeliri non posse? Quis miretur cum mori voluisse: quem fugientem quoque fortuna persequitur? Omnibus natura sepulturam dedit. Naufragorum idem fluctus qui expulit. Suffixorum corpora crucibus: in sepulturam suam defluunt. Eos qui viui vtunt pœna finierat. Irascere interfectori sed miserere interfecti. Homicida inquit est q̄ se occidit. Huic irasceris? Pro quo irasceris? Non aliud scæuole Mutio cognomen dedit: q̄ q̄ a porsenna libertatē: man⁹ suæ vltione

defendit: nec aliud ꝗ̄ vilitas sui. Non aliud Codrus ceteris Imperatoribus dedit exēplū ꝗ̄ q positis Imperatoris insignibus: ad mortem cucurrit. Nec vllo maior fuit dux: ꝗ̄ q se ducem non esse mentitus est. Non postulo vt gloriosum sit: sed vt turum sit mori. Non magis crudeles sunt: qui volentes viuere occidunt: ꝗ̄ qui mori volentes non sinunt. Cur tius deiiciendo se in præcipitem locum: fatuz sepulturæ misit. Celebretur Cato: huic mi sernmo: quod aliquid non ignaue de spiritu suo statuit: tantum impune sit. Etiā vulnera infœlicis scrutantur in crimen. Aestimate an viuere liceant: cui nec mori quidem licuit.

Pars altera contra homicidam sepeliendum.

Acinus indignum: si inueniantur manus quæ sepeliant eum quē occiderunt suæ Sumpsit gladium. Video ardentes oculos. In quez nescio scelus cogitat. Nescio cuius criminis sibi conscius confugit ad mortem. Cuius inter scelera etiam hoc est quod damnari non potest. Contra hos inuentum est: vt aliquid post mortem timerent. Nihil non ausus fuit qui se potuit occidere.

Declamatio quinta, de patre repetente filium quē prius expulerat.

Abdicauit filium quidam. Ille tacuit. Fortiter fecit. Petit præmio ad patrem reditum. Pater contradicit. Pater postea fortiter fecit. Petit a se filij reditum. Filius contradicit. Prima pars contra filium.

Ego fortior sum: post tuam pugnam pugnauimus: post meā vicimus. Reuertere. domi: dignum te feci. Isti oculi mei sunt. Istæ manus meæ sunt. Ista cōtumacia mea est. Si mereor præmium patri date. Si non mereor: isti suum reddite. Ego inquit eadem lege præmiuz non accepi. Hoc est vnde abdicatus est. Cum putas nihil inter te ⁊ patrem interesse: post illa opera. si tantum cōmilito esses: me patrē adoptare debueras. Admoneo te iuuenis. Hoc præmium qui recusarat petit. Timeo inquit ne me iterum abdices. Commissurum me putas: vt iterum rogez. Bello grauiore pugnaui. quo necesse fuit etiam senibus militare: quo fortes esse non potuerunt: etiam qui priore bello fuerunt. Ille annos suos exercuit. Ego vici meos. Tu fecisti bellū. Ego sustuli. Quanta exhortatio iuuenum fui senex fortis. Vtricz nostrum præmiū reddite. Militaui senex. Militaui exanguis. Militaui qui iam vicarium dederam. Uterꝗ nostrum cum rogatur fastidit: cum relinquitur rogat. Quid nos suspicari cogis q̄ non vis in paternam domum venire? Turpe erat virum fortem: nisi a patre coacto non recipi.

Pars altera pro filio contra patrem.

Vid me captiuum ex libero cupis. Quid ignominiæ subiicis virum fortē? Quid effias: vt possis abdicari? Meus inquit es filius. Quid opus est præmio si tuus sum?

Declamatio sexta de filia pauperis post passuz naufragiū a diuite viciata.

Iciata viciatoris mortem: aut indotatas nuptias optet. Dives pauperem de nuptijs filiæ iterpellauit tertio. Ter pauper negauit. Profectus cū filia: naufragio expulsus est in diuitis fundum. Appellauit illum dives de nuptijs filiæ. Pauper tacuit ⁊ fleuit. Dives nuptias fecit. Redierunt in vrbem. Vult pauper educere puellā ad magistratus. Dives contradicit. Prima pars pro paupere contra diuitem.

Deducatur ad magistratus puella: quid times? Certe vxor tua est. Queri nec de morte poteris: si hanc puella maluerit. Nemo vnq̄ raptor serius periit: vt Iitus agnoui naufragus in altū natani. Quid times si exorasti? Accessit ad me pāmū. filiam tuam ducere volo inquit. Non fleui. Tunc enim licuit negare. Nuptias filiæ tanq̄ naufragum meum fleui. Naufragus plus de litore queror. Inter naufragum ⁊ nuptias: nec vna quidem vox interfuit. Differat nuptias dum flere socer sinat. Putat me iam filiaz cōmisisse sibi. Hoc cum nondum se cōmittat vxori. Lachrymis inter verba manentibus venio talis ⁊ in nuptijs filiæ fui. Si rapta es cur optione recusas? Si vxor es cur times? Loquitur vbi primū licet. Procul a conspectu reliqueraz patriā: nondum tamen possessionez diuitis præteieraz. Subito fluctibz inhorruit mare: ac discordes in perniciē nostrā flauere venti. Demissa est nox cœlo: ⁊ tantū fulminibus dies redditur. Inter terram ⁊ cœlū dubij pependimus. Sed hoc tantū bene iudices nauigauimus. Naufragiū maius restat in litore. Erat in summis montiuz ardua diuitis specula. Illic iste naufragioꝝ reliquias cōputabat

illic vestigia infœlix: & ętum sibi iratum redderet mare. Interrogor de nuptijs filiæ: cum adhuc pulsaret aures meas fluctus. Feci quod debui: & captus & naufragus. Inimico stu/ prum lachrymis negaui. Delicatus diues. Qui etiã inter naufragia amare põt. Matrimo nij celebritatẽ remoti angulo ruris abscondit. Ibi fecit nuptias: quo nemo nisi naufragus venit. Lachryma est indiciũ inoptatæ rei. Lachrymæ pignora sunt nolentiũ & repugnãtis animi: vultus index. Nemo vnq̃ q̃d cupit deflet. Lachrymæ coacti doloris iter præcordia & intolerabilis silentij eruptio. Sicut ille qui super cinere deflet patrimonium: incendium odit. Sic q̃ naufragiũ deflet: maria detestat. Fletus humanæ necessitatũ verecunda execratio est. Tuæ nũc sũt partes puella. Discedo. Et q̃d prius feci taceo. Si nupta es: habes q̃d optes: si viciata q̃d imperes. Pars altera pro diuite contra pauperem.

Naufragiũ duo sacratissima inter homines accęperunt. Hospiciũ & affinitas. Alte rum præstiti. Alterę & rogaui. Oblatas cõciliãte fortuna nuptias: q̃d erat amãtis sæpius rogaui: q̃d festinãtis nõ distuli. Quid hoc raptoris est: nisi q̃ indotatam duxi. Erat socer q̃ putat mihi charioẽ puellã: si me potuerit occidere. Quid mihi supest? p/ ces meæ quas totiens adhibui: an ustius lachrymæ quas moui? Nihil mihi inimicus ob/ icere potest. Matrimoniũ põt. Magnus est amor q̃ ex misericordia venit. Fundebam? la/ chrymas ex pœnitẽtia discidij prioris. Nec plura: aut me płoq̃: aut istũ respõdere passæ sũt mentes gaudijs occupatæ. Nulla integritas tantũ etiã sibi explorata confidit: vt causam velit dicere. Si interrogaueris filiã: partẽ legis amputaturus es. si nõ interrogaueris: legẽ Si genero vitã daturus esset: etiã innocẽtiã reliquisset. Quæritis q̃d dũ fleret faceret. Nõ ne negauit: & solebat negare. Si nollet: mortẽ optaturus est. Nõ enim põt eas partes legis desiderare quas nõ habet. Explicat octauus liber Senecæ.

Incipit declamatio prĩa noni libri de Cimone a Galia redempto.

Dulteriũ cũ adultera q̃ deprehẽderit vtrũq̃ corp? interficiat: sine fraude sit. Ingrati sit actio. Melciades peculatus: damnatus in carcere alligatus decessit. Cimon fili? eius: vt cũ sepeliret: vicariũ sep patris corpore dedit. Galias sordide diues natus redemit eũ a republica: & pecuniam soluit: eiq̃ filiã collocauit. Ille deprehensam in adulterio: deprecãte patre: occidit vxorẽ. Ingrati reus est. Prima pars pro Cimone.

Dulteriũ mihi carcer est. Ferrũ mihi a lege traditũ. Ad vindictã pudicitiæ ptiçia/ mur. Perdidisti pecuniã Galia si soluisti tales manus. Non põt generosus anim? contumeliã pati. Hoc interest inter fortunã patris & filij. illius calamitatuz exitus fuit carcer: meæ ini:iũ. Vnius melciadis cẽsus inuentus est. Cimon filius redemptus. Ci/ mon redemptoris infœlicitas est. Redda beneficiũ cũ iã honestũ desideraueris: q̃d dedisti. Ego adulteros dimittã. Quid aliud facerẽ: si adhuc alligatas manus haberem. Quid tu pœnã putas p melciade alligari? Magnũ vterq̃ beneficiũ dũ damus recipimus. Ego q̃ Melciadẽ redemi: tuq̃ Cimonẽ. Turpissimũ duxi ab eodẽ dimitti: & adulteros & Cimonẽ Ego sum q̃ referre gratiã: ne mortuis q̃dẽ desino. Ita mihi veros habere liberos contingat: quod q̃uz sit: Melciade expertus est. Dignũ erat Galiã talẽ genuisse: qualẽ redemit. Dic nunc exemi te ego carcere. cui respondeã: Ego me carceri tradidi. Nũq̃ fiet: vt melius aptũ putẽ: q̃ Galia redemptus suz: q̃ q̃ pro Melciades alligatus. Ego me a te redemptũ pu tabã. Emisti me filiæ tuæ. Galiæ filiã duxi. Hanc tibi pater: dũ ingratus esse volo iniuriã feci. Non possum ob id damnari quod lege factũ est. Beneficiũ est q̃ tantũ cuius causa præ statur inq̃tũ confertur. vbi aliquis ex eo quid sperat: aut imperat non beneficium: sed con/ silium est. Sũmo te decore liberaui inuitus. Redemisti me: & tu non rogantem. Huic vir/ gini. Omnes & quæcunq̃ viciatas filias: vel clauserunt: vel occiderunt.

Pars altera pro Galia.

Vo beneficia dedi: & redemi: & ægenti filiaz collocaui. Obiicio tibi q̃ vxorẽ passus adulteram fieri: q̃ non custodisti: q̃ moratus es: dum superueniret pater spectator suæ calamitatus. Egó non expectaueram: donec rogarer. Molestę ferebas socerum dici Galiam. Mores puellæ non tantum passus es ĩ vicia labi: sed ipse impulisti: nactus occasionem non obmisisti.

Extra controuersiam.

Iccolor: 7 Galioni: 7 Latroni: 7 Montano placuit. Vt nihil in Galiam dicere/tur contumelioſe in redemptorem: in ſocerum infœlicez. Multas quæſtiones rhe/torici 7 poetæ romani a græcis dictas nō ſurripiūt: ſed 7 puocauerut Cydidis ſen/tentia eſt. Saluſtius res ſecundæ mire ſunt imitꝰ obtentu: cum ſit præcipua in Cydide virtus breuitas. Hac enim Saluſtius viat: 7 ſuis cum claſtris cecidit. Nam in ſententia græca breui quæ ſaluo ſenſu detrahas de me. Conſtabit etiam ſi non æque taz integer. Tlt ex Saluſtij ſententia: nil demi ſine detrimento ſenſus poteſt. Titus etiam Liuius tam inꝑ/quus Saluſtio fuit: vt hanc ſententiam vituperaret tancꝫ trāſlatam 7 corruptam: dū trāſ/ferretur obiceret Saluſtio: nec amore Cydidis facit: vt illum preferat: ſed laudat quez nō timet. 7 facilius putat a ſe poſſe Saluſtium vinci: ſi ante a Cydide vincatur.

Declamatio ſecunda de flaminio prætore qui occidit damnatum ad rogatum meretricis.

Tlieſtatis læſæ fit actio. Flaminius prætor romanus in cœna a meretrice rogatus quæ/ſiebat nunc̄ ſe vidiſſe hominem decollari. Vnum de damnatis occidit. Ac/cuſatur læſæ maieſtatis. Prima pars contra flaminium.

Illicio luxuriaz: biſtrionam: iocos: amicos: in conuiuio nihil aliud niſi occiditis Vni fortaſſe oculo donauit homicidium. Cœnaturi carnifices manꝰ abluunt. Nō inquiro totum annum. Vna nocte contentus ſum. Facilius eſt vt qui multa me/retrici dedit homicidium neget: cū vt qui homicidium dederit: quicū negaret. Seruum ſi verberari voluiſſes extra conuiuium abduxiſſes. Contacta ſanguine humano menſam ſm/ctas in triduio ſecures quis credat iſta concupiſſe meretricem: vel feciſſe populi romani p̄/torem. Virgæ p̄muntur: 7 ante menſam 7 deos quaſi crudelitatis victima trucidatur. Ne miſerum terrore romani imperij iuſſiſti. Lege potius cū ſcorto cadat. Exurgite Bruti: Bracij: Decij: 7 cætera imperij decora. Veſtris laucabus: ſecunꝺ veſtris iaz puellæ iocant obſcœne: in eo q̄ ſub prætextu publicæ maieſtatis agitur. quicquid magiſtratus actione peragatur. Vindicanduz eſt. Percuſſurus ad prætorē lictor reſpicit. Prætor ad meretricē.

Pars altera p̄o flaminio.

Legatus mandata affert falſa: ſic audiūtur tancꝫ populus romanus dederit. Im/perator fœdus percuſſit: videtur populus percuſſiſſe romanus: 7 fœdere continet.

Nunc nec quicꝫ viribus populi detractum eſt: nec opinioni. Tlt ex te æſtimāt cæ/teros 7 ante hunc alij fuerunt p̄o quibus æſtimari poſſunt. Nemo aſcribit vꝛbibus vicia ſingulorum obiiciunt q̄ damnatus perierit meretrici: 7 poſtulant prætorem perire dānato. Libido omnis intra meretricē eſt: crudelitas intra carcerem. Multa populus romanus in ſuis imperatoꝛibus tulit. In Mallio impotentiam: a quo 7 filius victor occiſus eſt. In illa crudelitatem. In Luculo luxuriam. In multis auaricam. Non putaui ad rez ꝑtinere: nec aut quando periret: qui perire deberet: occiſus eſt. Quis damnatus? Vbi? i prætorio. In quo tempore? Eſt enim tempus quo noxius perire non debeat.

Extra controuerſiam.

Quædam controuerſiæ ſunt in quibus factum defendi poteſt: excuſari non poteſt. Non ſperamus vt flaminium iudex probet: ſed vt dimittat. Itaque ſic agere debe/mus tancꝫ p̄o facto non emendato: ſed potius nō ſcelerato. Titus Liuius de ora/toribus qui verba antiqua ſordida conſecrantur: 7 oratoꝛis obſcuritatem: ſecuritatem pu/tent. tamen in his etiam ſi minus eſt inſaniæ: minus ſpei eſt. illi qui timent: 7 abundantiā laboꝛant: plus habent furoꝛis: ſed plus 7 corporis. Semper ad ſanitatez p̄ocliuius eſt: qꝺ poteſt detractione curari. illi ſuccurri non poteſt: qui ſimul 7 inſanit 7 deficit. Ouidius di/xit Tetraculo: ſeruiebat forum cubiculo: Prætor meretrici: carcer conuiuio: dies nocti. Hāc ideo ſententiam rettuli: quia 7 in trico: 7 in omnibus huius generis ſenteꝛijs: curamus vt numerus conſtet: non curamus vt ſenſus. Omnium autem corruptarum ſententiarum exempla de induſtria pono: quia facilius vt q̄d imitādū: 7 q̄d vitādū ſit: docemur exēplo.

Declamatio tertia de patre repetente duos expoſitos.

Er vim mœtūque geſta: non ſunt rata. Facta conuentaꝫ legibus: rata facta ſunt. Expoſitos qui cognouerint ſolutis alimentis recipiant. Quidam duos expoſitos

ſuſtulit: educauit. quærenti patri naturali: pollicitus eſt ſe indicaturum vbi eſſent: ſi ſibi alterum ex illis dediſſet. Pactum interpoſitum eſt. reddit illi duos: repetit vnum.

Prima pars pro patre repetente duos expoſitos.

Vm alienis diuidimus liberos: quos non diuidimus cum matribus. Vtrunq; genui. Vtrunq; deſideraui: pro vtroq; pactus. Vna ſunt nati. Vna expoſiti. Vna educati. reddidi: diſtrahunt. Diſtraxit illos fortũa aliqñ a parẽtibꝰ nũq; ab ipſis: duos expoſui. Qui alterum eligere non poteram. In optionem fratre perdito. Grauius hoſtilis aſta non diuidit. Plus quidem eſt geminos eſſe: q; fratres. Perdit vterq; gratiam ſuam: niſi cum adultero eſt. Ignoſcam retinenti meos: cum ipſe non concupiſcat alienos. Agnitio diuidet quos iunxit expoſitio. Omnia pro filio paciſcor: præter filiũ. Pactus ſuꝫ flens: tremens tanq; exponerem. Mihi tunc vis ⁊ neceſſitas erat. Non enim poteram inuenire filios: niſi alteꝫ p̃miſſem. Pars altera pro petente vltimũ expoſitoꝝ.

Trunq; poteſt ex hoc iudicio patrem dimitterem: liberis hic carere conſueuit. Ego ⁊ cum vnum accæpero: neceſſe eſt torquear. Duobus aſſueui. Vim vocas quæ te patrem fecit? Ego ſuſtuli. Ego educaui. Ego reddidi. Iſte electur? eſt. In iſta vi duos filios perdidi. Lex: arma: ⁊ vincula: ⁊ vltimũ periculum complectitur.

Extra controuerſiam.

M Sabinũ Clodium vna die: ⁊ græce: ⁊ latinuꝫ declamantẽ: multa vrbane dicta ſunt. Dixit Catherius quibuſdaꝫ quærentibus: q; puſillas mercedes acciperet cuꝫ duas res diceret. Nũq; mercedes magnas accipere: cũ duas res diceret: mercedes nũq; magnas eos qui breuia pneumata docet. Mecœnas dixit: Caſſius Seuerus ab auditione eius rediens: interrogatus quomodo dixiſſet. Reſpondit male vicit.

Declamatio quarta de patre læſo a filio.

Si patrem pulſauerit manus ei præcidantur. Tyrannus patreꝫ cũ duobus filijs in arcem accerſiit. Imperauit adoleſcentibus vt patrem cæderent. Ex his alter præcipitauit ſe. Alter cæcidit patrem. In amicitiaꝫ tyranni receptus eſt. Occiſo tyrãno præmium accæpit. Vt reus ſit cæſi patris. Petuntur manus. Pater defendit.

Prima pars patris filium defendentis.

Delicior eſſem ſi plures reos defenderem. Præſcidetis tyrãnicidæ manus. Quid eſt hoc integer tyrannus iacet. Tam neceſſe fuit patrem cædere: q; templa ſpoliare: virgines rapere. O q̃tum debemus manibus per quas iam nihil neceſſe eſt. Tales fuerunt vt ex his poſſet tyrannuꝫ alter contemnere: alter occidere. Præcipitaſti te fili. Hoc non eſt patri parcere: ſed tibi. Dura fili in tyrannum: tibi patreꝫ eundum eſt. vtrum ex filijs meis probatis? Alter ſe occidit: Alter tyrannum. Suſpenſas leuiter admouebat manus. Filius ſimulabat ictus: pater gemitus. Neceſſitas magna humanæ imbecillitatis patrocinium. Hoc excuſat Saguntinos: q̃uis nõ cæciderint patres: ſed occiderint. Sed nec iſte occidiſſet alle me fratri reliquerat: hic tyranno. In lege inquit nihil excipitur. Sed licet inquit multa non excipiantur: intelliguntur. Et ſcriptum legis anguſtum: legis interpretatio diffuſa eſt. Quid intereſt lege excipere ne fraudis ſit ei qui per inſaniam patrem pulſauerit. Cum illi non ſupplicio: ſed remedio opus ſit. ne an puniatur infans ſi pulſauerit patrem. Hic qui cogente tyranno fecit: ipſo fuit miſerior vapulante. Non eſt impudica quæ accerſita eſt a tyranno. Non eſt ſacrilegus ſacerdos qui deorum imortalium dona: ſuis manibus pertulit ad tyrannum. Patre iubente fecit: nec cæcidit ipſe ſed paruit. Vltio cæſi patris: nullius eſt niſi patris. Si a quolibet alieno cæſus eſſem: ⁊ iniuriaruꝫ agere nolle: nomine meo nemo ageret. Nunc nihil intereſt. Pœna maior eſt eius qui cæcidit: ius idem eius qui cæſus eſt.

Pars altera contra filium qui patrem cæciderat.

Amdiu cæcidit patrem: donec placeret tyranno. Satelles inquit: pro republica feci. Idem imputas reipublicæ: ⁊ tyranno. Habuiſti quod iactares tyranno. Frater maluit mori. Periit ne paricidium faceret: aut auderet. Cæſus inquit pœnam remitto. Mirarer: niſi pro tam bono patre fuiſſet qui mori vellet. Pater inquit voluit: ſed frater noluit. Ita tu non tantum tyranno: ſed etiam patri dignus viſus es paricidio. Cæcidiſti patrem: cum ⁊ legem noſſes: ⁊ fratrem.

Declamationes liber q

Extra controuersiam.

Hippio proconsule cum quo in Cretam Sabinus venerat: in theatro græci po-
stulare cæperant: vt Sabinus maximū magistratū gereret. Nos autem est barbā
& capillos magistratui cretensium submittere. Surrexit Sabinus: & silentio manu
facto: hunc magistratum inquit ego Romæ bis gessi. His enim reus causas dixerat. græci
non intellexerunt: sed interpretati petebant: vt illus honorem Sabinus tertio gereret. Idē
etiam cum reus rogaret: vt in latomias transferreretur. Nec nunc inquit quenq̄ nostrum
decipiat nomen latomiæ. illa animo meo lauta res est. Iocabatur in miseriis: ac periculis
suis: in quibus iocari eā non debuisse quis nescit? potuisse quis credit?

Declamatio quinta de nepote rapto ab auo.

E vi fit actio. Quidam duos filios sub nouerca amisit dubijs signis crudelitatis
& veneni. Tertium filius auus maternus rapuit: qui ad nepotes ægros nō fuerat
admissus. Quærenti patri per præconē: dixit apud se esse. Accusatur de vi.

Prima pars pro auo qui rapuit nepotem.

Abiū filiam cuius vnus filius sumpserit fœcundā apud me nutriat? Sine. Quid
times? an non admittere cum veneris? Non quæris filios quos perdidisti: quem
non perdidisti quæris? Pater a me vnum quærit: ego duos a patre. Plus habeo
q̄ auo: cui q̄ reo timendū sit. Veni ad ægrotantes nepotes. Admissus non sum. Hæc va
vis fuit. illa vis est quæ arma: pugnam: vulnera non habet. Describe istius comitatus tu-
multus vnus: & vnus sonus est. Rapuisti inquit filium meū. immo nepotem meum sustu-
listi. immo venientem non potui excludere: sicut obsessam latronibus armata manu coniu-
gem: liberosq̄ rapuisset. Beneficiū erit meū. Et medici alligant: & corporibus nostris vi me
dentur. Non potest agere mecū tanq̄ cum alieno. Habet sua ura natura. Et hoc inter patrē
& auū interest: q̄ auo seruare suos licet: patri & occidere. Quæ est ista tas sera pietas? tam
præpostera? Quærere tuos a tertio incipis. Quisquis puero fauit ne inueniretur optauit.

Pars altera pro patre contra auum.

On vt nepotem seruaret fecit: sed vt infamaret vxorem veneficij: me venefice man-
cipauit. Cum socero mihi iudices me: viua quidem vxore persona conueniat: mor-
tua vero inimicū professus est. Languente puero cum vociferatione & cōuicio auspi-
cans quid accidit? venit: qui ad sanos nepotes vnq̄ antea venisset. Non admisi. & tūc enis
vidi te venire rapturum. Extra controuersiam.

Abet hoc loco Montanus vicium. Sententias suas repetendo corrumpit. Dum
nō est contētus vnā rē semel benedicere: efficit ne benedixerit. Propter hoc solebat
Montanū Scaurus iter oratores Ouidiū vocare. Nas & Ouidius nescit q̄ bene
gessit relinquere. Cū Polyxena esset adducta tumulo Achillis imolāda. Hecuba dixit cu-
ius ipse sepulti ingenuus. Hoc pugnat. poterat esse contentus. Adiecit tumulo quoq̄ sen-
serat hostem. Neq̄ hoc contentus adiecit. Eadē fœcunda fui. Aiebat Scaur⁹ nō minus ma
gnā virtutē esse: scire desinere: q̄ scire dicere.

Declamatio sexta de matre veneficā filiam accusante.

Enefica torqat: donec cōscios idicet. Quidā mortua vxore: ex q̄ habebat filiū: du-
xit aliā: & ex ea filiā sustulit. Veneficij dānata. dū torqret dixit cōscia puellā. Petit
duci ad supplicium puella. Pat defēdit eā. Pria pars p filia ne sit rea veneficij.
On prodesset tibi puella: q̄ amauit te pater: nisi mater odisset. Nephanda mulier
etiam filiæ nouerca: ne mori quidez potuit: nisi & occideret. In gladiatoribus quoq̄
conditio diu victoris est: cum moriente pugnantes. Nullum magis aduersarium
timeas: q̄ qui viuificare non potest: occidere potest. Concitatissima est rabies in despera-
tione & morte vltima. In furorem animus impellitur. Quædam ferę ipsa tela inuadunt:
& in mortis auctorem per vulnera currunt. Gladiator quem armatus fugerat: nudus se-
quitur: & præcipitati non quid impulit tantum trahunt: sed quod occurrit: quodam na-
turali deplorante mentis affectu. Morientibus gratissimum est commori. O mendacium
simile veneficio: dum nouercæ meminit matris oblita est. Puta ne quia filium vindicavi:
filiam perdam. q̄ nisi succurritis nouerca vincit. Ego victus sum. Ne inter supplicia qui-
dem desinit occidere. Prosit apud nos puellæ: q̄ pater eam laudat: quam mater accusat.

Declamationū liber X

Conſcia inquit eſt filia. Ego torqueri cœpi: nouerca torquere. Habui filiam talem: vt illam amare poſſet nouerca: niſi in eam incidiſſet: quæ odiſſe etiam filiā poſſet. Seruus furti tort⁹: Catonem conſcium dixit. Vtrum plus tormentis creditis: an Catoni? quod nouerca tam ſero. puella tam cito. In hoc veneficij pœnas dabat: vt accuſatoris exigeret.

Pars altera contra filiam quæ ſit rea veneficij.

Varundam ferarum catuli cum rabie naſcuntur. Venena radicibus ſtatī peſtifera ſumunt. Quid illa quæ fratrem in moriam ſequentis patris ſparſit. Habes exem*plum quod ſorori conueniat: ⁊ virgini. Nouerca ad hoc priuigno dedit venenum: vt filia ſola hæres eſſet. Ideo adhibuit ⁊ conſciam. Explicit liber nonus Senecæ.

Incipit declamatio prīa decimi libri de filio pauperis ⁊ diuite inimico.

Iniuriarum fit actio. Quidam cum haberet filium: ⁊ diuitem inimicū: occiſus ⁊ ſpoliatus inuentus eſt. Adoleſcens ſordidatus ſequi diuitē cœpit. Dues eduxit eum in ius ⁊ poſtulauit: vt ſi quē ſuſpicaretur: ar*gueret. Tunc adoleſcēs ait: Accuſabo cum potero. Diues petens hono*res expulſus eſt. Accuſat iniuriaruꝫ pauperis filium. Contradicat.

Prima pars pro filio pauperis.

Ratias diuiti: q̄ quos odit: iam reos facere contentus eſt. Nō ambulabis inquit eadem via. Non calcabis veſtigia mea. Nō offeras delicatis oculis ſordidā veſtē. Non flebis: me inuito non tacebis. Perieramus ſi hic magiſtratus eſſet. Q̄ ſor*didatus fui: lugentis eſt: q̄ fleui pietatis: q̄ nō accuſaui timoris: q̄ repulſus eſt veſtrū eſt. Honores patre meo viuo nunq̄ petiit. Vicum meum ſequatur. Taceo. Vtinam hoc vi*cum habuiſſet ⁊ pater. Quando nobiles non ſordidati ſumus. Accuſa inquit pauper di*uitem. Ambulare mihi arbitrio meo non licet. Accuſa inquit: rez perage per omnia. Quis accuſare ſic locupletem poteſt? Cur īquit me ſequeris? Aliud ergo pauperes iter: aliud di*uites habent. Quiſquis percuſſor fuit: quaſi diues ſpolia contempſit. Mortuo patre meo metuo: ne quis ſe lædi putet. Si dixero occiſuꝫ. Sordidatus inq̄t fles. Quid aliud facere poſſum? occiſi patris pauperis filius. Quid accuſanti feciſſet qui perſequit̄ tacentē. Quare inquis ſequeris me? Vt aliquando miſereris mei. Vt deſinas afflictam domuꝫ perſequi Eum accuſatorem habeo: qui ſe non eſſe reum miratur. Cur inquit non agis? quia adeo nō metuis vt cogas. Sordidatus ſum: quod reo licet: lugenti non licet. In ne lugebo q̄dez: quez vindicare non poſſum? Non erat in illo præda: quam craſſator appeteret. Erat ſūma virtus: contumax aduerſus diuitiarum faſtidium innocentia. Hæc ab inimico petita ſunt ſpolia. Quis cædem machinatus eſt? Scire non poſſum: quod diſſimulari non pōt. Scio quis optauerit: ⁊ tu diues inimicus es: ⁊ ille vi ſpoliatus inuentus. Non eſt cur accuſem: ſed eſt cur ſuſpicer.

Pars altera pro diuite inimico.

Tu ſcias te inuidiam mihi facere: cum dixiſſem accuſa me. Non negaſti: ſed reſpon*diſti: accuſabo cum potero.

Declamatio ſecunda de patre victo a filio victore.

Iri fortes premium: ſi plures erunt: iudicio contendant. Pater ⁊ filius fortiter fe*cerunt. Pater petit a filio: vt ſibi cederet. Ille noluit. iudicio contenderūt. Vicit pa trem. Petit premio ſtatuas patri. Abdicatur. Contradicit.

Puma pars pro filio victore.

Dem optem neſcio iudicij huius euentum: cum crimen meum ſit viciſſe. Patriæ iudicium habeo. Patris perdidi. Patrem in acie vidi. pugnaui cum exemplo. Iu*dicium vocatur quo pater ⁊ filius ſpolia contulimus. Vici non filius patrem: ſed iuuenis ſenez. Ego vici: ſed omnes gratulati ſunt patri. Cogitaui Dratiū hetruſcas acies corpore ſuo ſubmouentem. Cogitaui Deciū qui nec ipſi patri ceſſit. Pugnaui non tantum imperatori: ſed etiam patri. Auidus ſum gloriæ. Hoc ſi vicium eſt: paternuꝫ eſt. Pudeat pater ſi te victa filius abdicandus. Ego premium habeo. Tu ⁊ premium: ⁊ virum fortem. Virtutes noſtræ ſilentio præteriſſent: illuſtratæ ſunt: duꝫ conferuntur. Iudicauerunt nō quod erat: ſed quod te male credebant. Honor ad vtrunq̄ peruenit. Alter premium habet. Alter percipit.

Pars altera pro patre victo.

Olo habitare cū aduersario meo. Nō capit idē cōtuberniū victū ꝛ vir fortē. Statuas inquit tibi posui: immo ne possem vnq̄ me victū obliuisci ignominiā meaz: in æs incidisti.

Declamatio tertia de filia quæ se suspēdit vt patri satisfaceret

Emētiæ fit actio. Bello ciuili vir quædā secuta est: cū i diuersa pte haberet patrē: ꝛ fratrem. Victis partibus suis: ꝛ occiso marito: venit ad patrē: a quo recepta. ait patri: Quēadmodū vis tibi satisfaciam. Ille respondit: Morere. Suspendit se añ ianuā eius. Accusat pater a filio demētiæ. Prima pars protinus patrem accusans.

Ic ubi satisfieri velle nec debuisti. Nam sic sibi satisfieri: nec victor quidez voluit. Nullum fuit in proscriptione muliens caput. Inquinasti filiæ sanguine pœnates tanq̄ in domo perierit. Allatum ad se Pompei caput Cæsar fleuit: ꝛ nec ille propter filiam fleuit. Quēadmoduz vis satisfaciam tibi. Hocipso satisfeciſſe puella debuerat: adeo ꝛ in maritum: ꝛ in patrem pia. Vt alterum vsq̄ ad mortem secuta sit: ꝛ alteri morte satisfecerit. Periculose offendit pater qui nescit ignoscere. Morere quid aliud meruerat si satisfacere noluisset? Defendisti Ligariuz Cicero. Qz leue iudicasti crimen de quo confessus es. Ante ipsum domus limen extincta est ne dubitari posset: marito perisset: an patri. Meruerat inquit. Accusas etiam nunc. Et certe iam tibi satisfactum est. Secutus est Gener diuersas partes: vxor suas. Optima ciuilis belli defensio: obliuio est. Morere inquit. Etiam quibus animaduertere in damnatos necesse. est: non dicunt occide: nō morere: sed age lege. Crudelitatem imperij: verbo mitiore subducunt.

Pars altera patrem defendens.

Ores tuos patri debes approbare: non patris regere. Multa potes demētiæ signa colligere: non potes patrem propter verba damnare. Animaduertit Mallius in filium: ꝛ victorem quidem. Animaduertit Brutus i liberos nō factos hostes: sed futuros. Videas sub istis exemplis. Patri fortius liceat tantum loqui. Contumaciter rogauit: quemadmoduz ꝛ periit. Nihil agnoui filiæ: nihil victæ. Non misit ad patrē fratrē. An etiam nunc irascatur fratri. Cur me solum rogat? cuz duobus satisfacere debeat. Victor inquit: Cato exortus est. Facilius est ignoscere bello: q̄ paricidio. Iā morte patris quæ fuit inuidiam. Periisse propter patrē dicitur mulier quæ vir habuit propter quē mori possit.

Declamatio quarta de eo qui debilitabat expositos: ꝛ eos pariter educabat.

Eipublicæ læsæ fit actio. Quidam expositos educabat: ꝛ debilitatos mēdicare cogebat: vt sibi mercedem referrent. Accusatur læsæ reipublicæ.

Prima pars contra debilitātem expositos.

Actum est: ne liberos patres aut cognoscant: aut recipiant. Vectigalis ista crudelitas: eo magis q̄ præ cæteris: omnes præter istum cōmisericordes sumus. Effectum est vt nihil esset miserius expositis: q̄ tolli parēti: parentibus q̄ agnoscere. Alterius cōminutas scapulas in deformē tuber extundit. Produc familiā tuā. Volo nosse illam humanarū calamitatum officinaz. Sua cuiq̄ calamitas tanq̄ ars designatur. Intuemini illi eruptos oculos: illi effractos pedes. Quid horreas si iste miseret nouū monstrū? Integer alitur: ꝛ debiles alunt. Perissent inq̄t. Interroga patres: Vtrū maluerint. Quāti ex his viri fortes: Quanti tyrannicidæ: Quanti futuri sacerdotes? Nunc incredibilia loquor. Ex hac fortuna origo romanæ gentis apparuit. Plus acceptū crudelitati: q̄ expēsuz misericordiæ refert. Expositos aluerunt. Et iā ferę satis futuræ mites: si præteriissent: quoz cum vbiq̄ audiantur preces: i sua tantū causa cessant. Abscisa est illis lingua: ꝛ est rogādi genus: rogare non posse. Miseremini omniū iudices: quoruz singulorum misereri soletis. Istis nos vindictam negaturos putas? quibus ne id quidem negauimus: quod tibi daturi erant. Res indignissima: cū tā crudelis sit: misericordiaz publicauit. Exurgite miseri: ꝛ hodie nobis præmiū rogate. Tibi inquit quotidiana captura non cōstat. Apparet te nōduz satis miseruz videri. Occurrunt nuptijs: dira omnia. Facis publicis auspicia feralia: ꝛ diebus in hilaritatem dicatis. Isti semianimes greges oberrāt. Alunt istum qui se alere non possunt. Non est qui rogare nesciat. Solet autem dicere: Non habes tot membra quot debes. Ergo tu cum de publica misericordia cogitas: tam crudelis esse potuisti. Miseros qui

sic rogant: miseriores qui sic rogantur. Omnes omnibus stipē conferunt: duz quisq; timet ne filio neget. Effecisti vt maius esset malum educari: q̄ exponi. Timebantur fere atq; serpentes: & inimicus teneris artubus rigor: inopia quoq; Inter expositorum pericula nō numerabamus educatorem. Pars altera pro debilitante expositos.

Debilitasti inquit. Plus illis patres nocuerūt. Quid videtur lanista? qui iuuenes cogit ad gladiuz: & tamen non accusatur læsæ reipublicæ. Quid leno qui stupri pati cogit inuitas? nec rempublicam læsit. Ego reum non laudari desidero: sed absolui. Noceat hoc illi cū petet honores. Potest esse aliquis & non esse homo honestus: & esse innocens reus: vt illis multum ablatum sit: vita reddita est. Reipublicæ læsio non potest agi eorum nomine qui extra rempublicam sunt. Egens homo: & qui ne me alere quidē: nedū alios possum: sustuli relictos: quibus non iniuria fieret: si aliquid detraheretur: sed beneficio cederet: si vita seruaretur. Faciant inuidiā: dicant illos per me misere viuere: dū faceantur per me viuere. Vnius misericordia viuunt: & omniū aluntur. Misery est vacare hominēs huic cogitationi: vt curent quid homo mendicus inter mēdicos agat. Ciuitatis istius princeps diuitias suas exercent: contra naturā: exulū q̄ greges habent. exoletos suos vt ad longiorem patriaz impudicitiæ idonei sint: amputantur. & quia ipsos pudet viros esse id agunt vt q̄ pauci viri sint. His nemo succurrit: delicatis & formosis debilib9. Curatis quis ex solitudine infantes auferat perituros nisi auferant: nō curatis q̄ solitudines suas isti beati ingeniorū ergastulis excolunt: & miserrimoz iuuenū simplicitate deceptos: specio/sissimo quenq; ac maxime idoneum castris illudunt: & detrudunt.

Declamatio quinta de Parrhasio pictore torquente Olynthium.

Cipublicæ læsæ fit actio. Parrhasius pictor athenienſis: cū Philippus captiuos Olynthios venderet: emit vnū senē. Duxit athenas. Deinde torsit. Ad exemplar torti Promethei pinxit. Olynthius in tormētis periit. ille i templo Mineruæ tabulam posuit. Accusatur læsæ reipublicæ. Prima pars contra Parrhasium.

Senex si absq; liberis super exustæ patriæ cinere stetisset ad figurandū Promethei satis tristis esset. Nemo vt naufragiuz pingeret: mersit hominē. Vltima precatio Olynthij fuit: Redde me Philippo. Seruus inquit meus fuit. Putes Philippū loqui. Ideo templa Mineruæ fugimus: tanq; castra Macedonū. Paru inquit tristis est. Vis Parrhasi tristē videre. Duc illum ad Olynthiū iacentē. Scis certe: q̄ tristez emeris. Olynthijs vbez aperuimus: templa præclusimus. Nemo Olynthius tortus esset: si oēs illos Macedones emisset. Torqueatur hic: nec sub Philippo moriat. Hic nec sub Ioue. Si iste hospitalis Olynthio fuit. Hoc est Promethea facere: non pingere. Emi inquit: immo si athenienſis es redemisti. In isto templo pro olynthijs vota suscepimus. ille carnifex græciæ: istū tamē non amplius q̄ vendidit. Senex longa miseraz tabe confectus: & tam tristis: q̄ si iam tortus esset. Quecunq; præco viderat ibi flentē: agnoscebat emptorē. Dereor ne quis cuz audierit Olynthij verbera: tormēta: ignes: queri de me Philippo putet. Si isti creditis: iratum Iouem imitatus est. Si nobis: vicit iratū Philippū. Tantū patiēdum est pingentē Parrhasium: q̄ iratum Iouez. Miserrime senex: aliquis forte ex seruis tuis fœlicius seruit. Si ad succurrendū profectus es: queror q̄ vnū ex bis emisti. Si ad torquendū: queror q̄ illum statuit rex. Altera parte Parrhasius cum coloribus: ex altera torsor cum ignibus. Dubius est inter ista Parrhasius studiosus pingat: an sæuiat. Producitur respiciens patriam senex. Placuit Parrhasio vultus infœlix. Habuit autem aliquid Olynthius Promethei simile: etiam ante tormenta. Ignis: tormenta: ferrū: officina. Hoc pictoris: an Philippi est? Pars altera pro Parrhasio.

Vnq; vnius malo publica fama corrumpitur. Solidior est opinio Athenienſiū: q̄ vt labefactari tormentis capti possit. Læsisti inquit rempublicā: qui hanc picturam in templo posuisti. Lædunt rempublicam: qui aliquid auferunt: non qui aliquid addiciunt. Peccauerunt ergo recipiendo tabulam: & sacerdotes. Cur autē non recipierem? deoz crimina in templo picta sunt. Multum semper artibus licuit. Vici vt vim in ægrotum morbi cognoscerent: viscera hominum rediderunt.

Declamatio sexta de fure qui fodit parietem diuitis.

Diuinaz fit actio. Fur contione prohibeatur. Quidā cū diuitē accusasset, pditōis:

noctu parietem domus eius perfodit: ⁊ scrinium in quo missę erant ab hostibus litterę sustulit. Damnatus est diues. Cum contionari vellet accusator: a magistratu prohibitus est. Egit iniuriarum. Prima pars pro fure.

D solum sustuli quod fur reliquisset. Nil magis fur timuit: q̄ ne dominus furtuz agnoscere vellet. Iuentis ciuitatis statum: vnius parietis ruina suspendit. Profiteor iudiciuz furti. Num ciuitas conscia est? Furtum est quod timet domin⁹ agnoscere: quod qui perdidit iudicium tulit: premium qui surripit? Cui magis permisses loqui si eodem tempore: ⁊ fur venisset: ⁊ dominus? Mille nauium duces furto Troiaz cepistis. Si bene furto euertuntur vrbes: quanto melius liberantur. In forum veni narraui inter nocturnam expeditionem meam. Conuenerant omnes tanq̄ ad contionē. Cur me submoues ante accusationem? cum nec proditores inauditi pereant. D furtum in contione narrandū: proditoris vigilatissimū pectus ⁊ in exitia nostra semper sollicitum. Publica fata sopierāt. Ita etiam ministros eius alligauerat somnus: vt mihi liceret eligere quod tollerē. Diuere mihi videbar hostium muros. Furtum vocas quo nihil melius tuo anno factum est. Nemo fur rempublicam cogitat. Nihil non licet pro republica facere.

Pars altera pro magistratu.

Vale id spectaculum fuit. Composuerat inter se fortuna reipublicę furem: ⁊ proditorem. Vt vidit inutile furtum suum prodidit: vt nobis venderet: quod nulli poterat. Tam callidus fur: vt etiam proditionem posset imponere. Consilium videri vult infœlicitatem furti sui. Lex quę nocturnum furem occidi iubet: quoquo modo iubet: non de damnato tantum: sed de fure loquitur. Ostendit hoc vicium: nec imerito: non multum abest a proditore. Sustulit quod non elegit: sed quod illi fatum publicę fœlicitatis obiecit. Vno tempore ⁊ proditorem nobis ostendit ⁊ furem: qui viuiez compilare mallet: q̄ damnare. Effrągit domum. Manus suspensa eius sit illum. Non tamen pœnitet fecisse. Sustulit non quod voluit: sed quod potuit. Bono exemplo damnatus est proditor: sed malo inuentus. Explicit liber declamationum Moralissimi Senecę.

Lucij Annei Senecę ad Neronem Cęsarem de clemencia incipit liber primus.



Cribere de clemētia Nero Cęsar institui: vt quodammodo speculi vice fungeretur: ⁊ te tibi ostenderem peruenturum ad voluptatem maximā omnium. Quis enim recte factorum verus fructus sit fecisse: nec vllus virtutum pręmium dignū illis extra ipsas sit. Iuuat inspicere: ⁊ circuire bonam conscientiam. Cum imittere oculos in hanc imensam multitudinem: discordem: sedicosam: impotentem: in perniciem alienam: suamq̄ pariter exultaturam. Si hoc iugum frągerit ita loquitur secum: Ego ne ex omnibus mortalibus placui: electusq̄ fuz: qui in terris deoz vice fungerer. Ego vitę necisq̄ arbiter gentibus: qualem quisq̄ sortem: statumq̄ habęat: in manu mea positum est. Quid cuiq̄ mortalium fortuna datum velit: meo ore pronunciat. Ex nostro respōso lętitię causas: populi vrbesq̄ concipiunt. Nulla pars vsq̄ nisi volente propicioq̄ me florez. Hęc tot milia gladiorum quę pax mea comprimit: ad nutum meum stringentur. quas nationes funditus excidi: quas transportari: quibus libertatem dari: quibus eripi: quos reges mancipia fieri: quoruq̄ capiti regium circūdari decus oporteat. quę ruant vrbes: quę oriantur: mei iurisdictio est. In hac tanta facultate rerum: non ira me ad iniqua supplicia compulit: non iuuenilis impetus: non temeritas hominum ⁊ contumelia: quę sępe tranquillissimis quoq̄ pectoribus patientiam extorsit: non ipsa ostentandę per terrores potentię: dira ⁊ frequens magnis imperijs gloria. Conditum immo strictuz apud me ferrum est. Sūma parsimonia etiam vilissimi sanguinis. Nemo non cui alia desint: hominis nomine apud me gratiosus. Sęueritatem abditam ac clęmentiā in promptu habeo. Sic me custodio tanq̄ legibus quas ex abdito ac tenebris in lucem reuocaui rationez redditurus sim. Alterius ętate prima motus sum. Alterius vluma. Aliuz dignitati donaui. Alium humilitati. Quotiens nullam inueneram misericordię causam: mihi pperci. Quotidie dijs imortalibus: si a me rationem repetant: annumerare genus humanū paratus sū. Potes hoc Cęsar prędicare audacter. Omniaq̄ in fida tutela haberi. Nihil per te: neq̄ vi

d

nec̃ clam a te reipublicæ ereptum. Kariſſimã laudẽ: ⁊ nulli adhuc principum cõceſſam: cõ/
cupiſti innocentiã. Non perdis operam. Nec bonitas iſta tua ſingularis: ingratos aut ma/
lignos æſtimatores nacta eſt. Refertur tibi gratia. Nemo vnus homo vni homini tã cha/
rus vnc̃ fuit: c̃ tu pro populo romano. Magnum longũc̃ eius bonum: ſed ingens tibi
onus impoſuiſti. Nemo iam Diuum Auguſtum: nec Tiberij Cæſaris prima tempora lo/
q̃tur. Nec q̃ te imitari velit: exemplar extra te quærit principatus tuus ad Auguſtuz exi/
gitur. difficile hoc fuiſſet: ſi non naturalis tibi iſta bonitas fuiſſet: ſed ad tempus ſumpta.
» Nemo enim põt pſonã diu ferre fictã. Ficta cito in naturaz ſuam recidunt: quibus veritas
» ſubeſt: quæc̃ vt ita dicam: ex ſolido emanant: tempore ipſo in maiꝰ meliuſc̃ procedũt.
Magnam adibat albam populus romanus: cum incertum eſſet quo ſe ſtatu nobilis indo
les daret. Jam vota publica in tuto ſunt. Nec enim periculuz eſt: ne te ſubita cupi/
» liuio. Facit enim auidos nimia fœlicitas: nec tam temperatæ cupiditates ſunt vnc̃: vt in
» eo quod contingit deſinant. Gradus a magnis ad maiora fit: ⁊ ſpes improbiſſimas cõple/
» ctuntur inſperata aſſecuti. Omnibus tamẽ nunc ciuibus tuis: ⁊ hæc confeſſio exprimit eſſe
fœlices. Et illa nihil iam his accidere bonis poſſe: niſi vt perpetua ſint. Multa illos cogũt
ad hanc confeſſionem: qua nulla in homine tardior eſt ſecuritas alta. Affluens ius ſupra
omnem iniuriam poſitũ. Obuerſabatur oculis latiſſima forma reipublicæ: cui ad ſummã
libertatem nihil deeſt: niſi pereat diligentia. Præcipue tamẽ æqualis ad maximos imoſc̃
peruenit clæmentiæ tuæ admiratio. Cætera enim bona proportiõe fortunæ ſuæ quiſc̃ ſen
ſit: aut expectat maiora minoraq̃. Ex clæmentia omnes idẽ ſperant. Nec eſt q̃ſc̃ cui tã val/
de innocentia ſua placeat: vt non ſtare in conſpectu clæmentiam paratam humanis erro/
ribus gaudeat.

Sſe autem aliquos ſcio qui clæmentia peſſimuz quenc̃ putent ſuſtineri: quoniaz
niſi poſt crimen ſuperuacua eſt. ⁊ ſola hæc virtus inter innocentes ceſſat. Sed
primum omnium ſicut medicinæ apud ægros vſus: etiaz apud ſanos honor eſt.
Jta clæmentiam c̃uis pœna digni inuocent: etiam innocentes colunt. Deinde habet hoc
clæmentia in perſona quoq̃ innocentium locum: quia interim fortuna pro culpa eſt: nec in/
nocenti ætati clæmentia ſuccurrit: ſed ſæpe virtuti. quoniã quidem conditione temporum
incidunt quædam: quæ poſſunt laudate puniri. Addice q̃ magna pars hominuz eſt: quæ
reuerti ad innocentiam poſſit. Sed non tamen vulgo ignoſcere decet. Nam vbi diſcrimen
inter malos bonoſc̃ ſublatum eſt: confuſio ſequitur: ⁊ vitiorum eruptio. Jtaq̃ adhibẽda
eſt moderatio, quæ ſanabilia ingenia diſtinguere a deploratis ſciat. Nec promiſcuã habere
ac vulgarem clæmentiam oportet: nec abſciſam. Nam tam omnibus ignoſcere crudelitas
eſt: c̃ nulli. Modum tenere debemus: ſed quia difficile eſt temperamentũ. Quicq̃d æquo
plus futurum eſt: in partem humaniorem perponderet. Sed hæc ſuo loco melius dicent.

Vnc in tres partes omnem hanc materiam diuidam. Prima erit manumiſſionis.
Secunda quæ naturam clæmentiæ habitumque demonſtrat. Nam cum ſint
vitia quædam virtutes imitantia: non poſſunt ſecerni niſi ſigna quibus digno/
ſcantur inſeruerit. Tertio loco quæremus: quomodo ad hanc virtutem perducat animꝰ:
quomodo confirmet eam: ⁊ vſu ſuam faciat. Nullam vo ex omnibus virtutibus magis
homini conuenire ſcimus: c̃ clæmentiam: cum ſit nulla humanior. Conſtat igitur neceſſe
eſt non ſolum in tranos qui hominem ſociale animal communi bono genitum videri volu
mus: ſed etiam inter illos qui hominem voluptati donant: quorum omnia dicta factaque
ad vtilitatem ſuam ſpectant. Nam ſi quietem petit rectum: hanc virtutez naturæ ſuæ na
ctus eſt: q̃ pacem amat: ⁊ manus retinet. Nullum tamen clæmẽtia ex omnibus magis
c̃ regem ac principem decet. Jſtæ enim virtutes: magnis viris decori gloriæq̃ ſunt: ſi illis
ſalutaris pœnitentia eſt. Natura peſtifera vis eſt: valere ad nocendum. Illius demum ma
» gnitudo ſtabilis fundataq̃ eſt: quem omnes tam ſupra eſſe: c̃ pro ſe ſciunt. Cuius curam
» excubare pro ſalute ſingulorum: atq̃ vniuerſorum quotidie experiuntur. quo procedente
non tanc̃ malum aliquod: aut noxium animal e cubili proſiliret diffugiunt: ſed tanc̃ ad
clarum ac beneficum ſidus certatim aduolant: obũcere ſe pro illo mucronibus inſidiantiũ
paratiſſimi: ⁊ ſubſternere corpora ſua: ſi per ſtragem illi humanam iter ad ſalutem ſtruẽdũ
ſit. Somnum eius nocturnis excubijs muniũt: latera obiecti circumfuſic̃ defendunt. In/

currentibus periculis se opponunt. Non hic est sine ratione populis vrbibusque cōsensus. Sic protegendi amandiq; reges: & se suaq; iactandi quocunq; desiderauerit imperantis salus. Nec hæc vilitas sui est: aut dementia pro vno capite tot milia exīpere ferrum ac multis mortibus vnam animam redimere: nōunq; senis & inualidi. Quemadmodum totus corpus animo deseruit: & cum hoc tanto maius tantoq; speciosius sit. ille in occulto maneat tenuis: & in qua sede lateat incertus: tamen manus & pedes & oculi negocium illi gerunt. illum hæc cutis munit. allius iussu iacemus: aut inquieti discurrimus. Cum ille imperauit siue auarus dominus est: mare lucri causa scrutamur: siue ambitiosus iam dudum dextera flammis obiecamus: aut voluntarie subsiluimus. Sic hæc īmensa multitudo: vnius animа circundata: illius spiritu regitur: illius ratione flectatur. Pressura se ac stratura viribus suis: nisi consilio sustineretur.

Nam itaq; incolumitatem amant: cum pro vno homine denas legiones in aciem deducunt: cum in prima fronte procurrunt: & aduersa vulneribus pectora ferunt: ne Imperatoris sui signa vertantur. Ille est enim vinculum per quod respublica cohæret. Ille spiritus vitalis quem hæc tot milia trahunt: nihil ipsa per se futura: nisi onus & præda: si mens illa Imperij subtrahatur. Rege incolumi mēs omnibus vna: amisso rūpere fidem. Hic casus romanæ pacis exitus erit. Hic tanti fortunaq; populi in ruinas aget. Tamdiu ab isto periculo aberit hic populus: q̄diu sciet ferre frænos: quos siquando abruperit: vel aliquo casu discussos reponi sibi passus non erit: hæc vnitas & hic maximi imperij contexta in partes multas dissiliet. Idemq; huic vbi dominādi finis erit: qui parēdi fuit. Ideo principes regesq; & quocūq; alio nomīe sunt tutores status publici: non est mirum amari vltra priuatas etiam necessitudines. Nam si sanis hominibus publica: priuatis potiora sunt: sequitur vt is quoq; charior sit: in quem se respublica conuertit. Olim enī ita se induit reipublicæ Cæsar: vt deduci alterum non posset sine vtriusq; pernicie. Naq; vt illi iunctis opus est: ita & huic capite.

Longius videtur recessisse a proposito oratio mea. At mehercle rem ipsaq; præmis. Nam siquid adhuc colligit: tu animus reipublicæ tu es: illa corpus tuū. Vides vt puto q̄ necessaria clæmentia sit. Tibi enim parcis: cū videris alteri parcere. Parcendum itaq; est īprobandis ciuibus: etiam non aliter q̄ membris languentibus. Et si quando misso sanguine opus est: sustinenda est: ne vltra q̄ necesse sit incidat.

Ed ergo vt dicebam: Clæmentia omnibus quidem hominibus secundum naturam: maxime tamen decora imperatoribus: quanto plus habet apud illos quod seruet: quanto in maiore materia apparet. Quantulum enim nocet priuata crudelitas. Principum sæuicia bellum est. Cum autem virtutibus insit concordia: nec vlla altera melior: aut honestior sit: quædam tamen quibusdam personis aptior est. Decet magnanimitas quemlibet mortalem: etiam illum infra quem nihil est. Quid enim maius: aut fortius: q̄ malam fortunam retundere? Nec tamen magnanimitas in bona fortuna latiorem locum habet: meliusq; in tribunali q̄ in plano conspicitur. Clæmentia in quācunq; domū peruenerit: eam fœlicem tranquillamq; præstabit. Sed in regia quo rarior: eo mirabilior. Quid enim est memorabilius: q̄ eum cuius iræ nihil obstat: cuius grauiori sententiæ ipsi qui per eum assentiuntur: quem nemo interrogatus est. īmo si vehementius excanduit: nec deprecaturus est quidem ipsum sibi manus inicere: & potestate sua in melius placidiusque uti: & hoc ipsum cogitantem: occidere contra legem nemo non potest: seruare nemo præter me. Magnam fortunam magnus animus decet. qui nisi se ad illam extulit: & altior stetit: illam quoq; infra terram deducit. Magni autem animi est proprium: placidum esse: tranquillumq; & iniurias atq; offensiones semper despicere. Muliebre est furere in ira. Feraruq; no nec generosarum quidem præmordere: & vrgere proiectos. Elephantes leonesq; transeunt quem impulerunt. Ignobilis bestiæ pertinacia est. Non decet regem sæua: nec inexorabilis ira. Non multum enim supra eum eminet: cui se irascendo exæquat. At si dat vitā dat dignitatem periclitantibus & meritis amittere. Facit quid nulli nisi rerum potenti licet. Vita etiam superiori eripitur: nunq; nisi inferiori datur. Seruare proprium est excellentis fortunæ quæ nunq; magis īspici debet: q̄ cum illi contingit idem posse quod diis: quorum beneficio in lucem edimur tam boni: q̄ mali. Deorū itaq; sibi animū asserens princeps:

alios ex ciuibus ſuis: quia vtiles boniq; ſunt: liberis videat: alios in numerum relinquat. Quoſdam eſſe gaudeat. Quoſdam patiatur.

Cogitare in hac ciuitate i qua turba per latiſſima itinera ſine intermiſſione defluens eliditur: quotiens aliquid obſtitit: quod curſum eius velut torrentis rapidi moraretur. In qua tribus eodem tempore theatris viæ poſtulantur: in qua conſumit quicquid terris omnibus aratur. Quanta ſolitudo & vaſtitas futura ſit: ſi nihil relinquitur: niſi quod iuſſerit ſæuus abſoluerit. Quotus quiſque ex quæſtoribus eſt: qui non ex ipſa lege teneatur: qua quæritur. Quotus quiſq; accuſator vacat culpa: & neſcio an nemo ad dandum veniam difficilior ſit: q̃ qui illaz petere ſæpius meruit. Peccauimus omnes alij grauia. Alij leuiora. Alij ex deſtinato. Alij forte impulſu: aut aliena nequicia ablati. Alij in bonis conſilijs parum fortiter ſtetimus: & innocentiam inuicti: ac remittentes perdidimus. Nec delinquimus tantum: ſed vſq; ad extremuz æui delinquimus. Etiam ſi quis tam bene purgauit animum: vt nihil obturbare eum amplius poſſit ac fallere: ad innocentiam tamen peccando euenit.

Noniam deorum feci mentionem: optime hoc exemplum principi conſtituam: ad quod formetur: vt ſe talez eſſe ciuibus: quales ſibi deos velit. Expedit ergo habere inexorabilia peccatis atq; erroribus numina. Expedit vſq; ad vltimam infeſta perniciem. Et quis regum erit ſibi tutus cuius non membra aruſpices colligant? Quod ſi diꝫ placabiles ſubſunt: & æque delicta peccantium potentiũ non ſtatim fulminibus perſequãt: quanto æquius eſt hominem hominibus præpoſitum miti animo exercere Imperium & cogitare vtrum mundi ſtatus gratior oculis: pulchriorq; ſit ſereno & puro die. An cũ fragoribus crebris omnia quatiuntur: & ignes hinc atq; illinc micant. Atqui nõ alia facies eſt quietu moderatiq; Imperij: q̃ ſereni cœli & nitentis. Crudele regnum: turbiduz: tenebriſq; obſcurum eſt inter trementes: & ad repentinum ſonitum expaueſcentes. Ne eo quidez qui omnia conturbat inconcuſſo. Facilius priuatis ignoſcitur: pertinaciter ſe vindicantibus. poſſunt enim lædi: doloq; eorum ab iniuria venit. Timent præterea contemptum: & non rectu liſſe lædentibus gratiam: infirmitas videtur: non clementia. At cui vltio in facile eſt is obmiſſa ea: certam laudem manſuetudinis conſequitur. Humili loco poſitis exercere manum: litigare: non in rixam procurrere: ac motem iræ ſuæ gerere liberius eſt. Leues inter paria ictus ſunt. Regi vociferatio quoq; verborumq; intemperantia nõ ex maieſtate eſt.

Haue putas empti loquendi arbitriuz regibus: quod humilimi habent. Iſta quidem ſeruitus eſt: non Imperium. Quid tu non experieris iſtud nobis eſſe: tibi ſeruitutem. Alia conditio eſt eorum qui in turba quam non excedunt latent: quoruz & virtutes vt appareant: diu luctantur: & vicia tenebras habẽt. Veſtra facta dictaq; rumor excipit. & ideo nullis magis curandum eſt: qualem famam habeant: q̃ qui qualemcunq; meruerint: magnam habituri ſunt. Cui multa tibi non licẽt: quæ nobis beneficio tuo licẽt. Poſſum in qualibet parte vrbis ſolus incedere ſine timore: cuius nullus ſequatur comes: nullus ſit domi: nullus ad latus gladius. tibi in tua pace armato viuendum eſt. Aberrare a fortuna tua non potes: obſidet te: & quocunq; deſcendis magno apparatu ſequit. Et hæc ſummæ magnitudinis ſeruitus eſt: non poſſe fieri minorem: ſed cum diis tibi ipſa neceſſitas eſt. Nam illos quoq; cœlum alligatos tenet: nec magis illis deſcendere datũ eſt: q̃ tibi tutum. Faſtigio tuo affixus es. Noſtros motus pauci ſentiũt. Prodire nobis: ac recedere: & mutare habitum ſine ſenſu publico licet. Tibi non magna q̃ ſoli latere contingit. Multa contra te lux eſt omnium: in iſtam conuerſi oculi ſunt. Prodire te putes: oriris. loq; non potes: niſi vt vocem tuam: quæ vbiq; ſunt gentes excipiant. Iraſci non potes: niſi vt omnia præmantur. Sic neminem potes affligere niſi vt quicquid circa fuerit quatiatur. Vt fulmina paucorum periculo cadunt: omnium mœtu. Sic animaduerſiones magnarum potẽtarum terrent latius: q̃ nocent: non ſine cauſa. Non enim quantum fecerit: ſed quantũ facturus ſit cogitatur: in eo qui omnia poteſt. Addice nunc q priuatos homines ad accipiendas iniurias opportuniores: acceptarum patientia fuit. Regibus certior eſt ex manſuetudine ſecuritas: quia frequens vindicta paucorum odium reprimit: omnium irritat. voluntas oportet ante ſæuiendi: q̃ cauſa deficiat. Alioquin quemadmodũ præciſæ arbores plurimis ramis repullulant: & multa ſatorum genera vt & denſiora ſurgãt recidunt. Ita regia

crudelitas auget inimicorum numerum tollendo. Parentes enim liberiq; eorum qui interfecti sunt: & propinqui: & amici in locum singulorum succedunt. Hoc q̄ verum sit admonere te exemplo domestico volo.

Iuus Augustus fuit mitis princeps. Si quis illum a principatu suo æstimare incipiat. In communem quidem rempublicam gladium mouit: cum huius ætatis esset: qua tu nunc es. duo de vicesimum egressus annum iam pugiones i sinu amicorum absconderat. Iam insidijs. M. Antonij consulis latus petierat. Iam fuerat collega proscriptoris. Sed cum annum quadragesimum transisset: & in gallia moraretur: delatus est ad eum iudicium. Cinnam solidi ingenij virum insidias ei instruere. Dictum est & vbi & quando: & quemadmodum aggredi vellet. Vnus ex conscijs deferebat. cōstituit se ab eo vindicare. Consilium amicorum aduocari iussit. Nox illi inquieta erat cum cogitaret: adolescentem nobilem hoc detracto integrum. En. Pompei nepotem damnandum. Iam vnus hominem occidere non poterat. Cum. M. Antonius proscriptionis editum inter cœnas di ctaret gemēs: subinde voces emittebat varias: & inter se contrarias. Quid ergo ego possessorem meum securum ambulare patiar: me sollicito. Ergo non dabit pœnas qui tot ciuilibus bellis frustra petitum caput: tot naualibus: tot pedestrijs prælijs incolume. postq̄ terra: marique pax parta est: non occidere constituat: sed immolare. Nam sacrificantes placuerat adoriri. Kursus silentio interposito: maiore multo voce sibi: q̄ Cinnæ irascebatur. Quid viuis si perire te tam multorum interest? Quis finis erit supplicio rum? Quis sanguinis? Ego sum nobilibus adolescentulis expositum caput: in quod mucrones acuant. Non est tanti vita: si vt ego non peream: tam multa perdenda sunt. Interpellauit tandem illum Iulia vxor. Et admittis inquit muliebre consilium. Fac quid medici solent: qui vbi vsitata remedia non procedunt: tentant contraria. Sæueritate nihil adhuc profecisti. Salui ij domum Lepidus secutus est. Lepidum Murena: Murenam Cœpio: Cœpione Egnatius: vt alios taceam: quos tantum ausus pudet. nunc tenta quomodo tibi cedat clæmentia. Ignosce. L. Cinnæ: deprehensus est. Iā nocere tibi non potest: prodesse famæ tuæ pōt. Gauisus sibi q aduocatum sibi inuenerat: vxori quidem gratias egit: renunciari autem exemplo amicas quos in consilium rogauerat imperauit. & Cinnam vnum ad se accersit: dimissisq̄ omnibus egressus est e cubiculo: cum alteram Cinnæ poni cathedraz iussisset. Hoc inquit primum a te peto: ne me loquentem interpelles: ne meo sermone medio prodames dabitur tibi loquendi liberum tempus. Ego te Cinnam cum in hostium castris inuenissez: non factum tantum mihi inimicum: seruatum seruaui: patrimonium tibi omne concessi. Hodie tam felix es: & tam diues: vt victo victores inuideant. Sacerdotium tibi petenti præteritis compluribus quorum parentes mecum militauerant dedi. Cum sic de te meruerim: occidere me constituisti. Cum ad hanc vocem exclamasset: procul hanc a se abesse clementiam: non præstas inquit fidem. Cinna conuenerat: ne interloqueris. Occidere iubez me paras: adiecit locum: socios: diem: ordinem insidiarum: cui commissum esset ferrum. Et cum defixū videret: nec ex conuentione iam: sed ex conscientia tacentem. Quo inq̄t hoc animo facis: vt ipse sis princeps: male mehercule cum republica agitur: si tibi ad imperandum nihil præter me obstat. Domum tueri tuam non potes. Nuper libertum hominis gratia: in priuato iudicio superatus es. Adeo nihil facilius potes: q̄ contra Cæsarē aduocare. Cedo si spes tuas solus impedio. Paulus ne te: & Fabius maximus: & Cossi: & seruili ferēt tantumq̄ agmen nobilium non inania nomina præferentium: sed eorum qui imaginibus suis decori sint. Ne totam eius orationem repetendo: magnam partem voluminis occupē: diucius enim q̄ duabus horis locutum esse constat: cum hanc pœnam qua sola erat contentus futurus ostenderet. Vitam tibi inquit Cinna iterum do: prius hosti: nunc insidiatori ac parricidæ. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat. Contendamus vtruz ego meliore fide vitam tibi dederim: an tu debeas? Post hæc detulit vltio consulatum quæstus q non auderet petere. Amicissimū fidelissimūq̄ habuit: hæres solus fuit illi. Nullis amplius insidijs ab vllo petitus est.

Gnouit abauus tuus victis. Nam si non ignouisset: quibus imperasset? Salustiū Cœcios: & duellios: & totam cohortem primam nitis admissionis ex aduersario rum castris conscripsit. Nam Domicios: Messalas: Asinios: Cicerones & quicq̄d

foris i ciuitate erat: clæmẽtiæ ſuæ debebat. Ipſuz Lepidũ q̃diu mori paſſus eſt: p multos annos tulit ornamenta principis: retinentem eius pontificatum maximũ: nõ niſi mortuo illo tranſferri in ſe paſſus eſt. Maluit enim illum honorem vocari: q̃ ſpolium. Hæc cum clæmentia ad ſalutem ſecuritatemq̃ perduxit. Hæc gratum ac fauorabilez reddidit: q̃uis nondum ſubactis reipublicæ ceruicibus manuz impoſuiſſet. Hæc hodie præſtat illi famã quæ vix vllis principibus ſeruit. Deum eſſe: non tanq̃ iuſſi credimus bonum principem Auguſtum: 7 bene illi conueniſſe parentis nomen fatemur. ob nullam aliam cauſam: q̃ q̃ contumelias quoq̃ ſuas quæ acerbiores principibus ſolent eſſe q̃ iniuriæ: nulla crudelitate exequebatur: q̃ probroſis in ſe dictis arriſit. Quod dare illum pœnas apparebat cuz exigeret. q̃ quoſcunq̃ ob adulterium familiæ ſuæ damnauerat: adeo nõ odit: vt dimiſſis quo tutiores eſſent diplomata daret: hoc eſt ignoſceret. Cuz ſcias multos futuros qui pro te iraſcantur: 7 tibi alieno ſanguine gratificantem non dare tantuz ſalutem: ſed præſtare.

Nec Auguſtus ſenex: aut iam in ſenectutem annis vergentibus. In adoleſcentia caluit. Mrſit ira: multa fecit: ad quæ inuitus oculos retorquebat. Comparare nemo manſuetudini tuæ audebit. Diuum Auguſtum etiam ſi in certamen iuuenilium armorum deduxerit: 7 ſenectutem pluſq̃ in naturam fuerit moderatus 7 clæmens. Nempe poſt mare actiacum romano cruore infectuz. Nempe poſt fractas in Sicilia claſſes: 7 ſuas: 7 alienas. nempe poſt peruſinas aras 7 proſcriptiones. Ego vo clæmentiã nõ voco laſſam crudelitatẽ. Hæc eſt Cæſar clæmẽtia vera: quã tu præſtas: quæ non ſæuicæ pœnitentiam cœpit. Nullam habere maculam. Nunq̃ ciuilem ſanguinem fudiſſe: hæc eſt ima/xima poteſtate: veriſſima animi temperantia: 7 humani generis comprehenſibilis amor: non cupiditate aliqua: non temeritate incendij: non priorum principũ exemplis corruptis q̃ cum in ciues ſuos liceat experiendo tentare: ſed hebetare aciem imperij ſui. Præſtitiſti Cæſar ciuitatem incruentam: 7 hoc quod magno animo gloriatus es: nullam te toto orbe ſtillam cruoris humani miſiſſe: quo maius eſt: mirabiliu ſcq̃: q̃ nulli vnq̃ citius gladius cõmiſſus eſt. Clæmentia ergo non tantum honeſtiores: ſed tutiores præſtat. Ornamentũq̃ imperiorũ eſt ſimul: 7 certiſſima lux. Quid enim eſt cum reges conſenuerint: liberiſq̃ ac nepotibus tradiderunt regna. Tyrannorum execrabilis: ac breuis poteſtas eſt. Quid intereſt inter tyrannum 7 regem? Species enim ipſa fortunæ ac licentia par eſt: niſi q̃ tyranni i voluptate ſæuiunt. Reges enim niſi ex cauſa ac neceſſitate.

Vid ergo? non reges quoq̃ occidere ſolent: ſed quotiens id fieri publica vtilitas perſuadet: tyrannis ſæuicia cordi eſt. Tyrannus autem a rege diſtat factis: nõ homine. Nam 7 Dionyſius maior: iure meritoq̃ præferri multis regibus poteſt. Et L. Syllã appellari tyrannuz quid prohibet? cui occidendi finem fecit inopia hoſtium deſcẽderit licet e dictatura ſua: 7 ſe togæ reddiderit. Quis tamen vnq̃ tyrannus tam auide humanum ſanguinem bibit: q̃ ille qui ſeptem milia ciuium romanorum contrucidari iuſſit: 7 cum in vicino ad edem Bellonæ ſedens exaudiſſet exclamationem: tot milium ſub gladio gementium: exterrito ſenatu. Hoc agamus inquit. P. C. Sedicioſi pauculi meo iuſſu occiduntur. Hic non eſt mentitus. Paucã Syllæ videbãtur. Sed mox de Sylla conſequemur: quomodo hoſtibus iraſcendum ſit. Vtiq̃ ſi in hoſtile nomen ciues: 7 ex eodez corpore abrupti tranſierint. Interim hoc quod dicebam de clæmentia efficit: vt magnum iter regem tyrannumq̃ diſcrimen ſit. Vterq̃ licet nõ minus armis valletur: ſed alter arma habet quibus in munimentum pacis vtitur. Alter vt magno timore: magna odia cõpeſcat. Nec illas ipſas manus quibus ſe commiſit: ſecurus aſpicit. Contrarijs in cõtraria agitur. Nam vt inuiſus ſit: quia timetur. Timeri vult: quia inuiſus eſt. Et illo execrabili verſu: q̃ multos dedit præcipites vtitur. Oderint dum metuant. Inde cernis quanta rabies oriat: vbi ſupra modum odia creuerunt. Temperatus enim timor cohibet animos. aſſiduus vo 7 acer 7 extrema admouens: in audaciam iacẽtes excitat: 7 omnia experiri ſuadet. Si feras lineas 7 pina concluſas contineas: iubeaſq̃ telis inceſſit tentabunt fugam: per ipſa quæ fugerant: proculcabuntq̃ formidinem. Acerrima virtus eſt quam vltima neceſſitas extudit: relinquat oportet ſecuri aliquid mœtus: multoq̃ plus ſpei q̃ periculorum oſtentet. Alioq̃n vbi quieſcenti parua metuuntur: incurrere pericula iuuat: 7 aliena anima abuti. Placido tranquilloq̃ regi fida ſunt auxilia ſua: quibus ad communem ſalutẽ vtatur. Glorioſuſq̃

miles publicæ enim ſecuritati dare operam videtur: omnem laborez libens patitur: vt parentis cuſtos. At illo acerbo ⁊ ſanguinario neceſſe eſt grauentur ſtipatores.

On poteſt habere quiſq; fide ac bonæ voluntatis miniſtros: quibus in tormentis ⁊ eculeo ⁊ ferramentis ad mortem paratis vtitur: quibus non aliter q̄ beſtijs homines obiectat: omnibus rebus noxior ac ſolliciti or: vt qui homines deoſq; teſtes ac vindices facinorum timeat: eo perductus vt non liceat illi mutare mores. Hoc enim inter cætera peſſimum habet crudelitas. Perſeuerandum eſt: nec ad meliora patet regreſſus. Scelera enim ſceleribus tuenda ſunt. Quid autem eo infœlicius: cui iam eſſe malū neceſſe eſt? O miserabilem illum ſibi certe: nam cæteris miſereri eius nephas ſit. Si qui cædibus ac rapinis potentiam exercuit: qui ſuſpecta ſibi cuncta reddidit: tam externa q̄ domeſtica. Cuz arma metuet: ad arma confugiens: non amicorum fidei credens: non liberorum pietati. Quibus vbi circumſpexit quæq; fecit: quæq; facturus eſt. ⁊ conſcientiam ſuam plenam ſceleribus ac tormentis adaperuit: ſæpe mortem timet: ſæpius optat: inuiſior ſibi q̄ ſeruientibus. Econtrario is cui curæ ſunt immenſa: qui alia magis: alia minus tuetur: nullaz nō reipublicæ partem tanq̄ ſui nutrit. inclinatos ad mitiora etiaz ſi ex vſu eſt animaduertere: oſtendes q̄ inuitus aſpero remedio manus admoueat. In cuius animo nihil hoſtile: nihil efferum eſt. Qui potentiam ſuam placide ac ſalubriter exercet: approbare imperia ſua ciuibus cupiens. Fœlix abunde ſibi viſus: ſi fortunam ſuam publicauerit: ſermone affabilis acceſſuq; facilis: vultu qui maxime populos demeretur amabilis: æquis deſiderijs propenſus: ⁊ iniquis acerbus. Qui a tota ciuitate amatur: defenditur: colitur. Tandem de illo homines ſecreto loquuntur: quæ palam colere filios cupiunt. Et publicis malis ſterilitas indicta reducitur. Bene ſe meriturum de liberis ſuis non dubitat: quibus tale ſæculū oſtenderit. Hinc princeps hic ſuo beneficio tutus: nihil præſidijs æget: arma ornamenti cauſa habet.

Quod ergo officium eius eſt? quod bonorum parentum: qui obiurgare liberos nō unq̄ blande: nonunq̄ minaciter ſolent? Aliquando admonere etiaz verberibus.

Nunquid aliqs ſanus filium pro prima offenſa exhæredat? niſi magnæ ⁊ multæ iniuriæ patientiam euicerint: niſi plus eſt quod timet: q̄ quod damnat. Nō accedat ad detorum ſtilum. Multa ante tentat: quibus dubiam indolem ⁊ peiore loco iam poſitam reuocet. Poſtq̄ omnia ſimul deplorata ſunt: vltima experitur. Nemo etiam ad ſupplicia exigenda peruenit: niſi qui remedia conſumpſit. Hoc quidem parenti etiam principi faciendum eſt: quem appellauimus patrem patriæ: non adulatione vana adducti. Cætera enī cognomina bonor data ſunt. Magnos ⁊ fœlices auguſtos dixim⁹: ⁊ ambitioſe maieſtati quicquid potuimus titulorum congeſſimus: illis hoc tribuentes. Patrem quidez patriæ appellamus: vt ſciret datam ſibi poteſtatem patriæ quæ eſt temperatiſſima: libens conſulens: ſuaq; poſt illos reponens: tradi ſibi. Pater membra ſua abſcindat: ⁊ iam cum abſciderit reponere cupiat: ⁊ in abſcindendo gemat: cunctatus multum diuq;. Prope eſt enim vt libenter damnet: qui cito. Prope eſt vt inique puniat: q̄ nimis. Erixonem equitem romanum memoria noſtra: quia filium ſuum flagellis cæciderat: populus in foro graphijs confodit. Vix illuz Auguſti Cæſaris auctoritas infeſtis tam patruū q̄ filiorum manibus eripuit.

Atrium qui filium deprehenſum in paricidio exilio damnauit: cauſa cognita. Nemo non ſuſpexit q̄ contentus exilio: ⁊ exilio delegato Maſſiliæ paricidā cōtinuit ⁊ anima illi præſtitit: quanta præſtare integro ſolebat. Hæc liberalitas efficit: vti qua ciuitate nunq̄ deeſt patronus peioribus: nemo dubitaret q̄n reus merito damnatus eſſet: quem ipſe ter damnare potuiſſet: qui odiſſe non poterat. Hoc ipſo exemplo dabo quē comparet bono patri bonum principem. Cogniturus de filio Darius aduocauit in cōſiliuz Cæſarem Auguſtum. Venit in priuatos penates: aſſedit pars alieni conſilij fuit. Non dixit immo in meam domum veniat. Quod ſi factum eſſet Cæſaris fortūa erat cognitio: nō patris. audita cauſa: exauſiſq; omnibus: ⁊ his quæ adoleſcēs pro ſe dixerat: ⁊ his quibus arguebatur: petit vt ſententiam ſuam quiſq; ſcriberet: ne ea omnium fieret: quæ Cæſaris fuiſſet. Deinde priuſq; aperirentur codicilli: iurauit ſe dare hominis locupletis hæreditatē

non aditurum. Dicet aliquis: pusillo animo timuit ne videretur locũ spi suæ aperire velle in filij damnationem. Ego contra sentio. Quilibet vestrum debuisset aduersus opiniones malignas satis fiduciæ habere in bona conscientia. Principes multa debent etiam famæ. Dare iurauit se: non aditurum hæreditatem. Darius quidem eodem die: & alterum hæredem perdidit. Sed Cæsar libertatem sententiæ suæ redemit: & postẽ approbauit gratuitacem esse sæueritatem suam: quod principi semper curandum est: dixit relegandum quomodo patri videretur. Non culeum: non serpentes: non carcerem decreuit. memor non de quo cogitaret: sed cui consilium esset. Mollissimo genere pœnæ contentum esse debere patrem dixit: in filio adolescentulo impulso in id scelus: in quo se quod proximum erat ab innocẽtia timide gessisset: debere illum ab vbe & parentis oculis submoueri.

Dignum quem in consilium patres aduocarent. Dignum quem cohæredem innocentibus liberis scriberent. Hæc clæmentia principem decet: vt quocunque venerit mansuetiora omnia faciat. Nemo Regi tam vilis sit: vt illum pœne non sentiat: qualiscunque pars imperij est. In magna imperia ex minoribus petamus exemplum. Non est vnum imperandi genus. Imperat princeps ciuibus suis. Pater liberis. Præceptor discentibus. Tribunus vel Centurio militibus. Nonne pessimus pater videbitur: qui assiduis plagis liberos etiam ex leuissimis causis compesceret. Vtrum autem præceptor liberalibus studijs dignior: qui excarnificat discipulos: si memoria illis non constiterit: aut si parum agilis in legendo oculus hæserit? An qui monitionibus & verecundia emendare ac docere malit? Tribunum Centurionemque da sæuum: desertores facies quibus tantum ignoscitur. Nunquid nam æquum est: grauius homini & durius imperari: cũ imperatur animalibus brutis & mutis? Atqui æquum non crebris verberibus exterret: domandi penitus magister. Fiet enim formidolosus & contumax: nisi eũ tactu blandiente permulsens. Idem facit venator qui instituit catulos vestigia sequi: quique iaz exercitatis vtitur ad exercitandas vel persequendas feras: nec crebro illis minatur. Contundet enim animos: & hoc quid est indolis commineatur trepidatione degeneri. Nec licentiam vagandi errandique passim concedit. Addicias his licet tardiora agentes iumenta quæ cum ad cõmelias: & miserias nata sint: nimia sæuicia cogantur iugum detractare.

Vllum animal morosius est. Nullum maiore arte tractandum: cũ homo. Nulli magis parcendum. Quid enim stultius: cũ in iumentis quidem & cambus erubescere: iram exercere? Pessimam autem conditionem sub homine esse. Morbis medemur: nec irascemur. Atqui & hic morbus est animi: molle medicinã desiderat: ipsumque medentem minime infestum ægro. Mali medici est desperare ne curet. Idem in his quorum animus affectus est facere debebit: cui tradita salus omnium est. Non dico spem proiicere: nec mortifera signa pronunciare. Luctetur cum vicijs resistat. Illijs morbum suũ exprobret. Quosdam morbi curatione decipiat: citius melliusque sanaturus remedijs fallentibus. Agat princeps curam non tantum salutis: sed etiam honestæ cicatricis. Nulli Regi gloria est ex sæua animaduersione. Quis enim dubitat posse? At contra maxima: si vim suam continet: si multos iræ alienæ eripuit: neminem suæ impendit.

Cruis imperare moderate laus est. & in mancipio cogitandum est: non quantum illud impune pati possit: sed quantum tibi permittat æqui bonique natura: quæ parcere etiam captiuis: & precio paratis iubet. Quanto iustius: tanto iustius hominibus liberis: ingenuis honestis. nõ vt mancipijs abuti: sed bis quos gradu antecedas: quorumque tibi non tradita seruitus sit: sed tutela seruis ad statuam licebat cõfugere: cum in seruum omnia liceant. Est aliquid quod in homine licere commune ius animantium vetet. Quis non vetiuum pollionem piscium oderat: cũ senni fuit: quod murenas sanguine humano saginabat: & eos qui se aliquid offendérant iniuriarum: quid aliud cũ serpentibus obiici iubebat. O hominem mille mortibus dignum: siue euocandos seruos obiiciebat murenis: quas esurus erat: siue in hoc tantum illas alebat: vt sic aleret. Quemadmodum domini crudeles tota ciuitate commonstrantur: inuisique & detestabiles sunt. Ita Regum & iniuria latius patet & infamia: atque odium sæculis traditur. Quanto autem non nasci melius fuit: cũ numerare inter publica mala natos.

Cogitare nemo quicq̃ poterit: quod magis decorum regenti sit: q̃ clæmẽtia quocunque modo is ⁊ quocunque iure præpositus cæteris erit. Eo scilicet formosius id esse: magnificentiusque fatebimur: quo in maiori præstabit potestate: quaz nõ oportet noxiam esse si ad naturæ legem componitur. Natura enim commenta est Regẽ: qõ ex alijs animalibus licet cognoscere: ⁊ ex apibus: quarum Regi amplissimum cubile est medioque ac tutissimo loco. Præterea onere vacat exactor alienorum operuz: ⁊ amisso Rege totum dilabitur examen. Nec vnq̃ plus vnum patiuntur: melioremque pugnaquæ runt. Præterea insignis Regi forma est: dissimilisq̃ cæteris: tuz magnitudine: tũ nitore. Hoc tamen maxime distinguitur. Iracundissime ac pro corporis captu pugnatissime sunt apes: ⁊ aculeos in vulnere relinquunt. Rex ipse sine aculeo est. Noluit illuz natura: nec sæuum esse: nec vltionem magno constaturam petere: telumq̃ detraxit: ⁊ iram eius inermez reliquit. Exemplar hoc magnis Regibus ingens est. Est enim illi mos exercere se in paruis ⁊ ingentium rerum documenta minima agere. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores: cum tanto hominum moderatior esse animus debeat: quanto vehementius nocet. Vtinam quidem eadem homini lex esset: ⁊ ira cum telo suo frangeretur: nec sæpius liceret nocere q̃ semel: nec alienis viribus exerceret odia. Facile enim laxaretur furor si per se sibi satisfaceret: ⁊ si mortis periculo vim suam effunderet. Sed ne nunc quidem illi cursus tutus est. Tantum enim necesse est timeat: quantum timeri voluit: ⁊ manus omnium obseruet: ⁊ eo quoque tempore: quo non captatur: peti se iudicet. Nullumque momentum immune amet. Habeat hanc aliquis ægram vitam sustinet cum liceat innoxium. Alijs obhoc securum salutare potentiam eius lætis omnibus tractare. Errat enim si quis æstimat tutum esse ibi Regem: vbi nihil a Rege tutum est. Sed securitas securitate mutua pacisceda est. Non opus est instruere in altum editas arces: nec in ascensum arduos colles emunire: nec latera montium abscindere: multiplicibus se muris turribusque sepire. Saluum Regem in aperto clæmentia præstabit. Vnum est inexpugnabile munimentum: amor ciuium. Quid pulchrius est: q̃ viuere optantibus cunctis: ⁊ vota non sub custode nuncupantibus: si paulum valitudo titubauit? Non spem hominum excitari: sed mœtum. Nihil esse cuiq̃ tam pretiosum: quod non pro salute præsidis sui commutatum velit. Omne illo cui contingit: sibi quoq̃ viuere debeat. In hoc assiduis bonitatis argumentis probauit: nõ rempublicam suam esse: sed se reipublicæ. Quis huic Regi audeat struere aliquod periculuz? Quis ob hoc non si possit fortunamq̃ auertere velit? sub quo iusticia: pax: pudicitia: securitas: dignitas florent. sub quo opulenta quitas: copia bonorum omniũ abundat. Nec alio animo rectorem suum intuentur: q̃ si dij immortales potestatem visendi sui faciant. Intueamur venerantes colentesq̃. Quid autem non pessimũ illis locum tenet: is qui se ex deorum natura gerit beneficijs: ac largus in melius potens. Hoc affectare: hoc imitari decet. Maximum ita haberi: vt optimus simul habeatur.

Habus causis punire princeps solet: si aut se vindicat: aut alium. Prius de ipsa parte dixeram quæ ipsum contingit. Difficilius est enim moderari: vbi dolori debetur vltio: q̃ vbi exemplo. Superuacuum est hoc loco admonere: ne facile credat: vt verum excuciat: vt innocentiæ faueat: vt appareat: vt non minorem magis rem periclitantis: q̃ iudicis sciat. Hoc autem ad iusticiam: non ad clæmentiam pertinet. Nunc illum hortamur: vt manifeste læsus: animum in potestate habeat: ⁊ pœnam si tuto poterit donec sui minus temperet. Longeq̃ sit in suis: q̃ in alienis exorabilior iniurijs. Nam quẽ admodum non est magni animi: qui de alieno liberalis est: sed ille qui quod alteri donat sibi detrahit. Ita clæmentem vocabo: non in alieno dolore facilem: sed eum qui cum suis stimulis exagitetur: non prosilit. Qui intelligit magni animi esse iniurias in summa potentia pati: nec quicq̃ esse glorioſius principe impune læso.

Itio duas res præstare solet: aut solacium affert ei qui accipit iniuriam: aut in reliquum securitatem. Principis maior est fortuna: q̃ vt tali solacio ægeat: manifestioque vis: q̃ vt alieno malo opinionem sibi virium quærat. Hoc dico cuz ab inferioribus petitus violatusque est. Nam si quos pares aliquando habuit infra se videt: sanus iudicatus est. Regem ⁊ seruus occidit: ⁊ serpens: ⁊ sagitta. Seruauit

quidem nemo niſi maior eo quem ſeruauit. Vti itaque animo ſe debet tanto munere deo-
rum dandi auferendique vitam potens: in his præſertim quas ſcit aliquãdo ſibi faſtidio
obtruſiſſe. Hoc arbitrum adeptus vltionem impleuit: profecitque q̃tum veræ pœnæ ſa-
tis erat. Perdidit enim vitã qui debet. Et quiſquis ex alto ad ũmi pedes adiectus: alienã
de capite ſuo regiamq; ſententiã expectauit: in ſeruatoris ſui gloriam viuet pluſq; nomini
eius conferet incolumis: q̃ ſi ex oculis ablatus eſſet. Aſſiduum enim ſpectaculum alienæ
virtutis eſt: in triumphũ ago tranſiſſe. Si vo regnum quoque ſuum: tuto relinqui apud
eum potuit: reponiq; eo vnde ciderat: ingẽti incremento ſurgit laus eius: qui contentus
fuit: ex rege victo nihil præter gloriam ſumere. Hoc eſt etiam ex victoria ſua triumphare
teſtarique nihil ſe quod dignum eſſet victoriæ apud victos inuenisſe. Cui ciuibus ꝫ igno-
tus atque humilibus eo moderatius agendum eſt: quo minoris eſt afflixiſſe eos. Quibuſ-
dam libenter parcas: quibuſdam te vindicare faſtidias. Et non aliter q̃ animalibus par-
uis ꝫ obtorentes inquinantibus: reducenda manus eſt. Vti bis qui more ciuitatis ſeruati
puniuque erunt: occaſione notæ clæmentiæ vtendum eſt.

Hanſeamus ad alienas iniurias: in quibus vindicandis hæc tria lex ſecuta eſt:
quæ princeps quoque ſequi debet. Aut vt eum quem punit emendet: aut vt pœ-
na eius cæteros meliores reddat: aut vt ſublatis malis: ſecuriores cæteri viuant:
ipſos facilius emendabis minore pœna. Diligentius enim viuit: cui aliquid integri ſuper
eſt. Nemo dignitati perditæ parcit. Impunitatis genus eſt: iam non habere pœnæ locuꝫ.
Ciuitatis autem mores magis corrupit paratas animaduerſionum. Facit enim conſuetudi
nem peccandi multitudo peccantium. Et minus grauis nota eſt quam cum turba damna-
tionum leuat: ꝫ ſæuitas quod maximum remedium habet: aſſiduitate amittit auctori-
tatem. Conſtituit bonos mores ciuitati princeps: ꝫ vicia eius compeſcit: ſi patiens eorum
eſt. Non tanq̃ probet: ſed tanq̃ inuitus cum magno tormento ad caſtigandũ veniat. Ve
recundiam peccandi facit ipſa clæmentia regentis. Grauior multo pœna videt quæ a miti
viro conſtituitur. ꝫ præterea videbis ea ſæpe committi: quæ ſæpe vindicantur.

Iuter tuus plures intra quinquennium culeo inſuit: q̃ omnibus ſæculis inſutos
accepimus. Multo minus audebant liberi nepotes in vltimum admittere q̃diu
ſine lege crimen fuit. Summa enim prudentia altiſſimi viri: ꝫ rerum naturæ peri-
tiſſimi maluerunt: velut incredibile ſcelus: ꝫ vltra audaciam poſitum præterire: quam dũ
vindicant oſtendere poſſe fieri. Itaque parricidæ cuꝫ lege cœperũt: ꝫ illis facinus pœna mõ-
ſtrauit. Peſſimo vo loco pietas fuit. Poſtq̃ ſæpius culeos vidimus: q̃ cruces: in qua ci-
uitate raro homines puniuntur: in ea conſenſus fit innocentiæ: ꝫ indulgetur velut publi-
co bono: putet ſe innocentem eſſe: ciuitas erit. Magis irascetur a cõmuni fragilitate deſciſcẽ
tibus: ſi paucos eos eſſe viderit. Periculoſuꝫ eſt mihi crede: oſtendere ciuitati: q̃to plures
mali ſint.

Adicta eſt aliquando a ſenatu ſententia: vt ſeruos a liberis cultus diſtingueret.
Deinde apparuit quantum periculum immineret: ſi ſerui noſtri numerare nos cœ
piſſent. Idem ſcito metuendum eſſe: ſi nulli ignoſcatur. Cito apparebit pars ciuita-
tis deterior: quanto præ grauet. Non minus principi turpia ſunt multa ſupplicia: q̃ medi
co multa funera. Remiſſius imperanti melius paretur. Natura cõtumax eſt humanus ani
mus: ꝫ in contrarium atqꝫ arduum nitens: ſequiturq; facilius q̃ ducatur. Et vt generoſi
atque nobiles equi: melius facili fræno reguntur: ita clæmentiam voluntaria innocentia
impetu ſuo ſequitur: ꝫ dignam putat ciuitas quam ſeruet ſibi. Plus itaque hac via profi-
ciatur. Crudelitas minime humanum malum eſt: indignumque tam miti animo. Feri-
na iſta rabies eſt: ſanguine gaudere: ac vulneribus: ꝫ abiecto homine in ſilueſtre animal
tranſire.

Vid enim intereſt oro te Alexander: Leoni Lyſimachum obiicias: an ipſe lace-
res dentibus tuis? tuum os eſt: tua illa feritas. O q̃ cuperes tibi potius vn-
gues eſſe: tibi rictum illum edendorum hominum capacem. Non exigimus a
te vt manus iſta: exitium familiarium: certiſſima vlli ſalutaris ſit. Vt iſte animus feroꝫ:
inſaciabile gentium malum atra ſanguinem cædemque ſacietur. Clæmentia inuocatus ad

occidendum amicum carnifex inter homines eligitur. Hoc est quare vel maxima abominanda sit sæuicia: q excedit fines. primum solitos: deinde humanos. Noua supplicia conquirit: ingenium aduocat: instrumenta excogitat: per quæ varietur atque extendatur dolor: 7 delectetur malis hominum. Tunc ille diri animi morbus ad insaniam peruenit vltimaz: cū crudelitas versa est in voluptatem: 7 iam occidere hominem iuuat. Nam talem virum a tergo sequitur euersio. Odiosus veneno gladijs: tam multis periculis petitur: q̄ multoruz ipse periculum est: priuatisque non nunq̄ consilijs. Illias vo consternatione publica circūuenitur. Leuis enim 7 priuata pernicies non totas vrbes mouet. Quod late fusere cœpit: 7 omnes appetit: vndique confugitur. Serpētes paruulæ fallunt: nec publice consequunt. vbi aliquam solitam mensuram transit: 7 in monstrum excreuit. Vbi fontes potu infecit: 7 si affluauit deurit obteritque quacunq̄ incessit: balistis petitur. Possunt verba dare 7 euadere pusilla mala. Ingentibus obuiam itur. Sic vnus æger: nec domum quidem pertubat. Et vbi crebris mortibus pestilentiam esse appellauerit: 7 apparuit: conclamatio ciuitatis ac fuga est: 7 dijs ipsis manus intendunt. sub vno aliquo tecto flamma apparuit: familia vicinq̄ aquam ingerunt. Et incendium vastum: 7 multas iam domos depastum: prevbis obruitur.

Crudelitatem priuatorum quoq̄ seruiles manus sub certo crucis periculo vlte sūt. Tyrannorum gentes populiq̄: 7 quorum erat malum: 7 bi quibus iminebat excidere aggressi sunt. Aliquando sua præsidia in ipsos cōsurrexerunt. Perfidiamq̄: 7 impietatem: 7 feritatem: 7 quicquid ab illis didicerant: in ipsos exercuerunt. Quid enim potest ab eo quisq̄ sperare: quem malum esse docuit? Non diu apparet nequicia: nec q̄tuz videtur peccat: sed puta tantam esse crudelitatem. Quare eius regnum est: non aliud q̄ captarum vrbium forma: 7 terribilis facies publici mœtus: omnia mœsta: trepida 7 cōfusa. Voluptates ipsæ timentur. Non conuiuia secura ineunt: in quibus lingua sollicite etiam ebrijs custodienda est. Non spectacula ex quibus materia criminis ac periculi quæritur apparenter. Licet inquit magna impensa: 7 regijs opibus: 7 artificum exquisitis nominibo: quem tamen ludere in carcerem iubent. Quod istud dij boni: malum est occidere: sæuire: delectari sono cathenarum: 7 ciuium capita decidere: quocunq̄ ventum est: multum sanguinez fundere: aspectu suo terrere ac fugare. Quæ alia vita esset: si leones vrsiq̄ regnarēt? Si serpentibus in nos: ac noxiosissimo cuiq̄ animali daretur potestas? Illa rationis inexperta: 7 a nobis immanitatis crimen: damnata abstinent suis: 7 tuta est inter feras similitudo morum. Apud homines tamen nec a necessarijs quidem rabies temperat sibi: sed externa suaq̄ in æquo habet: quo possunt exercitatiora singulorum: deinde cædibus in exitia gentium serpere: 7 inicere tectis ignem: a patrum vetustis vrbibus inducere. Potentiā putat: 7 vnum occidi iubet: aut alterum parum imperatorium credit: nisi eodem tempore grex miserorum subiectus stetit: crudelitatē suam i ordine coactā putet. Fœlicitas illa multis salutem dare: 7 ad vitā ab ipsa morte reuocare: 7 meren clæmentiam ciuicam non pōt. Nullum ornamentum principis fastigio dignius pulchriusq̄ est: q̄ illa corona ciues seruatos. Non hostilia arma detracta victis: non currere barbarorum sanguine cruenti: non parta bello spolia. Hæc diuina potentia est gregatim ac publice seruare. multos autem occidere 7 indiscretos: incendij ac ruinæ potentia est.

Lucij Annei Senecæ Explicit liber primus de clæmentia ad Neronez. Incipit liber secundus.

Si de clæmentia scriberem Nero Cæsar: vna me vox tua maxime compulit: quam ego non sine admiratione: 7 cuz diceretur audisse memini 7 deinde alijs narrasse. Vocem generosam magni animi: magnæ lenitatis: quæ non composita: nec alienis auribus subito data crepuit: et bonitatem tuam: cum fortuna tua litigantē: in mediū adduxit. Venim aduersurus in latrones tuos. Burus præfectus tuus vir egregius: 7 tibi principi not?: exigebat a te scriberes: i quos: 7 ex q̄ causa animaduerti velles. Hoc sæpe dilatū: vt aliq̄n fieret: istabat. Innuit? iunto cū charta ꝓtulisset tradereteq̄ exclamasti: vellē nescirē litteras. O dignā vocē quā audirēt oēs gētes q̄ romanū imperiuz colūt: q̄q̄ iuxta iacēt dubiæ libertatis: q̄q̄ cōtra viribo aut ais attollūt. O votē i cōcionem

omniū mortaliū mittendum: in cuius verba principes regesque iuramentum faciant. O vocem publicam generis humani innocentia dignam: cui redderetur antiquum illud sæculum. Nunc profecto consentire decebat: ad æquuz bonumq; expulsa alieni cupiditate ex qua omne animi malum oritur: pietatem: integritatem cum fide ac modestia surgere: & vicia diurna abusa regno: tandem fœlici ac puro sæculo dare locum futurum. Hoc Cæsar ex magna parte sperare & confiteri libet. Tradetur ista animi tui mãsuetudo: diffundeturq; paulatim per omne imperij corpus: & cuncta in similitudinem sui formabuntur. A capite bona valitudo ea transibit in omnes. Vegetata sunt: atq; erecta: aut languore demissa p ut animus eorum iuuit: aut marcessit. Et erunt diues: erunt socij digni hac bonitate: & in totum orbem rerũ mores recitentur. Parcetur vbique manibus tuis. Diucius me morari hic patere: non vt blandũ auribus tuis. nec enim mihi hic mos est. Maluerim hic veris offendere: q̃ placere adulando. Quid ergo est præter id quod beneficijs dictisque tuis: q̃ fami liarissimum esse te cupio: vt quod nunc natura & impetus est: fiat iudicium. Illud mecum cõsidero multas voces magnas: sed detestabiles in vitam humanaz peruenisse celebresq; vulgo fieri: vt illam oderint: dum metuant. Cui græcus versus similis est: qui se mortuo terram miscen ignibus iubet. Et alia huius notæ. Ut nescio quomodo ingenia: & iuisa materia secundioi expressserunt sensus vehementes & conatatos. Nullaz adhuc vocez audiui ex bono leniq; animosam. Quid ergo est vt raro inuitus: & cum magna cunctatione: cum multis dilationibus: ne forte decipiat nos speciosum clæmentiæ nomen aliquando: & ĩ cõtrarium aliquando adducat. Videamus quid sit Clæmentia: qualisque sit: & quos fines habeat. Clæmentia est temperantia animi in potestate vlciscendi: vel lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis pœnis. Plura ponere est tutius: ne vna diffinitio parem rem comprehendat: & vt ita dicaz: formula excedat. Itaque dici potest & ĩclinatio animi ad lenitatem: in pœna exigenda. Illa finitio contradictionis inuenietur cuius ad verũ ducat. Si dixerimus clæmentiam esse moderationem aliquid ex materia ac debita pœna remittentem redamabitur: nullam virtutem cuiq; minus debito facere. Atqui hoc omnes intelligunt clæmentiam esse quæ se flectit citra id quod merito constitui potest. Huic cõtrariam imperiti putant sæueritatẽ. Sed nulla virtus virtuti contraria est. Quid ergo opponitur clæmentiæ? crudelitas: quæ nihil aliud est: q̃ atrocitas animi in exigendis pœnis. Sed quidam non exigunt pœnas: crudeles tamen sunt. tanq; qui ignotos homines & obuios non in compendium: sed occidendi causa occidunt. Nec interficere contenti sæuiunt: vt Busiris ille & Procrustes & piratæ: qui captos verberant: & in ignem viuos imponunt. Hæc crudelitas quidez: sed quia nec vltionem sequitur. non enim læsa est. Nec peccatori alicui irascitur. Nullũ quidẽ antecessit crimen: extra diffinitionẽ nostraz cadit: quæ finitionem continebat in exigendis pœnis. Intẽperantiã autem possumus dicere: non esse hanc crudelitatem: sed feritatem: cui voluptati sæuitia est. possumus insaniam vocare. Nã varia sunt genera eius: & nullum certius q̃ q̃ in cædes hominũ & laniationes peruenit. Illos ergo crudeles vocabo qui puniendi causam habent: modum non habent. Sicut ĩ Phalari: quem aiunt non quidem in homines innocentes: sed super humanum ac probabilem modum sæuisse. Possumus effugere cauillationez: & ita finire: vt sit crudelitas indinatio animi ad asperiora. Hanc clæmentia repellit longius stare a se. Nam sæueritatẽ illi conuenire ad esse certum est. Pertinet quærere hoc loco q̃d sit misericordia. Plæriq; enim vt virtutẽ eam laudant: & bonum hominem vocant misericordem. Hæc autẽ vicium animi est. Vtraq; circa sæueritatem circaq; clæmentiam posita sunt: quæ vitare debemus: ne per speciem clæmentiæ ĩ misericordiam incidamus. In hoc leniore periculo erratur: sed par error est a vero recedentium. Ergo quẽadmodum religio deos colit: superstitio violat. Ita clæmentiã manuetudinemq; omnes boni præstabunt: misericordiam autem vitabunt. Est enim vicium pusilli animi ad speciem alienorum succedẽtis. Itaq; pessimo cuiq; familiarissima est anus. Et sunt mulierculæ quæ lachrymis nocentissimorũ mouentur: quæ si liceret carcerẽ effringerent. Misericordia non causam: sed fortunã spectat. clæmẽtia rationi accedit. Scio male audiri apud imperitos secta stoicoz tanq; nimis duram: & minime principibus regibusq; bonũ daturam consilium. Obiicitur enim illi q̃ sapientem negat misereri: negat ignoscere. Hæc si per se ponantur inuisa sunt. Videtur enim nullã spez relinquere humanis erroribus

ſed omnia delicta ad mortem deducere: vel ad pœnam. Quod ſi eſt: quid in hoc ſcientia q̃ diſcere humanitatem iubet: portumq; aduerſus fortunam certiſſimū mutuo auxilio cludit. Sed nulla ſecta benignior leniorq; eſt: nulla amantior hominuz: z communibus bonis ac cæptior. Vt propoſitum ſit vtiu eſſe: aut auxilio: nec ſibi tantum: ſed vniuerſis ſingulisq; conſulere. Miſericordia eſt ægritudo animi ob alienorum malorum ſpeciem: aut triſticia ex alienis malis: contra quæq; accidere immerentibus credet. Egritudo autem hic in ſapientem virum non cadet. Serena enim eius mens eſt: nec quicq̃ incidere poteſt quod illaz obducat. Nihilq; æque hominem q̃ magnus animus decet. Non poteſt autem magnus eſſe idem: ſi mœtus z mœror contundit: ſi mentem obducit z cõtrahit. Hoc ſapienti ne i ſuis quidem accidet calamitatibus: ſed omnem fortunæ iram reuerberabit: z ante ſe franget. Eandem ſemper faciem ſeruabit placidam: z inconcuſſam: quod facere non poſſet: ſi triſtitiam reciperet. Addice q̃ ſapiens: ac prouidet: z in expedito conſilium habet. Nunq; autez liquidum ſyncerumque ex turbido venit. Triſtitia enim inhabilis eſt ad deſpiciendas res: vt ille excogitando periculoſa: vitanda æque æſtimanda. Ergo non miſeret: quia z ſine miſeria animi non fiat. Cætera omnia quæq; miſerentur: volo facere libens: z alius animo faciet. Succurret alienis lachrymis: non accedet. dabit manum naufrago: exuli hoſpitium: ægenti ſtipem. Non hanc contumeliоſam: quam pars maior horuz qui ſe miſericordes videri volunt: abiicit z faſtidit: quos adiuuat. Contigitque vt ab his timet: ſi vt homo homini ex communi dabit: dabit z donabit lachrymis maternis filium: z cathenas ſolui iubebit: z ludo eximet: z cadauer etiam noxium ſepeliet. Et faciet iſta tranquilla mente: vultu ſuo. Ergo non miſerebitur ſapiens: ſed ſuccurret: ſed proderit: in commune auxiliuz natus: ac publicum bonum. Ex quo dabit cuique partem: etiam ad calamitoſos pro portione improbandos z emendandos: bonitatem ſuam permittet. Afflictis ẏo z fortius laborãtibus multo libentius ſubueniet. Quotiens poterit fortunæ intercidet. Vbi enim potius vtetur: an viribus: qui ad reſtituenda quæ caſus impulit: vultum quidem nõ deiiciat: nec animum. Cæterum omnibus dignis proderit: z deorum more calamitoſos propicius reſpiciet. Miſericordia vicina eſt miſeriæ: habet enim aliquid: trahitque ex ea. Imbecillos oculos eſſe ſcias: qui ad alienam lippitudinem z ipſi ſuffunduntur. Tam mehercule morbũ eſſe: non hilaritatem: ſemper arridere ridentibus: z ad omniuz æſtimationẽ ipſum quoq; obdeducere. Ira vicium eſt animorum: virtus miſeria parentum: quam ſi quis a ſapiente exigit: prope eſt vt lamentationem exigat: z alienis funeribus gemitus. Et quare nõ ignoſcet vacuam. Conſtituamus nunc quoque quid ſit venia: vt ſciamus dari illam a ſapiente nõ debere. Venia eſt pœnæ meritæ remiſſio. Hanc ſapiens quare non debeat dare: reddat rationem: cui hoc diuus dare propoſitum eſt. Ego vt breuiter tanq̃ in alieno iudicio dicam: z ignoſcitur qui puniri debuit. Sapiens autem nihil facit quod non debet: nihil prætermittit quod debet. Itaque pœnam quam exigere debet: non donat: ſed illud quod ex venia conſequi iuſtum eſt: z tibi vitam tribuit. Parcat enim ſapiens: cõſulit z corrigit. Item facit. Quid ſi ignoſceret? nec ignoſcet. quoniam qui ignoſcit: fatetur aliquid ſe quod fieri debuit obmiſiſſe. Aliquem verbis tantum admouebit pœna: non afficiet ætatẽ eius emendabilem intuens. Aliquem inuidiæ crimine laborantem: iubebit incolumez eſſe quia deceptus eſt: quia per vinum lapſus. hoſtes dimittet ſaluos aliquando. etiam laudatos ſi honeſtis cauſis: pro fide: pro fœdere: pro libertate in belluz acancti ſumus. Hæc omnia non veniæ: ſed clementiæ opera ſunt. Clæmentia liberum arbitrium habet: non ſub formula: ſed ſub æquo z bono iudicat. Et abſoluere illi licet: z quanti vult æſtimare litez. Nihil ex his facit tanq̃ iuſto minus fecerit: ſed tanq̃ id quod conſtituit iuſtiſſimum ſit. Ignoſcere autem eſt quæ vides punienda non punire. Venia debitæ pœnæ remiſſio eſt. Clæmentia hoc primum præſtat: vt quos dimittit nihil aliud illos pati debuiſſe pronunciat. Plenior eſt ergo q̃ venia z honeſtior. de verbo: vt mea fert opinio: controuerſia eſt: de re quidem conuenit. Sapiens multa remittet. Multos parum ſani ſed ſanabilis ingenij ſeruabit. Agricola bonos imitabitur: qui non tantum rectas proceraſque arbores colunt. Illis quoque quos aliqua deprauabit cauſa: adminicula quibus regantur applicant. Illas circumcidunt ne proceritatem rami præmant. Quibuſdam infirmas vitio loci nutriunt. Quibuſdam aliena vmbra laborantibus: cœlum aperiunt. Scõm hæc

videbit perfectus ſapiens: q̄ ingeniū: qua ratione tractandum ſit: donec in rectum prauа flectant. Lucij Annei Senecæ Cordubēſis liber de Clæmētia ad Neronē Cæſarē explicit.

Lucij Annei Senecæ ad Ebutium Liberalem incipit liber primus de beneficijs.

INter multos ac varios errores temere viuentium: inconſulteque nihil propemodū vir optime Liberalis dixerim: q̄ beneficia: nec dare ſcim⁹: nec accipere. Sequitur enim vt male collocata: male debeantur: de quibus non redditis: ſero querimur. Iſta enim perierunt cuī darētur. Nec mirum eſt inter plurima maximaq̄ vicia: nullum eſſe frequentius q̄ ingrati animi. Id euenire ex pluribus cauſis video. Prima illa eſt: q̄ nō eligimus dignos quibus tribuamus: ſed nomina facturi: diligēter patrimonium ⁊ vaſa debitoris requirimus. Semina in ſolum affectum: ⁊ ſterile non ſparga⁹mus. Beneficia ſine vllo delectu magis proijcimus q̄ damus. Nec facile dixerim. Vtrum turpius ſit inficiari: an repetere beneficium. Id enim genus huius crediti eſt: ex quo tantū recipiendum ſit: q̄tum vltro refertur. de quo quære vero fœdiſſimū ob hoc ipſum: quia nō opus eſt ad liberandum fidem facultatibus: ſed animo. Reddit enim beneficium qui libenter debet. Sed cū ſit in multis crimen: qui nec confeſſione quidē grati ſunt: in nobis quoq̄ eſt. Multos enim experimur ingratos: plures facimus. quia aliquando graues exactores exactoreſque ſumus: aliquando leues: ⁊ quos paulo poſt muneris ſui pœniteat. Illi quando queruli: ⁊ minima momenta calumniantes: ita gratiam corrumpimus omnē: nō tantum poſtq̄ dedimus beneficia: ſed dum damus. Quis noſtrum contentus fuit leuiter rogari: aut ſemel. Quis non cum aliquid a ſe peti ſuſpicatus eſt: frontem obduxit: vultū auertit: occupationes ſimulauit longis ſermonibus: ⁊ de induſtria non inuenientibus exitum: occaſionem petendi abſtulit: ⁊ varijs artibus properātes neceſſitates eduxit. In auguſtus vo compræhenſus: aut diſtulit: aut timide negauit: aut promiſit: ſed difficulter: ⁊ ſubductis ſupercilijs: ſed malignis: ⁊ vix exeuntibus verbis. Nemo autem libenter debet reddere: quod non accæpit: ſed exprēſſit. Gratus aduerſus eum quiſq̄ eſſe poteſt: qui beneficiū: aut ſuperbe iecit: aut iracus impegit: aut fatigatus vt moleſtia careret dedit. Errat ſi quis ſperat reſponſurum ſibi: quem dilatione laxauit: expectatione torſit. Eodem animo beneficium debetur: quo datur. ⁊ ideo non eſt negligenter dandum. Sibi enim quiſq̄ debet quod a neſciente accæpit. Nec tarde quidem: quia cum omni officio magna æſtimat dantis voluntas. Qui tarde fecit: diu noluit. Vtiq̄ non contumelioſe. Nam cum ita natura compertum eſt: vt altius iniuriæ: q̄ merita deſcendant: ⁊ illa cito defluant. Has tenax memoria cuſtodiat. Quid expectat qui offendit: dum obligat. Satis aduerſus illum gratus eſt: ſi quis beneficio eius ignoſcat. Non autem quod tardiores nos faciat: ad bene merēdū turba ingratorum. Nam primum vt dixi: nos illa merita augemus. deinde nec deos quidem immortales ab hac tam effuſa neceſſitate: ſacrilegij negligenteſque eorum deterrent. Vtuntur natura ſua: ⁊ ipſos munerum ſuorum malos interpretes iuuant. Hos ſequamur duces: quantuī humana imbecillitas patitur. Demus beneficia. Non veneremur. Dignus eſt decipi: qui de recipiendo cogitauit cum daret. Et liberi ⁊ coniuges ſæpe fefellerūt: tamen ⁊ educamus ⁊ ducamus. Ideoq̄ aduerſus experimenta pertinaces ſumus: vt bella victi: ⁊ naufragi maria repetamus. Quanto magis permanere in dandis beneficijs decet: quæ ſi quis non dat: quia non recipit: dedit vt reciperet: bonamq̄ ingratorum facit cauſam: quibus turpe eſt non reddere. Cimulti indigni luce ſunt: ⁊ tamē eis dies oritur. Cimulti q̄ nati ſunt queruntur: tamen natura ſobolem nouam gignit. ipſoſque qui non fuiſſe malent eſſe patitur. Hoc ⁊ magni animi ⁊ boni proprium eſt: non fructum beneficiorum ſequi ſed ipſa: ⁊ poſt malos quoque bonum quærere. Quid magnifici erat multis prodeſſe ſi nemo decæpiſſet. Nunc enim virtus dare beneficia non vtique redditura quorum a viro egregio ſtatim fructus perceptus eſt. Adeo quidem iſta res fugare nos: ⁊ pignores ad rem pulcherrimam facere non debet. Vt ſi ſpes mihi præcidatur gratum hominem reperiendi: malis non recipere beneficia q̄ non dare. Quis qui non dat vicium ingrati antecedit. Dicam quod ſentio. Qui beneficium non reddit: magis peccat q̄ qui non dat citius.

De beneficijs exhibendis omnibus.

Eneficia in vulgus cum largiri institueris: remunerationē muneris non expectant
Perdenda sunt multa: vt semel ponas bene. quasi dicat: non est curandus si mul-
ta perdantur: dummodo aliquid bene detur muner. In prioꝛe vꝛsu vtruncꝫ reꝑ-
hendas. Nam nec in vulgus effudenda sunt. Et nullius rei beneficioꝛum minime honesta
largitio est: quibus si detraxeris iudicium desinunt esse beneficia. In aliud quodlibet icidēt
nomen. sequens sensus mirificus est: quia vno bene posito beneficio: multoꝛum amissoꝛum
damna solatur. Vide oꝛo te: an ne hic: & verius fit: & magnitudini bene facientis aptius:
vt illum hoꝛtemur ad danda: etiam si nullum bene positurus est. Illud enim falsum est: p
denda sunt multa. Nullum perit: quia qui perdit computauerat. Beneficioꝛum simplex ra
tio est: tantum erogatur si reddet aliquid: lucrum est si non reddet: damnuꝫ non est. Ego
illud dedi vt darem. Nemo beneficia in kalendario scribit. Nec auarus exactoꝛ ad hoꝛam &
diem creditoꝛem appellat. Nuncꝫ illa vir bonus cogitat: nisi admonitus a ridente. Alioqn
in formam credendi transit. Turpis veneratio est beneficium expensum ferre. Qualiscuncꝫ
prioꝛum euentus est: perseuera in alios conferre. Neli⁹ apud ingratos iacebunt: quos aut
pudoꝛ: aut occasio: aut timidatio aliquādo gratos poterit efficere: ne cessaueris dare. Op⁹
tuum perage: & partes boni viri exequere. Illium re: alium fide: alium gratia: alium con-
silio: alium præceptis salutaribus adiuua.

Eneficia etiam fere sentiunt. Nec vllum tam immansuetum animal est quod non
cura mitiget: & in amoꝛe sui vertat. Leonum oꝛa a magistris impune tractātur. Ele
phantoꝛum feritatem vsqꝫ in seruile officium demeretur cibus. adeo etiam quæ ex
tra intellectum atqꝫ æstimationem beneficij sunt posita: assiduitas tantuꝫ meriti pertinacis
euincit. Ingratus est aduersus vnum beneficium: aduersus alterum non erit. duoꝛum ob-
litus est. Tertium etiam in eoꝛum quæ exciderunt memoriam reducet. Is perdet beneficia
qui dicto se perdidisse credit. Ait qui instat & onerat prioꝛa sequentibus: etiā ex duro & in me
moꝛia pectoꝛe gratiam extundit. Non audebit aduersus multa oculos attollere. Quocūcꝫ
se vertit: memoꝛiam suam fugiens: ibi te viderat. Beneficijs tuis illum cinge: quoꝝ quā-
uis quæue proprietas sit: dicet. Si prius quem ad rem non pertinent: transilire mihi pmi
seris. Nunc dicam quare tres gratiæ: & qualiter soꝛores sint in ipsis beneficijs: & quare ma
nibus implexis: quare ridentes: quare iuuenes: & quare virgines: soluta ac perlucida ve-
ste. Alij quidem videri volunt vnam esse quæ det beneficium. Alteram quæ accipiat. Ter-
tiam quæ reddat. Alij tria beneficioꝛum genera promerentiuꝫ: reddentium simul: & accipi-
entium reddentiūcꝫ. Solum vtrum libet ex istis iudicaueris. Quid ista nos iuuat scientia?
Quid ille consertis manibus in se redeuntiuꝫ choꝛus? Ob hoc quia oꝛdo beneficij per ma
num transeuntis: nihilominus ad danteꝫ reuertitur: & totus speciem perdit: si vncꝫ iterru
ptus est. Pulcherrim⁹ si cohæserit: & vices seruat. Ideo est aliqua tamē maioꝛis dignatio.
Sicut promerentium vultus hilares sunt: quales solent esse qui dant vel accipiunt bene-
ficia. Iuuenes: quia non debet beneficioꝛum memoꝛia senescere. Virgines: quia incoꝛrupta
sunt & syncera: & omnibus sancta. In quibus nihil esse alligati decet: nec ascripti. Solutis
itaque tunicis vtuntur. Perlucidis autem: quia beneficia cōcipi volunt. Sic aliquis vsqꝫ
eo gratis emancipatus: vt hæc dicat necessaria. Nemo tamen erit: qui etiam illud ad rē
iudicet pertinere: quæ nomina illis Hesiodus imposuerit. Aglē maximam natu appella-
uerit. Mediam Euphꝛosynā. Tertiam Thaliam. Hoꝛum nominum interpretationem: &
put vnicuique visum est conuenire deflectit: & ad rationem aliquam conatur perducere.
Cum Hesiodus puellis suis quod voluit nomen imposuerat. Itaque Homerus vni mu
tauit. Pasithoam appellauit: & in matrimonium produxit: vt scias illas vestales non esse
virgines. Inueniam alium poetam apud quem præcingantur: & spissis aut phissianis pro
deant. Ergo & Mercurius pastat. Non quia beneficia ratio commendat vel oꝛatio: sed
quia pictoꝛi ita visum est. Chꝛysippus quoque penes quem subtile illud acumen est: & in
imam penetrans veritatem: qui rei agendæ causa loquitur: & verbis non vltra eꝫ ad in-
tellectum satis est vtitur: totum libꝛum suum his ineptijs replet. ita vt de ratione dan-
di: accipiendi: reddendique beneficij pauca admodum dicat. Nec bis fabulas: sed hic fa
bulis inserit. Nam præter ista quæ hecaton transcribit: tres Chꝛysippus gratias ait Iouis

⁊ Eorinomes filias esse. Etate autē minores q̄z horas: sed idius culpa facie: ⁊ ideo Veneri datas comites. Matris quoq̄z nomen ad rem iudicat pertinere. Eorinomen enim dicā: q̄a lacte patentis matrimonij sit beneficia diuidere: tanq̄z matri post filias soleat nomē ponī aut poetæ vera nomina reddant. Quemadmoduz nomen elatoi memoriæ loco audacia est: ⁊ cuicunq̄z nomē nō potest reddere imponitur sibi aliud loco nominis proprij. Ita poetæ non putant ad rem pertinere: veruz dicere: sed aut necessitate coacti: aut decore corrupti: id quenq̄z vocari iubent: q̄ bene facit aduersum. Nec illis fraudi est: si aliquid incensum detulerunt. Proximus enim poeta suū illas ferre nomē iubet. Hoc vt scias ita esse. Ecce Thalia de qua cum maxime agitur: apud Hesiodum charis est: apud Homeꝝ ẏo musa.

Ed ne faciam quod reprehendo. Omnia ista quæ ita extra rem sunt: vt nec circa rem quidem sint relinquaz. Tu modo nos tuere. Si quis mihi obiecit q̄ Chrysippum in ordine coegerim magnum mehercule virum: sed tamen græcū cuius acumen nimis tenue reconditur: ⁊ in se sæpe replicatur: etiam cum agere aliquid videtur pungit: non perforat. Hoc ẏo quod acumen est: de beneficijs dicendum est: ⁊ ordinanda res: quæ maxime societatem humanam alligat. Danda lex vitæ: ne sub specie benignitatis inconsulta facilitas placeat. Nec liberalitatem quam nec deesse oportet: nec superfluere: hæc ipsa obseruatio restringat: dum cœperat. Docendi sunt libenter accipere: libenter dare: siue reddere: ⁊ magnum ipsis certamen proponere eos quibus obligati sunt re animoq̄z: nō tamen æquæ: sed vincere. Quia qui referre gratiam debet: nunq̄z consequitur: nisi præcessit. Hi docendi sunt nihil imputare: illi plus debere. Ad hæc honestissima contentio est: beneficijs beneficia vincendi. Sic nos adhortat Chrysippus: vt dicat gerendum esse: ne quia Charites Iouis filiæ sunt: putemus certe parum in genere sacrilegium: si taz bellis puellis fiat iniuria. Tu me aliquid eorum doce per quæ beneficientior: gratioꝝz aduersus bene merentes fiam: per quæ obligantium: obligatoꝝumq̄z animi certet. Vt qui præstiterit obliuiscatur: pertinaxq̄z sit memoria debentium. Istæ ẏo ineptiæ poetis relinquātur: quibus aures oblectare propositum est: ⁊ dulcem fabulam nectere. Atq̄z ingenia sanare: ⁊ propositum poetarum fidem in rebus humanis retinere: memoriam officioꝝum ingerere animis volunt: serio loquantur: ⁊ magnis viribus agant. nisi forte existimas leui ac fabuloso sermone: ⁊ agilibus argumentis prohiberi posse rem perniciosissimā beneficioꝝ: nouas tabulas.

Ed quēadmodum superuacua transcurram: ita exponam necesse est. Hoc primum nobis esse discendum: quid accepto beneficio debeamus. Debere enim dicit se alicui pecuniam quam accepit. Alius consulatum. Alius sacerdotiuz. Alius prouinciā. Ista autem sunt meritorum signa: non merita. Non potest beneficiuz manu tangi: sed animo geritur. Multum interest inter materiā beneficij: ⁊ beneficium. Itaq̄z nec aurum: nec argentum: nec quicq̄z eorum quæ a proximis accipiuntur: beneficium est: sed ipsa tribuendi voluntas. Imperti autem id quod oculis incurrit: ⁊ quod traditur possideturq̄z solum non tant. contra illud quod in re charum atq̄z pretiosum est: paruipendunt. Hæc quæ tenemus quæ aspicimus: in quibus cupiditas nostra hæret: caduca sunt. Auferre ea nobis: ⁊ fortuna: ⁊ iniuria potest. Beneficium ẏo etiam amisso eo per quod datum est durat. Est enim recte factum quod irritum nulla vis efficit. Amicum a piratis redimere: hunc alius hostis accepit: ⁊ in carcerem condidit. Non beneficium: sed vsum beneficij mei sustulit. Ex naufragio aliqui raptos: vel ex incendio: liberos reddidi. Hos vel morbus vel aliqua fortuita iniuria eripuit. Manet etiaz sine illis: quod in illos datum est. Omnia itaq̄z quæ falsum beneficij nomen vsurpant: ministeria sunt per quæ se voluntas amica explicat. Hoc quoq̄z in alijs rebus euenit: vt alicubi sit species rei: alicubi ipsa res. Imperatoꝝ aliquando coroquibo murali ⁊ ciuica donat. Quid habet per se corona pciosum? Quid prætexta? Quid fasces? Quid tribunal ⁊ currus? Nihil horum honoꝝ: sed honoris insigne. Sic non est beneficiuz id quod sub oculos venit: sed beneficij vestigium ⁊ nota.

Quid est ergo beneficium: beniuola actio tribuens gaudiū: capiensq̄z tribuendo: in id quod facit: prona ⁊ sponte sua parata. Itaq̄z non quod fiat: aut quod detur refert: sed qua mente. Quia beneficium non in eo quod fit: aut datur consistit: sed in ipso dantis: aut facientis animo. Magnum autem esse inter ista discrimen: vel ex hoc intelligas licet: q̄ beneficium vtiq̄z bonum est. Id autem quod fit: aut datur: nec bonum: nec

malum est. Animus est qui parua extollit. sordida illustrat: magna 7 in precio habita de/
honestat. Ipsa quæ appetuntur neutram naturam habent: nec boni: nec mali. Id refert quo
illa rector animus impellat: a quo forma datur rebus. Non est ergo beneficium ipsum q̃
numeratur: aut traditur. Sicut nec in victimis quidem: licet optima sint: autoꝛ̃ persuāt
deorum: sed pia ac recta voluntas venerantium. Itaq; boni etiam farre: ac fictilia religiosi
sunt. Mali rursus non effugiunt impietatem cuius aras sanguine multo cruentauerint.

I beneficia in rebus: non in ipsa bene faciendi volūtate cōsisterēt: eo maiora essent:
quo maiora sunt quæ accipimus. Id autem falsum est. Nonunq̃ magis cui nos
obligat qui dedit parua magnifice: qui regum æquauit opes animo: qui exiguu
tribuit: sed libenter: qui paupertatis suæ oblitus est: dum meam respicit: qui non volun/
tate tantū iuuandi habuit: sed cupiditatem: qui accipere se putauit beneficium cum daret:
qui dedit tanq̃ recepturus: recæpit tanq̃ non dedisset: qui occasionē qua prodesset: 7 oc/
cupauit 7 quæsiuit. Contra ingrata sunt vt dixi: licet re ac specie vt magna videātur: quæ
danti aut extoꝛqueantur: aut excidunt. Multoq; gratius venit: quod facili: q̃ quod plena
manu datur. Exiguum est quod in me contulit: sed amplius non potuit. At hic quod de/
dit magnū est: sed dubitauit: sed distulit: sed cui daret gemuit: sed superbe dedit: sed cum
tulit ei cui præstabat: non voluit: ambitioni dedit: non mihi.

Dcrati cum multa multi pro suis quisq; facultatibus offerrēt. Aeschines pauper
auditoꝛ: Nihil inquit dignu te: quod dare tibi possim inuenio: 7 hoc vno modo
pauperem me esse sentio. Itaq; dono tibi: quod vnum habeo: meipsum. Hoc mu/
nus rogo qualecunq; est: boni consulas. Cogitesq; alios cum multum tibi darēt: plus sibi
reliquisse. Cui Socrates. Quid ni? tu inq̃t mihi magnū munus dederis: nisi forte paruo
te æstimas. Habebo itaq; curæ: vt ne te meliore tibi reddam q̃ accepi. Viat Aeschines
hoc munere Alcibiadis parem diuitijs animū: 7 omnium iuuenum opulentoꝛum muni/
ficentiam.

Ides quomodo animus inueniat liberalitatis materiam: etiam inter angustias
paupertatis: videtur mihi dixisse. Nihil egisti fortūa q̃ me paupere esse voluisti.
Expediam nihilominus dignum huic viro munus: 7 quia de tuo non possum: de
meo dabo. Nec; est q̃ æstimes illum vilem sibi fuisse: qui precium se sui fecit. Ingenioſus
adolescens inuenit quemadmodum Socratem sibi daret. Non quāta quæque sint: sed a
qualibus dentur prospicis: dum callidus non difficilem aditum præbuit: immodica cupien/
tibus: spesq; improbus: nihil se adiuncturus verbis fouet. At eius peioꝛ est opinio qui lin
gua asper: vultu grauis: cum inuidia fortunam suam explicauit. Colunt enim detestāturq;
felicem: 7 si potuerint: eadem facturi odere facientem. Coniugibus alienis ne clā: sed apte
quidem ludibꝛio habitis: suas alijs permiscere. Rusticus inhumanus ac maluolus: 7 inf
matronas abominandæ conditionis est. Si quis coniugem suam in sella prostrare vetuit:
7 vulgo admissis inspecto tibi vehi vndiq; perspicuam. Si quis anulum se amica fecit unsi/
gnem: nec alienæ vxoꝛi anulum præstat. Nunc matronæ humilem: 7 sordidæ libidinis:
7 ancillariolum vocant: indecentissimam sponsaliorum genus est adulterium: 7 in cōsensu
vidui cælibatus. Nemo vxoꝛem duxit: nisi qui abduxit iam raptaq;. Aegros spargere: auā
riciam recolligere certant. Nihil pensi habere: paupertatem alienam contemnere: suamque
timere. Vllum aliud vereri malum: parcere iniurijs: perturbare imbecillioꝛes vi ac mœtu
præmere. Nam prouincias spoliari: 7 nūmariū tribunal: audita vtrinq; licitatione alteri
addici: non mirum: q̃ quæ emeris vendere: gentium ius est.

Ed longius nos impetus euehit prouocare materia. Itaq; sic finiamus: ne in no/
stro sæculo culpa subsistat. Hoc maioꝛes nostri questi sunt: hoc nos querimur: hoc
posteri nostri querentur: euersos esse moꝛes: regnare nequiciam: undetetius res hu
manas: 7 in omne nephas labi. Aut ista stant loco eodem: stabuntq; paululu duntaxat:
vltra aut erit mota: vt fluctus quos æstus accedens longius extulit: recedens interioꝛe lito
rum vestigio tenuit. Nunc ī adulteria magis q̃ in alia peccabitur: abrumpetq; frenos pu/
dicitia. Nunc conuiuioꝛum vigebit furoꝛ: 7 fœdissimum patrimonioꝛum exitium culina.
Nunc cultus coꝛpoꝛum nimius: 7 formæ cura præferens animi deformitatē. Nunc in
petulantiam 7 audaciam erumpit: male dispensata libertas. Nunc in crudelitatem priuatā

e

ac publicam ibitur: bellorumq; ciuilium insaniam: qua omne sanctum: ac sacrum prophanetur. Habebitur aliquando ebrietati honor: & plurimum meri cœpisse: virtus erit. Non expectant vno loco vicia: sed mobilia & inter se dissentia tumultuantur: pellunt inuicem supplantanturq;. Cæterum idem semper de nobis pronũciare debebimꝰ: malos esse nos: malos fuisse inuitus addiciam: & futuros esse. Erunt homicidæ: tyranni: fures: adulteri: raptores: sacrilegi: paricidæ. Infra ista omnia ingratus est: nisi q; omnia ista ab ingrato animo sunt sine quo vix vllum magnum facinus accreuit. Hoc tu caue tanq; maximum crimen: vt admittas. Ignosce tanq; leuissimo: si admissum est. Hæc est enim iniuriæ summa. Beneficiũ perdidisti. Saluum est enim tibi ex illo quod est optimum dedisti. Quemadmodum autẽ curandum: vt in eos potissimũ beneficia conferamus: qui grate responsuri erunt. Ita quædam etiam si de illis sperabitur: faciemus tribuemusq; non solum si iudicabimus ingratos fore: sed si sciemus fuisse. tanq; si filios alicui restituere potero: magno periculo liberatos sine vllo modo non dubitabo. Dignum etiam sanguinis mei verebor: & in partem discriminis veniam. Indignum si eripere latronibus potero. clamore lato: salutarem vocem homini non pigebit emittere.

Quæ beneficia danda sint: & quemadmodum.

Equitur vt dicamus quæ beneficia danda sint: & quemadmodum. Primo demus necessaria. deinde vtilia. deinde iucunda atq; mansura. Incipiendum est autem a necessariis. Aliter enim ad animum peruenit quod vitam continet. Aliter quod exornat: aut instruit. Potest in eo aliqs fastidiosus esse æstimator: quo facile caritꝰ est: de quo dicere licet. Recipere non desidero: meo contentus sum. Interim non reddere tantum libet quod acceperis: sed abiicere. Ex his quæ necessaria sunt: quædam primum obtinent locũ sine quibus non possumus viuere. quædam secundum: sine quibus non debemus. quædam no tertium: sine quibus nolumus. Prima huius notæ sunt. Hostium manibus eripi: & tyrannicæ iræ: & proscriptioni: & aliqs periculis: quæ varia & incerta humanam vitam obsident. Quicquid horum descripserimus quo maius ac terribilius erit: hoc maiorem inibimus gratiam. Subit enim cogitatio quantis sint liberati malis: & lenocinium est muneris antecedens mœtus. Nec tamen ideo debemus tardius quenq; seruare: q; possumus: vt muneri nostro: timor imponat pondus. Proxima ab his sunt sine quibus possumus quidem viuere: sed vt melior sit: tanq; libertas: & pudicitia: & mens bona. Post hæc habebimus coniunctionem: ac sanguine: vsuq; & cõsuetudine longa. Chara vt liberos coniuges: & penates: cæteraq; quæ vsq; eo animꝰ sibi applicuit. Vt ab illis quasi a vita diuelli grauius existimet. Subsequũtur vtilia quorum varia & lata materia est. Hic erit pecunia non superfluens: sed ad sanum modum habendi parata. Hic erit honor & processus ad actiora tendentium. Nec enim vtilius quicq; est sibi: vtilem fieri. Iam cætera ex abundanti veniunt delicatos factura. In his sequemur vt opportunitate grata sint: vt nõ vulgata q; aut pauci habuerint: aut pauci intra hanc ætatem habent: aut hoc modo quæ etiam si natura preciosa non sunt: tempore aut loco fiant. Videamus quod ablatum maxime voluptati futurum sit: quod frequenter occursurum habenti: vt totiens nobiscuꝫ sit ipse habẽs quotiens cũ illo sit. Vitq; cauebimus: ne munera superuacua mittamus: vt fœminæ: aut senem arma venatoria: aut rustico libros: aut studijs ac litteris: debito ratia. Eque ex contrario circumspiciemus: nedum grata mittere volumus: suum cuiq; morbum exprobratura mittamus: sicut ebrioso vina: & valitudinario medicamenta. Maledictum enim incipit esse: non munus in quo vicium accipientis agnoscitur.

Iarbitrium dandi penes non præcipue mãsura quæremus: aut q; minime morale munus sit. Pauci enim sunt tam grati: vt quod acceperint etiam si non vident: cogitent. Ingratis quoque memoria cũ ipso munere incurrit. Vbi ante oculos est: & obliuisci sui non sinit: sed auctorem suum ingerit: & inculcat. Eo quidem magis duratura quæramus: quia nunq; admonere debemus. Ipsa res euanescentem memoriaꝫ excitat. Libentius donabo argentum factum: q; signatum. Libentius statuas: q; vestem: & quod vsus breuis dederat: apud paucos post remanet gratia. Plures sunt apud quos non diucius in animo sunt donata: q; in vsu. Ergo si fieri põt: consumi munus meũ nolo. Extet hæreat amico meo: & viuat. Nemo tã stultus est: vt monẽdus sit: ne cui gladiatores

aut iam venationem iam munere edito mittat: ⁊ vestimenta æstiua: bruma hyberna solsti
cio. Sic in beneficio sensus cōmunis: tēpus: locuz obseruet: personas: quia momētis quæ
dam grata ⁊ ingrata sunt. Quanto acceptius est si id damus quod quis non habet: q̄ cu
ius copia abundat. Quod diu quærit non inuenit: q̄ quod vbiq̄ visurus est. Munera
non tam preciosa: q̄ rara ⁊ exquisita sint. Quæ etiam apud diuitem sui locum faciant: si
cut gregalia quoq̄ poma: etiam post paucos dies itura in fastidiuz delectant: si prouenere
maturius. Illa quoq̄ non erunt sine honore: quæ aut nemo illis alijs dedit: aut nos nulli
alij.

Alexandro Macedone: cum victor orientis animos supra humana tolleret. Corin
thij per legatos gratulati sunt: ⁊ ciuitate illum sua donauerunt. Cum risisset Ale
xander: hoc officij genus. Onus ex legatis: Nulli inquit ciuitatem vnq̄ dedimus
alij q̄ tibi ⁊ Herculi. Libens accepit delatum honorem: ⁊ legatos inuitatione: alia
manitate prosecutus cogitauit: non qui sibi ciuitatē darent: sed cui dedissent. Et homo glo
riæ deditus: cuius nec naturam: nec modum nouerat. Herculis liberiq̄ vestigia sequens:
ac ne ibi quidem resistens: vbi illa defecerant: ad socium honoris sui respectu a dantibus
tanq̄ cœlum quod mente vanissima complectebatur teneret: quia Herculi æquabatur.
Quid enim ibi simile habebat Oesanus adolescēs: cui pro veritate erat fœlix temeritas?
Hercules nihil sibi vicit: orbem terrarum transiuit: non concupiscendo: sed vindicando.
Quid vinceret malorum hostis: bonorum iudex: terrarum maris q̄ peccator? At hic a pue
ritia latro: gentium q̄ vastator: tam hostium pernicies: q̄ amicorum: qui summum bonū
duceret terrori esset cunctis mortalibus oblitus. non ferocissima tantum: sed ignauissima
quoque animalia timeri: ob vicijs malum.

Ad propositum nunc reuertamur. Beneficium quod quibuslibet datur: nulli gra
tum est. Nemo se stabularij: aut cauponis hospitem iudicat: nec conuiuam dāris
epulum. Vbi dica potest: Quid enim in me contulit? Nempe hoc quod in illum:
⁊ vix bene notum sibi: ⁊ in illum etiam inimicum: ac turpissimum hominem. Nunq̄d enim
me dignum iudicauit? Morbo suo: morem gessit. Quid voles gratum esse: raro efficit.
Quis patitur sibi imputari? Nemo hæc ita interpretetur: tanq̄ reducam liberalitatem: ⁊
frænis altioribus reprimaz illa enim in quantum libet exeat: sedeat: non erret. Licet ita lar
giri: vt vnusquisq̄ etiam si cum multis accepit: in populo se esse non putet. Nemo non
habeat aliquam familiarem notam: per quam speret se proprius admissum. Dicat: accepi
idem quod ille: sed vltro. Accepi quod ille: sed ego intra breue tempus: cum ille diu me
tuisset. Sunt qui idem habeant: sed non eisdem verbis datum: non eadem: non eadez cō
munitate tribuentis. Ille accepit cum rogasset. Ego cū rogarē. Ille accepit: sed facile red
diturus: sed cuius senectus ⁊ liberorum orbitas magna promittebat. Nibi plus dedit:
q̄uis idez dederit: quia sine spe recipiendi dedit. Quemadmodum merentur: ita inter mul
tos se diuidet. Vt nemo non aliquod signum familiaris animi ferat. Ita qui beneficia sua
amabilia vult esse: excogitat quomodo multi obligentur: ⁊ tamen singuli habent aliquod
quo se cæteris præferant. Ego vo beneficijs non obiiciaz moras: quæ quo plura maiora
fuerint: plus afferent laudis. Adsit tamen iudicium. Neq̄ enim cordi esse cuiq̄ possunt lo
te: ac temere data. Quare si quis æstimat nos: cum ista percipimus: benignitatis fines tu
trorsus referre: ⁊ illi minus lapsum limitem aperire: ne perperam monitiones nostras exau
diat. Quam enim virtutem magis veneramur? Cui magis stimulos addimus? Qui
bus non tam conuenit hæc adhortatio? q̄ nobis societatem humani generis sanctienti
bus?

Quid ergo est? cum sit nulla honesta vis animi: etiam si a recta voluntate incæpit:
nisi quam virtutum motus fecit. Veto liberalitatem tecum ponā. Tunc iuuat ac
cepisse beneficium: ⁊ supinis quidem manibus: vbi illud ratio ad dignos perdu
cit: non q̄ quilibet casus: ⁊ consilij indigens impetus differt: quod ostentare libet: ⁊ inseri
bere sibi. Beneficia tu vocas: quorum auctoritatem fatri pudet. At illa quanto grauiora
sunt: quantoque in partem teneriorem animi: nunq̄ exitura descendunt: cum delectant co
gitantem: magis a quo: q̄ quid accepris. Chrysippus pansienus solebat dicere quorun
dam se iudicium malle: q̄ beneficium: ⁊ quorundam beneficium malle: q̄ iudicium. ⁊

subiiciebat exempla. Malo aiebat diui Augusti iudiciū. Malo Claudij beneficiū. Ego vo nullius puto experendum esse beneficiuz: cuius vile iudiciū est. Quid ergo? Non erat accipiendum a Claudio quod dabatur? erat. Sed sicut a fortuna quaz scires statim malam fieri. Quid ergo? ista inter se mixta diuidimus. Non est beneficium cui deest pars optima: datum esse iudicio. Alioquin pecunia ingens: sine ratione: nec recta voluntate donata: nō magis beneficium est q̄ thesaurus. Multa sunt autem quæ oportet accipere: nec debere.

Expliat liber primus de beneficijs. Incipit liber secundus quemadmodum dandum sit beneficium.

Aspiciamus Liberalis virorū optime: id quod ex priore parte adhuc superest: quemadmodum dandum sit beneficium. cuius rei expeditissimam video: monstraturus viaz: si sic uemus quomodo uellemus accipere. Ante omnia libenter cito sine ulla dubitatione. Ingratum est beneficium quod diu inter manus dantis hæsit: quod quis ægre dimittere visus est: & sic dare tanq̄ supra raperetur. Etiam si quid more interuenit: euitemus omnimodo ne dubitasse uideamur. Proximus est autem neganti qui dubitauit: nullamque iniet gratiam. Nam cuz in beneficio iucundissima sit tribuentis voluntas: qui nolente se tribuisse ipsa cunctatione testatus est: non dedit: sed aduersus ducentem male retinuit. Multi autem sunt quos liberales facit fortis ifirmitas. Gratissima sunt beneficia: parata: facilia: occurrentia: ubi nulla mora fuit: nisi in accipientis uerecundia. Optimum est antecedere desiderium cuiusq̄: proximuz sequi illud melius occupare anteq̄ rogemur: quia cum homini probo ad rogandum os concurrat: & suffunditur rubor. Qui hoc tormentum remiserit: multiplicat munus suum. Non tulit gratis: qui cum rogasset accepit. Quomāquidem vt maioribus nostris grauissimis uiris visum est: Nulla res charius constat: q̄ quæ precibus empta est: uota homines paratus facerent si palam facienda essent. Ideo etiam deos quibus honestissime supplicamus tacite in aliuz & intra nosmetipsos precari.

Molestum uerbum est: onerosum & demisso uultu, dicendum rogo: huic faciendā est gratia amico: & cuicunq̄ quem amicum scis promerendo facturus: properet licet: sero beneficium dedit. Ideo diuinanda cuiusq̄ voluntas: & cuz intellecta est necessitate grauissima rogandi: liberanda est. Illud beneficium iucundum victurumq̄ in animo scias quod obuiam uenit. Si non contingit præuenire plura rogātis uerba intercidamus ne rogati uideamur: sed certiores facti statim promittamus: facturosque nos etiam anteq̄ interpellaremur ipsa festinatione approbemus. Quemadmodum in ægris opportunitas ubi salutaris est: & aqua tempestiue data remedij locum obtinuit. Ita q̄uis leue & uulgare beneficium sit: si præsto fuerit: si proximam quanq̄ horam non perdidit: multum sibi adijcit: gratiamq̄ preciosi: sed lenti & diu cogitati muneris uincit. Qui temperate fecit: non est dubium quin libenter faciat. Itaq̄ lætus facit & induit sibi animum sui uultum.

Agentia quorundam beneficia: silentium: aut loquendi tarditas imitata grauitatem & tristiciam corrumpit: cum promitterent uultu negantium. Quanto melius adiicere bona uerba rebus bonis: & prædicatione humana benignaq̄ commendare q̄ præstes. Vt ille se castiget q̄ tardior in rogando fuit: adiicias licet familiarem querelam. Irascor tibi q̄ cum aliquid desiderasses: non olim scire me uoluisti: q̄ tam diligenter rogasti: q̄ quenq̄ adhibuisti. Ego vo gratulor mihi: q̄ experiri animum nostrum libuit: postea quicquid desiderabis tuo iure exiges. Semel ruboris tuæ ignoscitur. Sic efficies vt animum tuum pluris extimet q̄ illud quicquid est ad quod petendum uenerat. Tunc est summa uirtus tribuentis: tunc benignitas ubi ille qui discessit: dicet sibi magnum hodie lucrum feci. Malo q̄ illum talem inueni: q̄ si multiplicatum hoc ad me de quo loquebar: alia uia peruenisset. Huic enim animo nunq̄ parem referam gratiam.

Tplæriq̄ sunt qui beneficia asperitate uerboruz & superalio modum adducunt eo sermone usi: ea superbia vt impetrasse pœniteat. Iliæ deinde post rem promissam sequūtur mores. Nihil autem est acerbius q̄ ubi quodq̄ quod impetrasti rogandū

eſt. Repræſentanda ſunt beneficia quæ a quibuſdam accipere difficilius eſt: q̄ impetrare. Hic rogandus eſt vt admoneat: ille vt conſummet. Sic vnum munus per multorum te/ritur manus. ex quo gratiæ minimum apud promittentem remanet. Quia auctori detra/hit quiſquis poſt illum rogandus eſt. Hæc itaq̄ curæ habebis: ſi grate extimari quæ præ/ſtabis voles: vt beneficia tua illibata & integra ad eos quibus promiſſa ſunt perueniãt: ſine vlla: quod aiunt: deductione. Nemo illa intercipiat: nemo detineat: nemo in eo quod da/turus eſt: gratiam ſuam facere poteſt: vt non tuam minuat.

Nihil æque amarum q̄ diu pendere. Nequiore quidã animo ferunt præcidi ſpem ſuam: q̄ trahi. plærisq̄ autem hoc vitiũ eſt: ambitione praua differendi promiſſa ne minor ſit rogantium turba. Quales regiæ potentiæ miniſtri ſunt: quos delec/tat potentiæ ſuæ longum ſpectaculum: minuſque ſe iudicant poſſe: niſi diu multumque ſingulis quid poſſint oſtendant. Nihil confeſtim: nihil ſemel faciunt. Iniuriæ illorum præ/cipites. Lenta beneficia ſunt. Quare veriſſimum extima quod ille comicus dixit: Quid tu non intelligis: tantum te gratiæ demere: q̄tum more adiicis. Inde ille voces quas in genuus dolor exprimit. Facito ſi quid facis. Et nihil eſt tanti malo mihi iam neges vbi in tedium adductus animus incipit beneficium odiſſe: dum expectat: poteſt ob id gra/tus eſſe. Quemadmodum acerbiſſima crudelitas eſt quæ trahit pœnam. & miſericordiæ genus eſt cito occidere: quia tormentum vltimum finem ſui ſecum affert. quod antecedit tempus maxima venturi ſupplicij pars eſt. Ita maior eſt muneris gratia: quo munus diu pependit. Eſt enim bonarum rerum ſollicita expectatio. Et cum plurima beneficia remediũ alicuius rei afferant: qui aut diucius torqueri patitur: quem protinus poteſt liberare: aut gaudere beneficio ſuo: tardius manus affert. Omnis benignitas properat: & proprium eſt libenter facientis: cito facere. Qui tarde dedit: & diẽ extrahens profuit: non ex animo fecit. Ita duas res maximas perdidit: & tempus & augmentum amicæ voluntatis. Tarde velle nolentis eſt.

In omni negocio liberalis non minima portio eſt quomodo quiſque aut dicatur aut fiat: multum celeritas facit: multum abſtulit mora: ſicut in telis eadem fieri vis eſt. Sed in infinitum intereſt vtrum excuſſo lacerto torqueantur: an remiſſa manu effluant. Gladius idem & ſtringit & tranſforat. Cẽ preſſo articulo venerit refert. Idem eſt quod datur: ſed intereſt quomodo detur. Cẽ dulce: q̄ precioſum eſt ſi gratias ſibi agi non eſt paſſus qui dedit: ſi dediſſe dum dat oblitus eſt. nam corrumpere eum cui ma/xime aliquid præſtes dementia eſt: & inſerere cõtumeliam meritis. Itaq̄ non ſunt exaſpe/randa beneficia: nec quicq̄ illis triſte miſcendum. Etiam ſi q̃d erit de quo velis admonere aliud tempus eligito.

Albius verucoſus beneficium ab homine duro: aſpere datum panem lapidoſum vocabat: quem eſurienti accipere neceſſarium ſit, eſſe acerbum. Tiberius Cæſar ro/gatus a nepote. Mællio prætorio vt æri alieno ſuccurreret: edere illum ſibi nomi/na creditorum iuſſit. Hoc non eſt donare: ſed creditores conuocare. cum edita eſſent ſcri/pſit nepoti iuſſiſſe ſe pecuniam ſolui. Adiecta contumelioſa admonitione effecit: vt nepos nec æs alienum haberet: nec beneficium. Liberauit illum a creditoribus. Sibi non obliga/uit. Aliquid liberius ſecutus eſt: puro noluit plures eſſe: qui idem rogaturi concurrerent. Ita fortaſſe efficax ratio fuerit: ad hominem improbas cupiditates: pudore reprimendas. Beneficium vo danti: tota alia ſequenda eſt via.

Omni genere quod des: quo ſit acceptius adornandum eſt. Hoc vo non eſt bene ficium dare: repræhendere eſt: vt in tranſitu de hac quoq̄ parte dicam quid ſen/tiam: ne principi quidem ſatis decorum eſt donare ignominiæ cauſa: tamẽ inqui/etudinem effugere. Tiberius: nec hoc quidem modo putabat: potuit effugere. Nam ali/quod poſtea qui idem rogarent inuenti ſunt: quos omnes iuſſit reddere in ſenatu: æris a/lieni cauſas. & ita illis certas ſummas dedit. Non eſt illud liberalitas: cenſura eſt. Auxiliũ eſt pancipale tributum. Beneficium non eſt cuius ſine rubore meminiſſe non poſſum. Ad/iudicem miſſus ſum: vt impetrarem: cauſam dixi.

Recipiunt itaq̄ omnes auctores ſapientiæ: quædam beneficia palam danda: q̃/dam ſecreto. palã quæ quod ſequit glorioſum eſt. Vt militaria dona: & honores:

7 quicquid aliud noticia pulchrius ſit. Kurſus quæ non producunt: nec honeſtiorem faciunt: ſed ſuccurrunt infirmitati: ægeſtati: ignominiæ: tacite vanda ſunt. Vt nota ſint ſolis quibus proſunt. Interdum 7 ipſe qui iuuatur fallēdus eſt: vt habeat: nec a quo acceperit ſciat.

Keeſ laus: vt aiunt: amico pauperi: 7 paupertatem ſuam diſſimulanti: ægro autem: 7 nec hoc quidem confitenti deeſſe ſibi in ſumptum ad neceſſarios vſus: cum clam ſuccurrendum iudicaſſet: puluerino eius ignoranti ſaculum ſubiecit: vt homo inutiliter verecundus: quod ſi deſiderabat in veritate potius cꝫ acciperet. Quid ergo ille neſciet: a quo acceperit? primum neſciat: ſi hoc ipſum beneficij pars eſt. Deinde multa alia faciam: multa tribuam: per quæ intelligat 7 illius auctorem. Denique ille neſciet accepiſſe ſe: ego ſciam me dediſſe. Parum eſt inquis: parū ſi fœnerare cogitas. Sed ſi dare quo genere accipienti maxime profuturum erit dabis: contentus eris te teſte. Alioquin nō benefacere delectat: ſed videri benefeciſſe. Volo inquis ſciat. Debitores quæris. Volo vtiq; ſciat. Quid ſi illi vtilius eſt neſcire? ſi honeſtius: ſi gratius: non in aliam partem abibis. Volo vt ſciat. Ita tu hominem non ſeruabis in tenebris. Non ergo quotiens patitur res: percipiendum gaudium ex accipientis voluntate. Sin adiuuari illum: 7 oportet: 7 pudet ſi quod præſtamus offendit: niſi abſconditur beneficium in acta non mitto. Quid ni ego illi ſum iudicaturus me dediſſe: cum inter prima præcepta: maxime neceſſaria ſit: ne vnq; exprobem: immo ne admoneam quidem. Hæc enim beneficij inter duos lex eſt. Alter ſtatim obliuiſci debet dati: alter accepti nunq;. Lacerat animum 7 præmit frequens meritorum commemoratio.

Icet exclamare q; ille triumuirale proſcriptione ſeruatus a quodam Cæſaris amico exclamauit: cum ſuperbiam eius ferre non poſſet: Kiedde me Cæſari. Quousq; dicens. Ego te ſeruaui: ego te eripui morti. Iſtud ſi meo arbitrio memini vita eſt: ſi tuo mors eſt. Nihil tibi debet ſi me ſeruaſti: vt haberes quem oſtenderes: quousq; me circūducis: quousq; obliuiſci fortunæ meæ non ſinis. Semel in triumpho ductus eſſem. Non eſt dicendum: quid tribuerimus. Qui admonet reperit. Non eſt inſtandum: non eſt memoria reuocandum: niſi vt aliud dando prioris admoneas. Ne alijs quidem narrare debemus. Qui dedit beneficium taceat: narret qui accepit. Dicetur enim q; illi vbique iactanti beneficium ſuum. Non negabis inquit te recepiſſe: 7 cum reſpondiſſet quādo. Sæpe quidem inquit: 7 multis locis: id eſt quotiens: 7 vbicunq; narraſti. Quid opus eſt eloqui? quid alienum occupare officium? Eſt qui iſtud facere honeſtius poſſit: quo narrante: 7 hoc laudabiliter quod ipſe non narras. Ingratum me iudicas: ſi iſtud me tacente nemo ſaturus eſt. Quod adeo non eſt committendum: vt etiam ſi quis coram nobis narrabit reſpondendum ſit: dignißimus quidez ille eſt maioribus beneficijs: ſed 7 ego magna velle me ſcio omnia illi præſtare: cꝫ adhuc præſtitiſſe. Et hæc ipſa non vniuerſaliter: nec ea figura qua quidam reiiciunt quæ magna ad ſe volunt attrahere: deinde adiicienda omnis humanitas. perdet agricola quod ſparſit: ſi labores ſuos deſtituet in ſemine. Multa cura ſata producunt ad ſegetem. Nihil in fructum peruenit quod non a primo vſq; ad extremū æqualis cultura proſequitur. Eadem beneficiorum eſt conditio. Nūquid vlla maiora poſſunt eſſe cꝫ quæ in libros patres conferunt? Nec tamen tuta ſunt ſi infantia deſerātur: niſi longa pietas munus ſuum nutriat. Eadem cæterorum beneficiorum conditio eſt: niſi illa adiuueris perdes. Parum eſt dediſſe: fouenda ſunt. ſi gratos vis habere quos obligas: non tantum des oportet beneficia: ſed vt ames. Præcipue vt dixi pareamus auribus. Admonitio tedium facit: exprobatio odium. Nihil æque in beneficio vitandum eſt cꝫ ſuperbia. Quid opus arrogantia vultus? quid tumore verborum? Ipſa res te extollit. Detrahenda eſt inanis iactatio. Kes loquentur nobis tacentibus. Non tantum ingratum: ſed iniuſtum eſt beneficium ſuperbe datum.

Aeſar dedit vitam Pompeio peno. Si dat qui nō aufert: deinde abſoluto 7 agēti gratias: porrexit ad oſculandum ſiniſtrum pedem: qui excuſant eum: 7 negant id inſolentiæ cauſa factum: aiunt ſoculum auratum: immo aureum margaritis diſtinctum oſtendere eum voluiſſe. Ita prorſus: quid hic contumelioſum eſt? ſi vir conſularis aurum: 7 margaritas oſculatus eſt. Et alioquin nullam partē corpis eius electurus

q̄ purius oscularetur homo natus in hoc vt mores liberæ ciuitatis persica seruitute mu-
taret. Parum iudicauit si senator senex submissis honoribus in conspectu principum
supplex sibi: eo more subiacuisset: quo victi hostes victoribus iacuere. Inuenit aliquid in-
fra genua quo libertatem detruderet. Non hoc est rempublicam calcare. Equidem dicit ali
quis: Non potest ad rem pertinere sinistro pede. Parum enim fœde: furiosque insolēs fue-
rat: qui de capite consularis viri secatus audiebat: nisi in os senatoris ingessisset Impera-
tor pigros suos.

Superbia magnæ fortunæ. O stultissimum malum: vt a te nihil accipere iuuat: & omne beneficium in iniuriam conuertis: vt te omnia nimia delectant: vt te omnia dedecent: quoq; altius te subleuasti: hoc depressior es. Ostendisque tibi non agnoscere ista bona: quibus tantum inflaris. Quicquid das eorum pis. Libet itaq; interrogare quid tantopere resupinet. Quid vultum habitumque oris peruertat: vt malit habere personam: q̄ faciem. Iucunda sunt quæ humana fronte: & celera: placidaq; tribuuntur: quæ cum daret mihi superior: non exultauit supra me: sed q̄ potuit benignissimus fuit: descendit q; in equum: & detraxit muneri suo pompam. si obseruauit idoneum tempus: vt in occasione potius q̄ in necessitate succurreret. Vno modo persuadebimus ne beneficia insolentia perdant: si ostenderim⁹ non ideo videri maiora quæ tumultuosius data sunt: ne ipsos quidem ob id cuiq; posse maiores videri. Vanam esse superbiæ magnitudinem: & quæ in odium etiam amanda perducat.

Vnt quædam nocitura impetrantibus: quæ non dare: sed negare beneficium est. Æstimabimus itaq; vtilitatem potius q̄ voluntatem petentium. Sæpe enim noxia concupiscimus. nec despicere q̄ perniciosa sunt licet: quia iudicium interpellat affectus. Sed cum subsedit cupiditas: animi impetus fragantis cum qui consilia fugat cecidit. detestamur perniciosos malorum munerum auctores: vt frigida ægris negamus: & lugentibus ac sibi iratis ferrum: aut amantibus quicquid contra se vsuros ardor petit. sic omnium quæ natura sunt impense ac submisse: nonunq; etiam miserabiliter rogantibus perseuerabimus non dare. Tum initia beneficiorum suorum spectare: tum etiam exitus decet: & ea dare quæ non tantum accipere sed etiam accæpisse delectet. Multi sunt qui dicāt scio hoc illi non profuturum: sed quid faciam rogat: resistere precibus eius non possum. Viderit de se: non de me queretur. Falsum est: immo de te: & merito: quod est cum ad mētem bonam redierit. Cum accensio illa quæ animum inflammabat: se remiserit. Quid nī eum oderit a quo in damnum ac periculum suum adiutus est? Exorari in perniciem rogantium: sæua bonitas est. Quemadmodum pulcherrimum opus est: etiam inuitos nolentesque seruare. Ita rogantibus pestifera largiri: blandum & effabile odium est. Beneficium demus: quod vsu magis ac magis placeat: quod nunq; in malum vertatur. Pecuniam non dabo: quam numeraturū adultere sciam: ne in societate turpis facti: aut consilij inueniar. Si potero reuocabo: si minus non iuuabo scelus. siue illum ira quo non debebat impellit: siue ambitionis calor abducit. Alterius non a semetipso vires sibi inferri patiatur. Nec committam vt possit quandoq; dicere: ille amando me occidit.

Sæpe nihil interest inter amicorum munera: & hostium acta. Quicquid illi accidere optant: in id horum intempestiua indulgentia impellit atq; instruit. Quid autem turpius: q̄ quid euenit frequentissime? vt nihil interfit inter odium & beneficium. Nunq; in turpitudinem nostraq; reditura tribuamus. Cum summa amicitiæ sit: amicum sibi æquare. Vtrique simul consulendum est. Dabo ægenti: sed vt ipse non ægeam. Succurram periturо: sed vt ipse non peream: nisi si futurus ero magni hominis: aut magnæ rei merces. Nullum beneficium dabo: quod turpiter peterem. Nec exiguum dilatabo: nec magna pro paruis accipi patiar. Nam vt qui quod dedit imputat: gratiam destruit. itaq; qui q̄tum odit ostendit: munus suum non commendat: sed exprobat. Inspiciendæ sunt cuique facultates suæ: viresq; Ne aut plus præstemus q̄ possumus: aut minus. Extimanda est eius persona: cui damus. Quædam enim minora sunt: q̄ vt exire a magnis viris deberent. Quædā accipiente maiora sunt. Vtriusq; itaq; personaꝫ confer te ipsum inter illas & donabis examina: non quid aut danti graue sit: aut paucum. Nunquid rursus qui accepturus est: aut fastidiat: aut non capiat?

Rbem cuidam Alexander donabat Vesanus: ⁊ qui nihil animo nisi grande concepit. Dum ille cui donabatur seipsum mensus: tanti muneris inuidiam refugisset: dicens non conuenire fortunæ suæ. Non quæro inquit quid te accipere deceat: sed quid me dare. Animosa vox videtur: ⁊ cum regia sit: est stultissima. Nihil enī pro se quenq̄ decet. Refert quid: cur: quando: quare: vbi: ℭ. sine quibus facti ratio non constabit. Tumidissimum animal si illum accipere hoc non decet: nec te dare. habetur personarum ac dignitatum proportio. Et cum sit vbique virtutis modus: æque peccat quod excedit: q̄ quod deficit. Liceat istud sane tibi: ⁊ te intantum fortuna sustulerit. vt coniugia tua vrbes sint: quas quanto maioris animi fuit non capere: q̄ spargere. Est tamen aliquis minor: q̄ in sinu eius condenda est ciuitas.

Ad Antigono Cinicus petijt talentuz. Respondit plus esse: q̄ quod Cinicus petere deberet. Repulsus petit denarium. Respondit minus esse: q̄ quod regem deceret dare. Turpissima est eiusmodi cauillatio. Inuenit quomodo neutrum daret. In denario regem: in talento Cinicum respexit. Cum posset ⁊ denarium tanq̄ Cinico dare: ⁊ talentum tanq̄ rex. Vt sit aliquid maius q̄ quod Cinicus accipiat. Nihil tam exiguuz est quod non honeste regis humanitas tribuat. Si me interrogas probo. Est enim intolerabilis res poscere nummos: ⁊ contemnere. Indixisti pecuniæ odium: hoc professus es. Hanc personam induisti: agenda est. Iniquissimum est te pecuniam sub gloria ægestatis acquirere. Aspicienda ergo non minus sua cuique persona est: q̄ eius de quo iuuando q̄s cogitat. Volo Chrysippi nostri vti similitudine de pilæ luxu: quā cadere nō est dubiū: aut mittentis studio: aut accipientis. Tunc cursum suum seruat: vbi inter manus vtriusque apte ab vtroque ⁊ iactata ⁊ excepta versatur. Necesse est autem luso: bonus aliter cum luso: longo: aliter breui mittat. Eadem beneficij ratio est: nisi vtrique personæ: dantis ⁊ accipientis aptatur. Nec ab hoc exibit: nec ad illum perueniet vt debet. Sicut vt exercitato ⁊ docto negocium est: audacius pilam mittemus. vtcunque enim venerit manus illam expedita ⁊ agilis reperiet. Si cum tirone ⁊ indocto non tam rigide: nec tam excusse: sed lāguidius ⁊ ipsam eius dirigentes manum: remisse occurremus. Idem faciendum est in beneficijs. Quosdam doceamus: ⁊ satis iudicemus si conantur: si audent: si volunt. Faciamus autem plærunq̄ ingratos: ⁊ vt sicut fauemus tanq̄ ita demum magna sint beneficia nostra: si gratia illis referri non potuit. vt malignis cursoribus propositum est: cum luso re traducere: cum damno scilicet ipsius lusus qui non potest nisi cum sentitur extēdi. Multi sunt tam prauæ naturæ: vt malint perdere: quæ præstiterunt: q̄ videri recepisse: superbi ⁊ imputatores. Quāto melius: q̄to q̄ humanius id agere: vt illis quoq̄ partes suæ constent: ⁊ fauere vt gratia sibi referri possit: benigne omnia interpretari gratias agentem: nec aliter q̄ si referat audire præbere se facilem. Ad hoc vt quem obligauit etiam exolui velit. Male audire solet fœnerator si acerbe exigit: æque si in recipiendo tardus ac difficilis moras quærit. Beneficium tam recipiendum est: q̄ non exigendum. Optimus ille qui dedit facile: nunq̄ exiget. Reddi gaudet quod bona fide quid præstitisset oblitus: qui accipientis animo recipit.

Videam non tantum dant beneficiū superbe: sed etiam accipiunt: quod non est cōmittendum. Iam enim transeamus ad aliam partem: tractaturi quomodo se gerere homines in accipiendis beneficijs debeant. Quodcunque ex duobus constat officium: tantundem ab vtroque exigit. Qualis pater esse debeat cum inspexeris scies non minus operis illic superesse: vt despicias qualem esse oporteret filium. Sunt aliquæ partes mariti: sed non minores vxoris. Inuicem ista q̄tum exigunt præstant: ⁊ parem desiderāt regulam quæ: vt ait Hecaton: difficilis est. Omne enim honestum in arduo est: etiam q̄ vicium honesto est. Non enim tantum fieri debet: sed ratione fieri. Hac duce per totam viā eundum est. Minima maximaque: ex huius consilio gerenda sunt: quomodo hæc suaserit dandum. Hæc autem hoc primum censebit: non ab omnibus accipiendum. A quibus ergo accipiemus? vt breuiter tibi respondeam: Ab his quidem quibus dedisse videamur. Non etiam maiore dilectu quærendum est cui debeamus: q̄ cui præstemus. Nam vt non sequantur vlla incommoda plærunque subsequuntur etiam plurima. Graue tor-

mentum est debere cui nolis. Contra iucundissimum est ab eo accæpisse beneficium quem amare etiam post iniuriam possis: vbi amicitiam alicui iucundam eam fecit & iustaq. Illud vo homini verecundo & probo miserrimum est: si eum amare oportet quē non iuuat. To tiens admoneam necesse est non loqui me de sapientibus: quos quicquid oportet iuuat: q animum in potestate habent: & legem sibi quam volunt dicunt: & quod dixerunt seruant. De imperfectis hominibus honestam vitam sequi volentibus: quorum affectus sæpe contumaciter parent.

Taq eligendus est a quo beneficium accipiam. Et quidem diligentius quæren dus beneficij: q pecuniæ creditor. Huic enim reddendum est q tū accæpi: & si red didi solutus sum ac liber. At illi plus soluendum est: & nihilominus etiam relata gratia cohæremus. debeo enim cum reddidi rursus incipere: manetque amicitia non recipe indignum. Sic ne in beneficiorum quidem sacratissimum ius ex quo amicitia oritur. Non semper in quid mihi licet dicere volo. Aliquando beneficium accipiendum est: & inuito. Dat tyrannus crudelis & iracundus: qui munus suum fastidire te: iniuriarum iudicaturus est. Non accipiamur. Eodem loco latronem pone piratam: regem animum latronis ac piratæ habentem. Quid faciam? Parum dignus est cui debeam. Cum eligendus cui debeas: vim maiorem & mœtum excipio: quibus adhibitis electio perit: si liberuq est tibi. Si arbitri tui est vtrum velis: an non: id apud te ipse perpendes. Si necessitas tollit arbitriuq scies te non accipere: sed parcere. Nemo in id accipiendo obligat: quod illi repudiare non licuit. Si vis scire an velim: effice vt possim nolle. Vitam tamen tibi dedit. Non refert qd sit quod datur: nisi a volente volenti detur. Si seruasti me: non ideo seruator es. Venenū aliquando pro remedio fuit: non ideo numeratur inter salubria. Quædam prosunt: nec obligant.

Ober quidam tyranni gladio diuisit: qui ad eum occidendum venerat. Nō ideo illi tyrannus gratias egit: q rem quam medicoruq manus reformidauerant: no cendo sanauit. Vides non omne magnum in ipsa re momentum. Quoniam non videtur dedisse beneficium: qui malo animo profuit. Casus enim beneficium est hominis iniuria. Leonem in amphitheatro spectauimus: qui vnum a bestiarijs agnitum: cum quidam eius fuisset magister protexit ab impetu bestiarum. Non ergo est beneficium ferre auxilium. Minime: quia nec voluit facere: nec benefaciendi animo fecit. Quo loco ferā posui tyrannum pone. Et hic vitam dedit: & illa. Nec hic: nec illa beneficium. Quia non est beneficium accipere cogi. Non est beneficium debere cui nolis. Ante oes oportet in arbitriū mei deinde beneficium.

Isputari de Marco Bruto solet: an debuerit accipere a diuo Julio vitam: cum occidendum eum iudicaret. Quam rationem in occidendo secutus sit alias tractabimus. Mihi enim cum vir magnus fuerit in alijs: in hac re videtur vehementer errasse. nec ex institutione stoica se ægisse: qui aut regis nomen extimuit: cum optimus ciuitatis status sub rege iusto sit. Aut ibi sperauit libertatem futuram: vbi tam magnum premium erat: & imperandi: & seruiendi. Aut extimauit ciuitatem in priorem formam posse reuocari amissis pristinis moribus: futuramque ibi æqualitatez ciuilis iuris: & staturas suo loco leges: vbi viderat tot milia hominum pugnantia: non an seruirent seruituti. Quāta vo illum aut rerum naturæ: aut vibis suæ tenuit oblinio: qui vno interempto de futurū credidit alium qui idem vellet: cum Tarquinius esset inuentus post tot reges: ferro ac fulminibus occisos. Sed vitam accipere debuit ob hoc tamen non habere illuq parentis loco: qui vnius dandi beneficij iniuria venerat. Non enim seruauit is qui non interfecit: nec beneficium dedit: sed missionem.

Aliud magis venire in disputationem potest: aliquando quid faciendum sit captiuo: cui redemptionis precium homo prostituti corporis & infamis repromittit. Patiar me ab impuro seruari. Seruatus denique: quam illi gratiam referam? Viuam non obscuro. Non viuam cum redemptore. Quid ergo placeat dicam? Etiam ab aliquo tali accipiam pecuniam quam pro capite dependam. Accipiaq autem tāq creditum: non tanq beneficium. Soluam illi pecuniam: & si occasio fuerit seruandi: peridi tantem seruabo. In amicitiaq quæ similes iungit non descendam. Nec seruatoris illū loco

numerabo: sed fœneratoris conscientia reddenduꝫ quod accepi. Est aliquis dignus a quo beneficium accipiam: sed tanti nociturum est. ideo non accipiam. Quia ille paratus est mihi cum incommodo: aut etiam periculo suo prodesse. defensurus est me reum: sed illo patrocinio regem sibi est facturus inimicum. Inimicus sic: cum ille p me periclitari velit. Ego quod facilius est non facio: vt sine illo periciter.

Neptum & friuolum hoc Hecaton ponit exemplum Arcesilai: quem ait a filiofamilię ablatam pecuniam non accepisse: ne ille patrem sordidũ offenderet. Quid fecit laude dignum: q̃d furtuꝫ non recepit? quod maluit nõ accipere: q̃ reddere? Quæ est enim alienam rem non accipere moderatio? Si exemplo magni animi opus est vt vtamur. Grecini Julij viri egregij: quem Xerxes occidit ob hoc vnuꝫ q̃ melior vir erat q̃ esse quenq̃ tyranno expediret. Is cum ab amicis conferentibus ad impensam ludorum pecunias acciperet: magnam pecuniam a Fabio persico missam non accepit. Et obiurgantibus his qui non extimabant mittentes: sed missa q̃ repudiasset. Ego inquit ab eo beneficium accipiam a quo piciationem accepturus non sum. Cunque illi Rebilus consularis homo eiusdem infamię maiorem summam misisset: instaret vt accipi iuberet. Rogo inquit ignoscas: & a persico non accepi.

Trum hæc munera accipere est: an senatum legere? Cum accipiendum iudicaueri mus bilares accipiamus profitentes gaudium: & id danti manifestum sit: vt fructum præsentem capiat. Justa enim causa lætitię est: lætum amicum videre. Justior fecisse: q̃ grate ad nos peruenisse iudicemus effusis effectibus q̃ non ipso tamen audiente: sed vbique testemur. Qui grate beneficium accipit: primam eius pensionem soluit.

Unt quidam qui nolunt nisi secrete accipere: testem beneficij & conscium vitant: quos scias licet male cogitare: quomodo danti intantum producenda notitia est muneris sui: in q̃tum dilatatũ est cui datur. Ita accipienti adhibenda concio est. Quod pudet debere: ne acceperis. Quidam furtiue agunt gratias: & in angulo: & ad aurem. Non est ista verecundia: sed inficiandi genus. Ingratus est qui remotis arbitris agit gratias. Quidam volunt nomina secum fieri: nec interponi pararios: nec signatores aduocant: nec chirographum dare. Idem faciunt: qui dant operam: vt beneficium in ipos collatum: q̃ ignotissimũ sit. Verentur palam forte vt sua potius virtute: q̃ alieno adiutorio consecuti dicantur. rariores in eorum officijs sunt quibus iam aut dignitatem debent & dum opinionem dicentium timent: grauiorem subeunt ingratorum.

Ij pessime loquuntur de optime meritis. Tutius est quosdam offendere: q̃ demeruisse. Argumentum est nihil debentium: odio quærunt. Atq̃ nihil magis præstandum est: q̃ vt memoria nobis meritorum ægeat: quæ subinde reficienda est: quia nec referre potest gratiam: nisi qui meminit. Nec delirare accipientiuꝫ est. nec submisse & humiliter. Nam qui negligens est in accipiendo: cum omne beneficium recens pateat: quid faciet cuꝫ prima eius voluptas restrinxit? Illius accepit fastidiose tanq̃ qui dicat: non quidem mihi opus est: sed quia tam valde vis faciam tibi mei potestatẽ. Illi supine: vt dubiũ præstanti relinquat an senserit. Illius vix labra deduxit: & ingratior q̃ si tacuisset fuit. Loquendum pro magnitudine rei impensius: & illa adiicienda: pluris q̃ putas obligasti. Nemo enim gaudet beneficium suum latus patere. Nescis quid mihi præstiteris: sed scire te oportet: q̃to plus sit q̃ extimas. Statim gratus est qui se onerat. Nunq̃ tibi gratiam referre potero. Illud certe non desinam vbiq̃ confiteri: me referre non posse.

Illus magis Cæsarem Augustum demeruit: & ad alia impetranda facilem sibi reddidit Furnius: q̃ q̃ cum Petri Antoninas partes secuto: veniam impetrasset dixit: Hanc vnam Cæsar habeo iniuriam tuam: effecisti vt viuerem: & morerer ingratus. Quid est tam grati animi q̃ nullo modo sibi satisfacere? nec ad spem quidez exequendi nunq̃ beneficij accedere. His atq̃ eiusmodi vocibus id agamus: vt voluntas non lateat: sed aperiatur vt luceat. Verba cessent licet: si quemadmodum debemus affecti sumus conscientia eminebit in vultu. Qui gratus futurus est statim dum accepit de reddendo cogitet. Chrysippus quidem dicit illud: velut in certamen cursus cõpositum: & carceribus inclusum: & operire debere suum tempus: ad quod velut dato signo prosiliat.

Et quidem magna illi celeritate opus est: magna contentione: vt consequatur antece-
dentem.

Iudendum est nunc quid maxime faciat ingratos: aut nimium sui suspectum: & in-
situm mortalitati vicium: se suaque mirandi. Aut auiditas: aut inuidia. Inci-
piamus a primo. Nemo non benignus est sui iudex. Inde est vt omnia meruisse
se extimet: & insolutum accipiat: nec satis suo precio se extimatum putet. nec dicat: Hoc
mihi dedit: sed q̄ sero: sed post quot labores. Quanto consequi plura potuissem: si illum
aut illum: aut me colere maluissem. Non hoc speraueram. In turbam coniectus sum: tam
exiguo dignum me iudicauit: honestius præterirī fuit.

Vando Lentulus augur: diuitiarum maximum exemplum: anteq̄ illum liber-
tini pauperem facerent: hic quater miles sestertium suuz vidit. propriè dixi. Nihil
enim amplius vidit: q̄ ingenij sui sterilis tam pusilli. Cum enim esset auarissim⁹
nummos citius emittebat q̄ verba: tanta illi inopia erat sermonis. Hic cum omnia in-
crementa sua diuo Augusto deberet: at quez attulerat paupertatem: sub onere nobilitatis
laborantem princeps tam ciuitatis: & pecunia: & gratia: subinde Augusto solebat quen-
cens a studijs se abductum. Nihil tantum in se congestum esse: q̄ perdidisset reddita elo-
quentia. At illi inter alia hoc quoq; diuus Augustus præstiterat: q̄ illum derisum a la-
bore irrito liberauerat. Non patitur auiditas quenq̄ esse gratum. Nunq̄ enim improbe
spei quod datur satis est. Et maiora cupimus: quo maiora venerunt. Multoque conci-
ratior est auaricia: in magnarum opum congestu collocata. Vt flammæ infinitæ acrior vis
est: quo ex maiore incendio emicuit. Neque ambitio nō patitur quenq̄ in ea mensura ho-
norum conquiescere: qua quidam eius fuit impudens votum. Nemo agit de tribuna-
tu gratias: sed queritur q̄ non est ad præturam vsque perductus. Nec hæc grata est si
deest consulatus. Nec hoc quidem faciat: si vnus est vltra se. Cupiditas prorigit: & fœli-
citatem suam non intelligit. Quia non vnde venerit respicit: sed quo tendat. Omnibus
his vehementius: & importunius malum est inuidia: quæ nos inquietat: dum comparat.
hoc mihi præstitit: sed illi plus: sed illi maturius: & deinde nullius causam agit: contra
omnes sibi fauet.

Vanto est simplicius: q̄: o prudentius beneficium acceptum augere scire: neminē
tanti ab alio q̄ti a seipso extimari. plus accipe debuisset: sed illi facile nō fuit plus
dare. In multos diuidendo liberalitas est. Hoc initium est boni: consulamus: &
animum eius grate excipiendo euocemus. Paruz fecit: sed sæpius faciet. Illuz mihi præ-
tulit: & me multis. Ille non est mihi par virtutibus: nec officijs: sed habuit suam venere:
Querendo non efficiam: vt maioribus dignus sim: sed vt datis indignus. Plura illis
hominibus turpissimis data sunt. Quid ad rem? q̄ raro fortuna iudicat. Quotidie que-
rimur malos esse fœlices. Sæpeque agellos pessimi cuiusq̄ transierant: optimorum viro-
rum segetem grando percussit. Fert sortem suam quisque: vt in cæteris rebus: ita in ami-
citijs. Nullum est tam plenum beneficium quod non vellicare malignitas possit. Nullum
tam angustum quod non bonus interpres extendat. Nunq̄ deerunt causæ queredi: si be-
neficia a deteriore parte spectauens.

Ide q̄ iniqui sunt diuinorum munerum extimatores. Et quidem profecti sapien-
tiam queruntur: q̄ non magnitudine corporis æquemus elephantes: velocitate
ceruos: leuitate aues: impetu tauros: q̄ solidior sit cutis belue: detentior dam-
mis: depressior visis: mollior fibris: q̄ sagacitate nos nariuz canes vincant: q̄ acie lumi-
num aquilæ: spacio ætatis cornus: multa animalia nandi fœlicitate. Et cum quæ-
dam nec coire quidem in id natura patiatur: vt velocitatem corporum: & vires pares anima-
libus habeamus: ex diuersis ac dissidentibus bonis: hominem non esse compositum: inui-
riam vocant. Et in negligentes nostri deos querimoniam iacunt: q̄ non bona valitudo:
etiam virtus inexpugnabilis data sit: q̄ non futuri scientia. Vix sibi temperant qui eo
vsq̄ imprudentiæ prouehūtur: vt naturam oderint: q̄ infra deos sumus: q̄ non in æquo
illis stetimus. Quanto satius est ad contemplationem tot tantorumque beneficiorum re-
uerti: & agere gratias: q̄ nos in hoc pulcherrimo domicilio voluerunt sæcula fortui-
renis præfecerunt. Aliquis ea animalia comparat nobis: quorum potestas penes nos est.

Quicquid nobis negatum est dari non potuit. Proinde quisquis es inquis extimator sortis humanæ: cogita ꝯta nobis tribuent parens noster: ꝯta valentiora alia sub iugū miserimus: ꝯto velociora sequamur. Ex nihil sit mortale: non sub ictu nostro positum. Tot virtutes accæpimus: tot artes. Animum denique cui nihil non eodem quo intedit momento paruum est: sideribus velociorem: quorum post multa sæcula futuros cursus antecedit. Tantum denique frugum: tantum opum: tantum rerum aliarū super alias acernatarum. Circumeas licet cuncta: & quia nihil totum inuenies: ex esse te malles: ex omnibus singula exterpas: quæ tibi dare velles. Ita breue extimata vere indulgentia: vt confitearis necesse est: in delicijs te fuisse. Ita est charissimos nos habuerunt dij immortales: habentq. Et quis maximus tribui bonos potuit ab ipis: proximos nos sibi collocauerūt. Magna accæpimus. Maiora non debuimus.

Nec mihi liberalis necessaria credidi vt elicerem: & quia loquendum aliquando de magnis beneficijs erat: cum de minutis loqueremur: & quia inde manat etiam huius detestabilis vicij audacia cui enim respondebit grate: quod munus extimabit magnum: aut reddendum: qui summa beneficia spernit? Cui salutem? Cui spiritum debebit? qui vitam accæpisse se a dijs negat: quam quotidie ab illis petit. Quicunq. ergo gratos esse docet: & hominum causam agit: & deorum quibus nullius rei indigentibus positis extra desiderium referre nihilominus gratiam possumus. Non est ex quisque excusationem mentis ingratæ ab infirmitate atq. inopia petat & dicat: Quid enim faciam: & quo modo? quando superioribus dominisque rerum omnium gratias referam? Referre gratiam facile est. Si auarus es sine impendio si in ea opera. Eodem quidem momento quo obligatus es: si vis cum quolibet paria fecisti. quoniam qui libenter beneficiū accipit: reddidit.

De ex paradoxis stoicæ sectæ minime mirabile: vt mea fert opinio: aut incredibile est: eum qui libenter accipit: beneficium reddidisse. Nam cum omnia ad casum referamus: fecit quisque ꝯtum voluit. Et cum pietas: fides: iusticia: omnis denique virtus inter se perfecta sit: etiam si illi manum exercere noluit: gratus potest etiam homini esse voluntate. Quotiens quod proposuit quisque consequetur: capit operis sui fructum. Qui beneficium dat: quid proponitur. Prodesse ei cui dat ex voluntate supraesse: si quod voluit effecit: peruenitq. ad me animus eius: ac in vtro gaudio efficit. Tulit quod petijt. Non est enim sibiinuicem: aliquid reddi voluit: aut non fuit beneficium: sed negotiatio. Bene nauigauit: qui quem destinauit: positum tenuit. Teli iactu certe manus peragit officium si petita percussit. Beneficium qui dat: vult excipi grate. Habet quod voluit si bene acceptum est: si speraut emolumentum aliquod: non fuit hoc beneficium: cuius proprium est nihil de redditu cogitare. Quod accipiebam: eo animo accæpi quo dabatur: reddidi. Alioquin pessima optimæ rei conditio est. Vt gratus sim: ad fortunam mittor. Si illa inuita respondere non possum: sufficit animus animo. Quid ergo? Num quicquid potero: & faciam & reddam: & temporum rerumque occasionem sequar: & eius sinum cupiam a quo aliquid accæpi? Sed malo loco beneficium est: nisi & excussis manibus esse gratum licet.

Vi accæpit inquit beneficium: licet animo benignissimo acciperet: nondum consummauit officium suum. Restat enim pars reddendi. Sicut in lusu: est aliquid palam iacere: ac diligenter excipere. Sed non dicitur bonus lusor: nisi qui apte & expedite remisit quam accæperat. Exemplum hoc dissimile est. Quare? quia huius rei laus in corporis motu est & in agilitate: non in animo. Explicari itaq. totum debet de quo oculis videatur. Nec tamen ideo non bonum lusorem dicam: qui palam vt oportebat excipiat: sed per ipsum mora quominus remitteret: non fuit. Sed ꝯuis inquit arti ludentis nihil desit: quia partem quidem fecit: sed & partem quam non fecit: potest facere. Ludus ipse imperfectus est: qui & consummatur vicibus mittendi ac remittendi. Nolo diucius hic refellere. Extimemus ita esse. Desit aliquid lusui: non lusori. Sic & in hoc de quo disputauimus: deest aliquid rei dare: cui pars alia debetur: non animo. Qui animum parem sibi nactus est: ꝯtum in illo est: quod voluit efficit.

Eneficium mihi dedit. Accepi non aliter ꝙ ipse accipi voluit. Iam habet quod petit: ⁊ quod vnum petit. ergo gratus sum. Post hæc vsus mei restat: ⁊ aliquid ex homine grato commodo. Hæc non imperfecti officij reliqua pars est: quod perfecti accessio facit. Videas statuam. Alius est fructus artis: alius artifex. Artis est fecisse quod voluit. Artifices fecisse cum fructu perfecit opus suum: videas etiam sed non vendidit. Triplex est illi fructus operis sui. Vnus conscientiæ: hunc absoluto opere percipit. Alter famæ. Tertius vtilitatis: quem allatura est: aut gratia: aut venditio: aut aliqua cõmoditas. Sic beneficij fructus primus ille conscientiæ. Hunc percipit qui quo voluit munus suum pertulit. Secundus est: ⁊ famæ: ⁊ eorum quæ præstari inuicem possunt. Itaq; cum benigne acceptum est: beneficium est: ipsum quidem bene accipiendo persolui.

Vid ergo retulit gratiam: qui nihil fecit. Inquit primum fecit bono animo bono obtulit: ⁊ quod est amicitiæ exequor. Post deinde aliter beneficium: aliter creditum soluerit. Non est ꝙ expectes vt solutionem tibi ostendam: res inter animos geritur. Quod dico non videbitur durum: ꝯuis primo contra opinionem pugnet tuam: si te conuendaueris mihi: ⁊ cogitaueris plures esse ꝯ verba. Ingens copia est rerum sine nomine: quas non proprijs appellationibus notamus: sed alienis commodatis: quia pedem ⁊ nostrum dicimus: ⁊ lecti: ⁊ veli: ⁊ carmunis. Canem: ⁊ venaticum: ⁊ marinum: ⁊ sidus. Quia non sufficimus vt singulis singula assignemus: quotiens opus est mutuamur. Fortitudo est pericula iusta contemnens: aut scientia periculorum repellendorum excipiendorum: prouocandorum. Dicimus enim tamen ⁊ gladiatorem fortem virum ⁊ seruum nequam: quem in contemptum mortis temeritas impulit. Parsimonia est scientia vitandi sumptus superuacuos. Vt ars re familiari moderate vtendi: parcissimum tamen hominem vocamus pusilli animi ⁊ contracti. Cum in infinitum intersit: inter modũ ⁊ angustias. Hæc alia sunt natura. Sed efficit inopia sermonis: vt ⁊ hunc ⁊ illum parcus vocemus: vt ⁊ ille fortis dicatur cum ratione fortuita despiciens: ⁊ hic sine ratione in pericula excurrens. Sic beneficium est: ⁊ actio vt diximus beneficia: ⁊ ipsum quod datur per illam actionem: vt pecunia: domus prætexta. Vnum vtrique nomen est. vis quidem ac potestas longe alia.

Itaq; attende. Iam intelligis: nihil me ꝙ opinio tua refugiat: dicere illi beneficio qđ actio perficit: relata gratia est si illud benivole excepimus. Illud alterum quod in re continetur: nondum reddidimus: ⁊ volumus reddere. Voluptati voluptate satisfecimus: rei rem debemus. Itaq; ꝯuis retulisse illum gratiam dicamus qui beneficium libenter accepit: iubemus tamen aliquid simile ei quod accepit reddere. A consuetudine quædam quæ dicimus abhorrẽt. Deinde alia via ad consuetudinem redeunt. Negamus iniuriam accipere sapientem: tamen qui illum pugno percusserit iniuriarum damnabitur. Negamus rem stulti esse: ⁊ tamen eum qui rem aliquam stulto surripuerit: furti condemnabimus. Insanire omnes scilicet stultos dicimus. Nec tamẽ omnes curamus eleboro. Vis ipsis quos vocamus insanos: ⁊ suffragium: ⁊ iurisdictionem committimus. Sic dicimus eum qui beneficium bono animo accepit: gratiam retulisse. Nihilominus illum in ære alieno relinquimus: gratiam relaturum: etiam cuz redderit exhortatio est illa non inficiatio beneficij: timeamus ne vel itolerabili sarcina depressi deficiam⁹. Animo bono mihi donata sunt: ⁊ fama defensa: detracte sordes spiritus: ⁊ libertas potior spiritu: ⁊ quõ referre gratiam potero: quando ille veniet dies: quo illi animum nostrum ostendam? Hic ille est quo ipse suum ostendit. Excipe beneficium: amplexare: gaude: non ꝙ accipias: sed ꝙ reddas: debituruſq; sis. Non adibis iam magnæ rei periculum: vt casus ingratum facere te possit. Nullas tibi proponam difficultates. Ne despondeas animo. Ne laborum ac lõge seruitutis expectatione deficias. Non differo te: de præsentibus fiat. Nunq; eris gratus: nisi statim sis. Quid ergo facies? Non arma sumenda sunt: ⁊ fortasse erunt. Non maria emetienda: fortasse etiam ventis minantibus solues. Vis reddere beneficiuz? Benigne accipe. Retulisti gratiam: non vt soluisse te putes: sed vt securior debeas.

Explicit liber secundus de beneficijs.

On referre beneficium: nec beneficijs gratiaz: ⁊ est turpe: ⁊ apud omnes habetur Eburti liberalis. Ideo de ingratis etiam ingrati queruntur. Cū interim hoc omnibus hæret quod omnibus displicet: adeo ꝙ in cōtrarium itur: vt quosdam habeamus infestissimos: non post beneficia tantum: sed propter beneficia. Hæc prauitate naturæ accidere quibusdaz non negauerim pluribus: quia memoriam tempus interpositum subduxit. Nam quæ recentia apud illos viguerunt: ea iterjecto spacio obsolescunt: de quibus fuisse mihi tecū disputationē scio. Cū tu illos non ingratos: sed oblitos. Tanꝯ ea res ingratū excuser: quæ fecit. Aut quia hoc accidit alicui nō sit ingratus: cuz hoc nō accidat nisi ingrato. Multa sunt genera ingratorū: vt furū: homicidarū: quorū vna culpa est: cæterum in partibus varietas magna. Ingratus qui beneficium accæpisse se negat quod accæpit. Ingratus est qui dissimulat. Ingratus qui nō reddit. Ingratus omniū qui oblitus est. Illi enim si non soluunt: tamen debent. ⁊ extat apud illos vestigium certe meritorum: intra malaz conscientiam conclusorum. Et aliquando ad referendam gratiam cōuerti ex aliqua causa possunt: si illos pudor admonuerit: si subita honestæ rei cupiditas: qualis solet ad tempus: etiam in malis pectoribus exurgere: si inuitauerit facilis occasio. Hic nunꝯ fieri gratus potest: cui totum beneficium elapsum est. Et vtrum tu peiorem vocas apud quem gratia beneficij intercidit: an apud quem etiam memoria? Vicioſi oculi sunt: qui lucem reformidant: cæci qui non vident. Et parentes suos: non amare impietas est. Non agnoscere insania. Quis tam ingratus est: ꝯ qui quod in prima parte animi positum esse debuit: ⁊ semper occurrere: ita sepositum ⁊ abiectum: vt in ignorantiam verteret? Apparet illum non sæpe de reddendo cogitasse: cui obrexit obliuio.

Emꝯ ad reddendā gratiaz: ⁊ virtute opus est: ⁊ tempore: ⁊ facultate: ⁊ aspirante fortuna. Qui meminit sine impendio gratus est. Hoc qđ nō operā exigit: nō opes non fœlicitatē: qui non præstat: nullū habet quo latiat patrocinium. Nunꝯ enī voluit gratus esse: qui beneficiū tā longe proiecit: vt extra conspectū suū ponere. Quē admodū quæ in vsu sunt: ⁊ manū quotidie tactūꝯ patiuntur: nunꝯ periculū situs adeūt. Illa quæ ad oculos non reuocantur: sed extra conuersationē: vt superuacua iacuerunt: sordes ipsa colligūt vetustatæ. Ita quicqđ frequens cogitatio exercet ac renouat: memoriæ nunꝯ subducitur: quæ nihil perdit: nisi ad quod sæpe non respexit.

Propter hanc causam aliæ quoꝯ sunt: quæ nobis merita nōunꝯ maxime velāt. Prima ac omniū potissima: ꝙ nouis semper cupiditatibus occupati: nō quid habeamus: sed quid petamus inspicimus. non id quod est: sed qđ appetitur intenti. Quicquid enim domi est: vile est. sequitur autē vt vbi qđ accæperis leue: nouoꝝ cupiditas fecit. Auctor quoꝯ eoꝝ non sit in precio. Amauimus aliquē ⁊ suspeximus: ⁊ fundatū ab illo statū nostrū professi sumus: ꝯdiu nobis placebant ea quæ consecuti sumus. Deinde irrumpit animū alioꝝ admiratio: ⁊ ad ea impetus factus est: vti mortalibus mos est ex magnis maiora cupiendi. protinus excidit: quicquid ante apud nos beneficiū vocabatur. Nec ea intuemur: quæ nos alijs præposuere: sed ea sola quæ fortuna præcedentiū ostentat. Non potest autē quisꝯ ⁊ inuidere ⁊ gratias agere. Quia inuidere quærentis ⁊ mæsti est. Gratas agere vo gaudentis. Deinde quia nemo nostruz nouit: nisi id tempus quod eū maxime transit. Ad præterita rari animū retorquent. Sic fit vt præceptores coꝛūꝯ beneficia intercidant: quia totā puericiam relinquimus. Sic fit vt in adolescentiam nostrā collata pereant: quia ipsa nunꝯ retractantur. Nemo quod fuit tanꝯ in præterito: sed tanꝯ in perdito ponit. Ideoꝯ caduca memoria est futuro imminentium.

De loco reddendū est Epicuro testimoniū: qui assidue queritur: ꝙ aduersus præterita sumus ingrati: ꝙ quæcunꝯ percæpimus bona: non in memoriā reducam⁹: nec inter voluptates numeremus. Cū certior nulla sit voluptas: ꝯ quæ iam eripi non potest. Præsentia bona nondū tota in solido sunt. potest illa casus aliquis incidere. Futura pendent ⁊ incerta sunt. Quod præterierit iter tuta sepositū est. Quomodo gratus quisꝯ esse aduersus beneficia potest: qui omnē vitā suā transtulit? Præsentiū vel ituitus ac præteritoꝝ memoria gratū facit. Memoriæ minimū tribuit: quisq̄s spei plurimum.

Nemadmodum mi Liberalis quædam res semel perceptæ hærent: quædam vt scias non est satis didicisse. Intercidit enim eorum scientia nisi contineatur. Geometriam dico & sublimium cursus: & siqua alia propter subtilitatem lubrica sunt. Ita beneficia quædam magnitudo non patitur excidere: quædã minora: sed numero plurima: & temporibus diuersa effluunt. Quia vt dixi non subinde illa tractamus: nec libenter quid cuiq; debeamus: cognoscimus. Audi voces parentium. Nemo non victuras semper in animo suo memoriam dixit. Nemo non debitum se & deuotus professus est. Et si qd aliud humilius verbum quo se oppignoraret inuenit. Post exiguum tempus idem illi verba priora quasi sordida: & parum libera euitant. perueniunt deinde eo quo vt ego extimo: pessimus quisquis atq; ingratissimus peruenit: vt obliuiscantur. Adeo tamen ingratus est qui oblitus est: vt gratus cui beneficium in mente venit.

Quæstio: An ingrati sint puniendi.

Oc tamen inuisum vicum: an impunitum esse debeat: quæritur. Et an hæc lex q̃ in scholis exercetur: etiam in ciuitate ponenda sit? qua ingrati datur actio: quæ videtur æqua omnibus. Quid ni? cum vires quoq; viribus quæ præstitere exproberent: & maiores collata a posteris exigantur. Nostri maiores maxime scilicet viri ab hostibus tantum expetierunt beneficia: magno animo dabant: magno perdebant. Excepta Macedonum gente non est in vlla data: aduersus ingratum actio. Magnumq; hoc argumentũ dandum non fuisse: quia aduersus maleficium omne consensimus: & homicidij: veneficij: parricidij: violatarum regionum: alicubi atq; alicubi diuersa pœna est: sed vbique aliqua. Hoc frequentissime crimẽ nusq; punitur. Vbiq; improbatur. Neq; absolutum illud. Sed cum difficilis esset incertæ rei extimatio: tantũ odio damnauimus: & inter ea relinquimus quæ ad vindices deos admittimus.

Actiones autem multæ mihi occurrunt: propter quas crimẽ hoc in legẽ cadere nõ debeat. Primũ omniũ pars optima beneficij perijt: si actio sicut certæ pecuniæ: aut ex conducto: aut ex locato datur. Hoc enim speciosissimũ est in illo qd dedimus vel perdituri: quod totum prmisimus accipientiũ arbitrio. Si appello: si ad iudicẽ voco: incipit non beneficiũ esse sed creditũ. Deinde cũ res honestissima sit referre gratiã: desinit esse honesta: si necessaria est. Nõ magis laudabit quisq; gratũ hominẽ q̃ eũ qui depositũ reddidit: aut qd debebat extra iudicẽ soluit. Ita duas res quibus in vita humana nihil pulchrius est corrũpimus: Gratũ hominẽ: & beneficiũ. Quid enim aut in hoc magnificũ est: si beneficium nõ dat: sed cõmodat: aut in illo qui reddit: non quia vult: sed quia necesse est. Nõ est gloriosa res gratũ esse: nisi turpe est ingratũ fuisse. Addice nunc q huic vni legi omnia fora vix sufficient. Quis erit qui nõ agat? quis cum quo nõ agat? Omnes sua extollunt: omnes etiã minima quæ in alios contulere dilatant. Præterea quæcunq; in cognitione cadũt cõprehendi possunt: & non dare infinitã licentiã iudici. Ideo melior videt conditio causæ bonæ: si ad iudicẽ q̃ ad arbitrũ mittit. Quia illũ formula includit: & certos quos nõ excedat terminos ponit. Hui? libera: & nulla astricta vinculis religio: & detrahere aliq̃d potest: & addicere: & sententiã suã non prout lex: vt iustitia suadet: sed prout humanitas: aut misericordia impulit regere. Ingrati actio nõ erat iudicẽ alligatura: sed regno liberrimo positura. Quid sit cui beneficiũ nõ cõstat: deinde q̃uũ sit refert q̃ benigne illud interpretetur iudex. Quid sit ingratus: nulla lex mõstrat. Sæpe & q̃ reddidit qd accepit ingratus est: & q̃ nõ reddidit gratus. De quibus etiã imperitis iudex dimittere tabellã potest: vbi fecisse: aut nõ fecisse pnũciãdũ est: vbi platis cautionibus cõtrouersia tollit: vbi inter disputãtes ratio iudicat. vbi vo animi cõiectura capiẽda est. vbi id de q̃ sola sapientia decernit in cõtrouersiã iudici nõ põt. Id hæc sine iudex ex turba se lecto q̃ quẽcũsus in albũ: & eqstris hæreditas misit.

Itaque non hæc parum idonea res visa est: quæ deduceretur ad iudicem: sed nec huic rei satis idoneus iudex inuentus est: qd non admiraberis si excusseris. Quid habiturus fuerit difficultatis quisquis in eiusmodi rerum exisset. Donauit aliq̃s magnam pecuniam: sed diues: sed non sensurus impendium. Donauit alius: sed toto patrimonio cessurus. Summa eadem est: beneficium idem non est. Etiam nunc addice. Hic pecuniam pro addito dependet: sed cum illam domo promulisset: Ille dedit eandem sed mutuam sumpsit: aut rogauit: & se obligari ingenti merito passus est. Eodem

existimas loco esse illum qui beneficium ex facili largitus est: & homo qui accepit vt daret. Tempore quædam magna fiunt: non summa. Beneficium est donata possessio cuius fertilitas laxare possit annonam. Beneficium est vnus in famem panis. Beneficium est donare regiones: per quas multa flumina & nauigabilia decurrant. Beneficius est arentibus situm & vix spiritum per siccas fauces ducentibus monstrare fontem. Quis inter se ista comparabit? Quis expenderet? Difficilis est sententia quæ non rem: sed vim requirit. Eadem licet sint aliter data: non idem pendent. Dedit mihi hic beneficium: sed non libenter. Idem dixisse se questus est: sed superbi⁹ me q̄ solebat aspexit: sed tamen tarde dedit: vt plus præstiturus fuerit: si ato negasset. Horum quomodo iudex inibit extimationem: cum sermo & dubitatio: & vultus meriti gratiam destruāt.

Vid q̄ quædam beneficia vocantur: quia nimis concupiscuntur: quædā nō sunt ex hac vulgari nota: sed maiora etiam si minus apparent? Beneficium vocas dedisse potentis populi ciuitatem: in quattuordecim gradus deduxisse: & deuēdisse capitis reum: quid vtilia suasisse? quid retinuisse ne in scelus ruceret? quid gladium excussisse monturo? quid efficacibus remedijs refocillasse lugentem? & quod desiderabat volentem sequi: & auide consilium reduxisse? quid assedisse ægro: & cum valitudo eius: ac salus momentis constaret: exegisse idonea ibi tempora: & cadentes venas vino refecisse: & medicum adduxisse morienti? Hæc quis extimabit? quis dissimilibus beneficijs iudicabit beneficia pensari? Donauit tibi domum: sed ego tuam supra te ruere prædixi. Dedit tibi patrimonium: sed ego naufrago tabulam. Pugnauit pro te: & vulnera excepit. Et ego vitam tibi silentio dedi. Cum aliter beneficium detur: aliter reddatur. paria facere difficile est.

Jes præterea beneficio reddendo non dicitur: sicut pecuniæ creditæ. Itaq̄ potest q̄ nondum reddidit: reddere. Dic enim intra quod tempus deprehendatur ingratus. Maxima beneficia probationem non habent. Sæpe intra tacitam duorum cōscientiam latent. In hoc inducimus: vt nunc demus beneficia sine teste? Quā deinde pœnam ingratis constituamus: vnam omnibus: cum disparia beneficia sint: inæquales: et pro cuiusq̄ beneficio maiorem: aut minorem? Lege intra pecuniā versabitur taxatio. Quid q̄ quædam beneficia vitæ sunt: & maiora vita? Hisq̄ pronunciabitur pœna minor beneficio. Iniqua est pœna: & capitalis. Quid inhumanius q̄ cruentos esse beneficiorū exitus?

Dædam inquit priuilegia parentibus data sunt. Quomodo horum extra ordinem habita ratio est: sic aliorum quoq̄ beneficiorum haberi debet. Parentum conditiones sacrauimus: quia expediebat liberos tolli. Sollicitādi ad hūc labōrē enīt incertaq̄ aditura fortunam. Non poterat illis dici q̄d beneficia dantibus dicatur. Cui des elige ipse regum. Si deceptus es: quærere dignum adiuua. In liberis tollendis nihil iudicio tollentium licet: tota res voti est. Itaq̄ vt æquiore animo adirent aleam: danda illis aliq̄ potestas fuit. Deinde aliqua conditio est parentum qui beneficia: quibus dederunt dant: nihilominus data sunt. Nec est periculum ne dedisse illos mentiantur. In cæteris quæri debet: non tantum an receperint: sed an dederint. Horum in confesso merita sunt: & quia vtile est iuuentuti regi: imposuimus illi quasi domesticos magistratus: sub quorum custodia continentur. Deinde omnium parentum vnum erat beneficium. Itaq̄ extimari semel potuit. Alia diuersa sunt dissimilia: infinitis inter se interuallis distantia. Itaq̄ sub nulla regula cadere potuerunt. Cum æquius esset omnia relinqui: q̄ omnia æquari.

Dædam magno dantibus constant: quædaq̄ excipientibus magna sunt: sed gratuita tribuentibus: quædam amicis data: quædam ignotis. Plus est q̄uis idq̄ detur: si ei datur quem nosse a beneficio incipis. Hic auxilia tribuit. Ille ornamēta ille solacia. Inuenies qui nihil putet esse iucundius: nihil maius: q̄ habere in quo calamitas acquiescat. Inuenies rursus qui dignitati suæ: q̄ securitati suæ cōsuli malit: & q̄ plus ei debere se iudicet per quem tutio: est: q̄ ei per quez honestior. Proinde ista maiora aut minora erunt: prout fuerit iudex: aut ad hæc: aut ad illa inclinatus animo. Præterea credi⁹ rem mihi ipse eligo. Beneficium sæpe ab ipso accipio a quo nolo: & aliquando ignorans obligor. Quid facies? ingratum vocabis eum cui beneficium insao: & si sciuisset non accepturo impositum est? Num vocabis eum: qui vtrunque acceptum non reddidit?

Liquis dedit mihi beneficium: sed idem postea fecit iniuriam. Vtruz vno munere

ad patientiam omnium iniuriarum astringor? an proinde erit: ac si gratiã rettulerim? quia beneficium suum ipse in sequenti iniuria rescindit? Quomodo deinde extimabis? Utrũ plus sit quod accepit: aut in quo læsus est. Dies me deficiet: omnes difficultates persequi tentantem. Tardiores inquit ad beneficia danda facimus: non iudicando data: nec inficiatores eorum afficiendo pœna. Sed illud quoq; tibi econtrario occurrat. Multo tardiores futuros ad accipienda beneficia: si periculum causæ dicendæ adituri erunt: & innocentiam sollicitiore habituri loco. Deinde erimus per hæc ipsi quoq; ad danda tardiores. Nemo enim libenter dat inuitus: sed quicunq; ad benefaciendũ bonitate inuitatus est: & ipsa pulchritudine rei etiam libentius dabit: nihil debituris: nisi quod volunt. Minuitur enim gloria eius officij cui diligenter cautum est.

Deinde pauciora erunt beneficia: sed seriora. Quid autem mali est inbiberi beneficiorum tenentatem? Hoc enim ipsum secuti sunt qui nullaz legem huic constituerunt: vt circumspectius donaremus: circumspectius eligeremus eos in quos merita conferuntur. Etiam atq; etiam cui des cõsidera. Nulla actio erit: nulla repetitio. Erras si extimas succursurum tibi iudicem. Nulla lex te in integrum restituet. Solam accipientis fidem specta. Hoc modo beneficia auctoritatem suã tenent: & magnifica sunt. Pollues illa si materiam litium feceris. Nequissima vox est: & ius gentium præseferens: redde qd debes: vitam quam debet: dignitatem: securitatem: sanitatem. Reddi maxima quæque non possunt. Aut pro his inquit: aliquid quod tanti sit: hoc est quod dicebam: interiturã tãtæ rei dignitatem: si beneficium: mercem: facimus. Non est incitandus animus ad auariciam ad querelas: ad discordiam: sua sponte in ista fertur. Quantum possumus resistamus: et querenti occasiones amputemus.

Etiam quidem persuadere possemus: vt pecunias creditas tantum a volentibus acciperent. Vtinam nulla stipulatio emptorem venditori obligaret. Nec pacta conuentaq; impressis signis custodirentur. Fides potius illa seruaret: & æquus coles animus. Idem necessaria optimis prætulerunt: & cogere fidem: q̃ spectare malunt. Adhibentur ab vtraq; parte testes. Ille per tabulis plurium nomina interpositis pararijs facit. Ille non est interrogatione contractus: nisi res manus sua tenuit. Ob turpem humani generis: & fraudis: ac nequiciæ publicæ confessionem: anulis nostris: plusq̃ animis creditæ. Inquit: Isti viri ornati adhibiti sunt. Hi inquit imprimuntur. Nempe ne ille neget accepisse se quod accepit: hos incorruptos viros & iudices veritatis existimas. Vt his ipsis nõ statim aliter pecuniæ committentur. Itaq; non honestius erat a quibus tam fidem falli: q̃ ab omnibus præsidia timeri. Hoc vnum deest auariciæ vt beneficia sponsore non demus. Generosi animi & magnifici est: iuuare & prodesse. Qui dant beneficia deos imitantur: qui repetit senatores. Quid illos dum vindicamus: in turbam sordidissimam redigimus.

Iures inquit ingrati etiam si nulla aduersus ingratum datur actio: immo pauciores: quia maiore delectu dabuntur beneficia. Deinde non expedit notum omnibus fieri: q̃ multi ingrati sint. Pudorem enim rei tollet multitudo peccantium: & desinet esse probri loco commune maledictum. Nunquid iam vlla repudio erubescat? postq̃ illustres quædam ac nobiles fœminæ: non consulum numero: sed maritorum annos suos computent: & exeunt matrimonij causa: nubunt repudij. Tamdiu istud timebatur: q̃ diu rarum erat. Quia nulla sine diuortio acta sunt. Quod sæpe audiebant: facere didicerunt. Nunquid iam vllus adulterij pudor est? postq̃ eo ventum est: vt nulla virum habeat: nisi vt adulterium vitet. Argumentum est de formidatis pudicitia: quam iuuenes tam miseram: tam sordidam. Vt illi satis sit vnum adulterorum: par nisi singulis diuisit horas: & non sufficit dies omnibus: nisi apud alium gestata est: apud alium mansit. Infirmata & antiqua est quæ nescat matrimonium vocari vnum adulterium. Quemadmodum horũ delictorum iam euanuit pudor: postq̃ res latius euagata est. Ita ingratos plures efficies: & auctores si numerare se cœperint.

Quid ergo impunitus erit ingratus? Quid ergo impunitus erit impius? Quid malignus? Quid auarus? Quid impotens? Quid crudelis? Impunita tu credis esse quæ inuisa sunt. Aut vllum supplicium grauius existimas publico odio? Pœna est q̃ non audet ab vllo beneficiũ accipere: q̃ nõ audet vlli dare: q̃ omniũ designat

oculis: aut designare se iudicat q intellectum optimæ rei ac dulcissimæ amisit. An tu infœlicem vocas qui caruit acie oculorum: cuius aures morbus obstruxit? Num vocas miserũ eum qui sensum beneficiorum amisit? Testes ingratorum omniũ deus metuit. Vrit illum 7 angit intercepti beneficij conscientia. Denicq satis hæc ipsa pœna magna est: q rei vt dicebam iucundissimæ fructum non percæpit. At quem iuuat accæpisse: æquali perpetuaq voluntate fruitur: 7 animum eius a quo accæpit non rem intuens gaudet. Gratũ hominẽ semper beneficium delectat: ingratum semel. Comparari autem potest vtriusq vita. Cum alter tristis sit 7 sollicitus qualis esse inficiator ac fraudulenter solet. Apud quem non parentum qui debet honor est: non educatoris: non præceptorum. Alter lætus hilaris: occasionem expetendæ gratiæ expetens: 7 ex hoc ipso affectu gaudiũ grande percipiens: nec quærens quomodo: de quo: quare: sed quemadmodũ plenius vberiusq respondeat: non solũ parentibus 7 amicis humilioribus: sed personis. Nam etiã si a seruo suo beneficiũ accipit extimat non a quo: sed quod accæperit.

Vanq quæritur a quibusdam sicut ab Hecatone: an beneficium dare seruus domino possit? Sunt enim qui ita distinguant. Quædam beneficia esse: quædam officia: quædam ministeria. Beneficium esse quod alienus det. Alienus est qui potuit sine repræhensione cedere. Officium esse: filij vxoris: 7 earum personarum quas necessitudo suscitat: 7 ferre opem iubet. Ministerium esse serui: quem conditio sua eo loco posuit: vt nihil eorũ quæ præstat imputet superiori. Præterea seruos q negat dare aliquãdo beneficium: ignarus est iuris humani. Refert enim cuius causa sit qui præstat: non cuius status. Nulli præclusa virtus est: omnib⁹ patet: omnes admittit: omnes inuitat: ingenuos libertinos: seruos: reges: 7 exules. Non eligit domum: nec censum: nudo homine contẽta est. Quid enim erat tuti aduersus repentina? quid animus magnus promitteret sibi: si certam virtutem fortuna mutaret? Si non dat beneficiũ seruus domino: nec regi quisq suo: nec duci suo miles. Quid enim interest: quali quis enim teneatur imperio: si summo tenet? Nam si seruo quo minus in nomine meriti prouenit necessitas obest: 7 patientia vltima timor. Idem istud obstabit: 7 ei qui regem habet: 7 ei qui ducem. quoniam quomodo sub dispari titulo: paria in illis licent. Atq dant Regibus suis: dant Imperatorib⁹ beneficia. Ergo 7 dominis potest seruus iustus esse: potest fortis: potest magnanimus. Ergo 7 beneficium dare potest. Nam 7 hoc virtutis est: adeoq dominis serui beneficia possunt dare: vt ipsos sæpe beneficij sui fecerint. Non est dubiũ quin seruus beneficiũ dare possit cuilibet quare ergo non 7 domino suo possit.

Dia non potest inquit creditor domini sui fieri: si pecuniam illi dederit. Alioquin quotidie dominum suum obligat. Peregrinantem sequitur: ægro ministrat: 7 labore summo colit. Omnia tamen ista quæ alio præstante beneficia dicerent: præstante seruo ministeria sunt. Beneficium enim id est quod quis dedit cum illi liceret 7 non dare. Seruus autem non habet negandi potestatem: ita non præstat: sed paret. Nec id se fecisse iactat: quod non facere non potuit. Nam sub ista lege vincam: 7 eo perducã seruum: vt in multa liber sit. Interest dic mihi si tibi ostendero aliquem seruũ pro salute domini sui sine respectu dimicantem: 7 confossum vulneribus: reliquias tamen sanguinis ab ipsis vitalibus fundentem: 7 vt ille effugiendi tempus habeat: moram sua morte quærentẽ. hunc tu negabis beneficium dedisse: quia seruus est? Si tibi ostendero aliquez vt secreta domini prodat: nulla tyranni pollicitatione corruptum: nullis territum minis: nullis cruciatibus victum auertisse quantum potuerit suspitiones quærentis: 7 impendisse spiritũ fidei. hunc tu negabis beneficium domio dedisse: quia seruus est? Vide ne eo maius sit: quo rarius est exemplum virtutis in seruis: eoq gratius q cũ ferre inuisa imperia sint: 7 omnis necessitas grauis. Commune seruitutis odium in aliquo domini charitas vicit. Ita non ideo beneficium non est: quia a seruo profectum est: sed ideo maius: quia deterrere ab illo nec seruitus quidem potuit.

Erat siquis existimat seruitutem in totum hominez descendere. Pars melior eius excepta est. Corpora obnoxia sunt 7 ascripta dominis. Mens quidẽ sui iuris: quæ adeo libera 7 vaga est: vt ne ab hoc quidez carcere cui induta est teneri quæat: quo minus impetu suo vtatur: 7 ingentia agat: 7 in infinitum comes cælestibus exeat. Corpus

itaq; est quod domino fortuna tradidit. Hoc emit. Hoc vendidit. Interior illa pars mancipio dari non potest. Ab hac quicquid venit: liberum est. Non enim aut nos omnia iubere possumus: aut in omnia serui parere coguntur. Contra rempublicam imperata non facient. Nulli sceleri manus cōmodabunt.

Quædam sunt quæ leges: nec iubent: nec vetant facere. In his seruus materiam beneficij habet: q̄diu præstatur. quod a seruis exigi solet: ministerij est. Vbi plusq̄ quod seruo necesse est beneficiū. Vbi in affectū amici transit: desinit vocari ministerium. Est aliquid quod dominus præstare debeat: vt abariū: vestiariū. Nemo hoc dixit beneficiū: at indulsit. Liberalius educauit. Artes quibus eruditur ingenui tradidit: beneficium est. Idem econtrario sit in persona serui. Quicquid est quod seruilis officij formulam excedit: quod non ex imperio: sed ex voluntate præstat: beneficiū est. Si modo tantum est: vt hoc vocari potuerit: quolibet alio præstante.

Seruus vt placet Chrysippo perpetuus mercenarius est. Quemadmodum ille beneficiū dat: vbi plus præstat q̄ quos operis locauit. Sic seruꝰ vbi beniuolētia erga dominū fortunæ suæ modū transit: & altius ad aliquid ausus quod etiaz fœlicius nati decori esset: & spem domini antecessit: beneficium est intra domum inuentuz. An æquū tibi videtur: quibus si minus debito faciant. Irascimur non habenti gratiā: si plus debito solitoq; fecerint. Vis scire quando non sit beneficium: vbi dici potest: quid si nollet. Vbi vo id præstat quod nolle licuit: voluisse laudandum est. Inter se contraria sunt: beneficiuz & iniuria. potest dare beneficium domino: si a domino iniuriam potest accipere. Minus qui iniurijs dominoꝝ in seruos: qui audiat positus est: qui & sæuiciam & libidinem: & in præbendis ad victum necessarijs auaricia compescat. Quid ergo beneficium dominus a seruo accipit: immo homo ab homine. Deniq; q̄ in illius potestate fuit: fecit. Beneficium domino dedit. Ne a seruo acceperis in tua potestate est. Qui autem tantus est: quem non fortuna indigere etiam infirmis cogat. Multa iam beneficiorum genera referam: & dissimilia: & quædam inter se contraria. Reddit aliquis domino suo vitam: dedit mortem: seruauit periturum: & hoc si parum est pereundo seruauit. Filius mortem domini adiuuit. Filius decæpit.

Laudius quadriganus in secundo vicesimo annalium tradit: q̄ cum obsideretur Grumentuz: & iam ad summam desperationem ventum esset: duos seruos ad hostem transfugisse: & operepretium fecisse. Deinde vrbe capta: passim discurrente victore: illos per nota itinera ad domū in qua seruierant præcucurrisse: & dominam suam ante se egisse: & quærentibus quænam esset. Dominam equidem crudelissimam ad supplicium ab ipsis duci: professos esse. Eductam deinde extra muros summa cura celasse: donec hostilis ira consideret. Deinde vt saciatus miles ad romanos muros cito rediit: illoscq; ad suos rediisse & dominā sibiipsos dedisse. Manumisit vtrunq; euestigio illa: nec indignata est ab his se vitam accepisse: in quos vitæ necisq; potestatem habuisset. Potuit sibi hoc vel magis gratulari. aliter autem seruata minus notæ: & vulgaris dementiæ habuisset. Sic seruata nobilis familia: & exemplum duarum vrbium fuit. In tanta confusione captæ ciuitatis cum sibi quisq; consuleret. omnes ab illa præter transfugas fugierunt. Vt hi vt ostenderent quo animo facta esset: prior illa transitio a victoribus ad captiuam transfugerūt personā patriciadarū ferētes. Quod in illo beneficio maximū fuit. tanti iudicauerūt ne domina occideretur: quanti videri dominam occidisse. Non est mihi crede: non dico seruilis animi egregiū factum: famam sceleris emisse.

Tenus prætor marsorum ducebatur ad romanum imperium. Seruus eius gladium militi ipsi a quo trahebat eduxit: & primū dominuz occidit. Deinde ipse est inquit: me & mihi consulere iam dominū manumisit: atq; ita se vno ictu transierit. Da mihi quēq; qui magnificentius dominū seruauerit?

Vrficium Cæsar obsidebat. Tenebatur inclusus Domicius. Imperauit medico eidemq; seruo suo vt sibi venenum daret. Cum tergiuersantem eum videret: quid cunctaris inquit tanq; in tua potestate totū istud sit: mortem rogo armatus. Cum ille promisisset & medicamentum innoxium bibendū illi dedit: quo cum sopitus esset accessit ad filium eius. Iube me inquit seruari: dum exeuentu intelligis an venenum patri tuo

dederim. Dixit Domicius: ⁊ seruatus a Cæsare est. Prior tamē illū seruus seruauerat.

Ello ciuili proscriptum dominū seruus absc̄odit: ⁊ cum anulos eius sibi aptasset: ac vestē induisset speculatoribus occurrit: nihilq; se deprecari: quominus imperata pagerēt dixit: ⁊ deinde ceruicē porrexit. Quanti viri est pro domino: eo tempore mori velle: quo erat rara fides: dominū mori nolle etiam publica crudelitate. Item inueniri in publica perfidia fidem cum premia proditionis ingentia ostendantur: premium fidei: mortem concupiscere.

Ostri sæculi exempla non præteribo. Sub Tiberio Cæsare fuit accusandi frequēs ⁊ pene publica rabies: quæ omni ciuili bello grauius togatam ciuitatem cōfecit.

Excipiebatur ebriorum sermo: simplicitas iocantium. Nihil erat tutum. Omnis seruiendi placebat occasio. Nec iam reorum expetebatur euentus cum esset vnus. Cœnabat Paulus prætorius in conuiuio quodam imaginem Tiberij esse habens eccipa: ⁊ eminente gemma. rem ineptissimam fecero: si nunc verba quæsiero quemadmodum dicam illum matellam sumpsisse. Quod factū simul ⁊ Maro ex notis illius temporis vestigatoribus notauit: ⁊ seruus eius quo nectabantur insidiæ: ei ebrio anulum extraxit. Et cum Maro conuiuas testaretur amotam esse imaginem obstenis: ⁊ iam subscriptione cōponeret: ostendit in manu sua seruus anulum. Si quis hunc seruum vocat: ⁊ illum conuiuam vocabit.

Ob diuo Augusto nondum hominibus verba sua periculosa erant: iam molesta. Ruffus vir ordinis senatorij inter cœnam optauerat: ne Cæsar saluus rediret ex ea peregrinatiōe quā parabat: ⁊ adiecerat idē omnes ⁊ tauros ⁊ vitulos optare: fuerunt qui illa diligenter audirent. Vt primū diluxit: seruus qui cœnanti ad pedes steterat narrat quæ inter cœnam ebrius dixisset. Hortatur eum vt Cæsarē occupet: atq; ipse se deferat. Visus consilio descendenti Cæsari occurrit. Et cum malam mentem habuisse se pridie iurasset: id vt in se ⁊ filios suos recideret optauit: ⁊ Cæsarem vt ignoscere sibi: rediretq; in gratiam secū rogauit. Cum dixit se Cæsar facere. Nemo inquit credet te mecum in gratiā rediisse: nisi aliquid mihi donaueris. Petitq; non faciendā at propicio summam ⁊ impetrauit Cæsar ait mea causa dabo operam: ne vnq; tibi irascar. Honeste Cæsar q; ignouit: q; libertatem dementiæ adiecit. Quicunq; hoc audiuerit exemplum: necesse est Cæsarē laudet. sed eum seruū ante laudauerit. Non expectas vt tibi narrem manumissum qui hoc fecerat: pecuniā pro libertate eius Cæsar numerauit.

Est tot exempla non est dubium: quin beneficium aliquando a seruo dominus accipiat. Quare potius persona rem minuat: q̄ personam res ipsa cohonestet. Eadē q; omnibus principia: eademq; origo. Nemo altero nobilior: nisi cui rectius ingeniū ⁊ artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt: ⁊ nomina familiæ suæ longo ordine: ac multis strictinatum illigata flexuris in parte prima ædiuꝫ collocant: nō noti magis q̄ nobiles sunt. Vnus omniū parens mundus est: siue per splendidos: siue per sordidos gradus: ad hunc prima cuiusq; origo producatur. Non est q; te isti decipiant: qui cum maiores suos recensent: vbicūq; fecit nomen illustre illo domini fugiunt. Neminē despexeris etiā si circa illum obseta sunt nomina: ⁊ parū indulgente adiuncta fortuna. Siue libertini ante nos habentur: siue serui: siue exteraruꝫ gentium homines. Erigite audacter animos: ⁊ quicquid in medio sordidi iacet transilite. Expectat vos ī summo magna nobilitas. Quid superbia in tantam vanitatem attollimur: vt beneficia a seruis indignemur accipere: ⁊ sortem eorū spectemus obliti meritorum. Seruū tu quenq; vocas libidinis ⁊ gulæ: seruus ⁊ adulter: immo adulterarum cōmune mancipium. Seruū vocas quenq̄: tu quo tandem ab istis gerulis raperis: cubile istud tuū circumferentibus. Quo te penulati isti in militiꝫ quidem non vulgarem cultum subornata. Quo inquam te isti efferunt ad hostiū alicuius hostiariꝫ ad ortos alicuius: ne ordinariū quidem habeatis officiū. Et deinde negas tibi beneficiū a seruo tuo posse dari: cui oculum alieni serui beneficium est. Quæ est tanta animi discordia? Eodem tempore seruos despicis ⁊ colis. Imperiosos inter limen atq; impotens humilis foris: ⁊ tam conteptus: q̄ contemnis. Nec enim vlli magis abiiciunt: q̄ qui improbe tollunt. Nulliq; ad calcandos alios paratiores: q̄ qui contumelias facere: accipiēdo didicerent.

Icenda hæc fuerunt ad contemnendam insolentiam hominum ex fortuna pendentiuz: vindicãdumq; ius beneficij dandi a seruis: ⁊ a filijs quoq; vindicaret. Quæritur eniz: an aliquãdo liberi maiora beneficia dare parẽtib⁹ suis possint q̃ accæperint. Illud conceditur: multos filios maiores potentioresq; extitisse q̃ parentes suos: eoqz illud meliores fuisse. Quod si constat: potest fieri: vt meliora tribuerint: cum ⁊ fortuna illis maioz esset: ⁊ melioz voluntas. Quicquid inquit est quod det patri filius: vtiq; minus est. Quia hanc ipsam dandi facultatem patri debet. Ita nunq; beneficio vincitur: cuius beneficium est ipsum quod vincit. Primum quædam initium ab alijs trahunt: ⁊ tamẽ initijs suis maiora sunt. Nec ideo aliquid non est maius eo quod cœpit: quia nõ potuisset intãtũ pcedere: nisi cœpisset. Nulla non res principia sua: magno gradu transit. Semina omniuz rerum causæ sunt: ⁊ tamen minime partes sunt eorum: quæ gignunt. Aspice Euphraten: omnes deniq; inclytos omnes quid sunt: si illos illic vnde effluũt æstimes. Quicquid est quo timentur: quo nominantur in processu parauerunt. Tolle radicẽ: nemora non surgẽt: nec tanti mõtes vestientur. Aspice trabes siue propietatem æstimes altissimam: siue grossitudinem spaciumq; ruorum latissime fusas: quantulum est his comparatuz illud quod radix tenui fibra complectitur. Inituntur fundamentis suis templa: ⁊ illa verbis mœnia tantum quæ in firmamentũ totius operis iacta sunt latent. Idem in cæteris euenit. Principia sua semper sequens magnitudo obruet. Non potuissem quicq; consequi: nisi parentũ beneficiũ antecessisset. Sed non ideo q̃q̃d cõsecutus suz minus est eo sine quo consecut⁹ nõ essem: nisi me nutrix aluisset infantem. nihil eoruz quæ consilio ac manu gero facere potuissem: nec in hanc emergere nominis claritatem: quam ciuili ac militari industria merui. Nũquid tamen ideo maximis operibus præferes nutricis officium. Aut quid interest cum æque sine patris beneficio: q̃ sine nutricis fomento non potuerim ad viteriora procedere.

Vod si initio meo quicquid iam possum debeo: cogita non esse initium mei patrẽ: nec auum quidez. Semper enim erit vlterius aliq̃d: ex quo originis proxime origo descendat. Atq; nemo dicit plus debere ignotis: ⁊ vltra memoriam positis maioribus: q̃ patri. Plus autem debeo si hoc ipsum quod genuit me pater meus maioribus suis debet. Quicquid præstiti patri etiam si magnus est infra extimationem patrem muneris est. Quia non essem si non genuisset. Isto modo etiam si quis patrem meum ægrũ ac moriturũ sanauerit: nihil præstare ei potero quod non beneficio eius minus sit. Non enim genuisset me pater: nisi natus esset. Sed vide ne illud verius sit extimari. An id quod potuit ⁊ id quod fecit meum sit: mearum virium: meæ voluntatis. Illud quod natus sum ipse intuere quale sit. Animaduertis exiguum ⁊ incertum: ⁊ boni maliq; cõmunem materiam sine dubio primo ad omnia gratum. Sed non ideo maiorem omnibus: quia primum est. Seruaui patrẽ meũ: ⁊ ad summam proueri dignitatem: ⁊ principem vrbis suæ feci. nec tantum rebus a me gestis nobilitaui: sed ipsi quoq; gerendarũ ingentem ac facilem: nec tutam minus q̃ gloriosam dedi materiam. Honores opes: quicquid humanus ad se animus rapit congessi. ⁊ cum supra omnes starem: infra illum steti. Dic nũc hoc ipsum q̃ ista potuisti patris munus est. Respondebo tibi: ⁊ prorsus si ad ista facienda nasci satis est. Sed si ad bene viuendum minima portio est viuere. Et id tribuisti quod cũ feris mihi: ⁊ animalibus quibusdam minimis: quibus etiam fœdissimis cõmune est: volui tibi asserere: quo nõ extuis beneficijs: sed etiã sine tuis oritur. Puta me vitaz pro vita reddidisse. Sic quoq; munus tuũ vici cum ego dederim sitienti: consentiẽs me dare. Cum vitam tibi nõ voluptatis meæ causa: aut certe per voluptatem dederim. Cum tanto maius sit retinere spiritũ: q̃ accipere: quãto leuius mori ante mortis mœrum:

Go vitam dedi statim illa vsuro. Tu nescituro an viueret. Ego vitam dedi mortẽ timenti. Tu vitam dedisti vt mori possem. Ego vitam tibi dedi consummatã: perfectam. Tu me expertem rationis genuisti: onus alienum. Vis scire q̃ non sit magnum beneficium vitam sic dare: si exposuissem. Nempe iniuria erat genuisse: quo quidem colligo: minimũ esse beneficium patris matrisq; concubitum: nisi accesserint alia quæ prosequerentur hoc initium muneris alijs officijs ratum facerent. Non est bonũ viuere: sed bene viuere. Aut bene viuo: sed potui ⁊ male. Ita tamen hoc est tuuz q̃ viuo. Si vitam imputas mihi per se nudaz: ægentem consilij: ⁊ id vt magis bonum iactas: cogita te mibi imputare

muſcarum ac vermium bonum. Deinde vt nihil aliud dicam q̄ bonis artibus me ſtu-
duiſſe: vt curſum ad rectum iter vitæ dirigentez: in ipſo beneficio maius q̄ q̄ delectat rece-
piſti. Tu enim me mihi rudem ⁊ imperitum dediſti: ego tibi filium qualem genuiſſe gau-
deres.

Aluit me pater: ſi idez præſto plus reddo: quia non tantū aluiſſe: ſed a filio ali gau-
det. ⁊ maiorem ex animo meo: q̄ ex ipſa re percipit voluptatem. Illius alimēta ad
corpus tantum meum peruenerunt. Quid ſiquis in tantū proceſſit: vt aut eloquē
tia per gentes noteſceret: aut iuſticia: aut bellicis rebus: ⁊ patri quoq̄ ingentem circumfun-
deret famam: tenebraſq̄ natalium ſuorum clara luce diſcuteret. non extimabile in parentes
ſuos beneficium contulit? In quiſquis Ariſtonem ⁊ Gryllum: niſi propter Xenophontē
ac Platonem filios noſcet? Sophroniſcum Socrates expirare non patitur. Cæteros enu-
merare longum eſt: qui dum ob nullam cauſam aliam q̄ q̄ illos liberorum eximia virtus
tradidit poſteris. Vtrū maius beneficiū dedit. M. Agrippæ pater: nec poſt Agrippam qui
dem motus. An patri dedit Agrippa: nauali corona inſignis: vnicum adeptus inter dona
militaria decus: qui tot in vrbe maxima opera excitauit: quæ ⁊ priorē magnificentiam vin
cerent: ⁊ in illa hoſtes vincerentur. Vtrū Octauius maius vllum beneficiuz dedit filio: an
patri diuus Auguſtus: q̄uis illum vmbra adoptiui patris abſcondit. Quantam accæ-
piſſet voluptatem: ſi illum poſt debellata arma ciuilia vidiſſet ſecuræ paci præſidentem nō
adagnoſcens bonum ſuum: nec ſatis credens quotiens reſpexiſſet ad ſe potuiſſe illum virū
in domo ſua naſci. Quid nunc cæteros proſequar: quos iam conſcripſiſſet obliuio: niſi il-
los filiorum gloria e tenebris eruiſſet: ⁊ adhuc in luce retineret. Deinde quæramus: nunq̄d
filius patri maiora beneficia reddiderit: q̄ a patre acceperat? Sed an aliquis poſſit maiora
reddere: etiam ſiqua rettuli exempla nondum ſatisfaciunt: nec beneficia parentum ſuorum
ſupermicant. Capit tamen hoc natura quod nondum vlla ætas tulit: ſi ſingula paternorū
meritorum magnitudinem exuperare non poſſunt: plura iunum congeſta ſuperabūt.

Seruauit in bello matrem Scipio: ⁊ prætestatus in hoſtes æquum concitat: paruz
eſt q̄ vt perueniret ad patrē tot pericula: maximos duces: eū maxime præmetia cō
tēpſit: tot oppoſitas difficultates: quot ad p̄mā pugnā exitur? Tiro per veteranoz
corpora cucurrit: q̄ annos ſuos tranſiliuit. Adjice vt idem pater reum defendat: ⁊ conſpira
tioni inimicorum potentium eripiat. Vt alterum illi conſulatum: ac tertium: alioſq̄ hono-
res etiam conſularibus concupiſcendos congerat: vt pauperi raptus belli iure opes tradat
Et quod eſt militaribus viris ſpecioſiſſimuz: diuitem illum ſpolijs etiam hoſtilibus faciat.
Si adhuc parū eſt adjice vt prouincias: ⁊ extra ordinaria imperia continet. Adjice vt diru-
pris maximis vrbibus romani imperio ſine æmulo adortus: occaſuſq̄ venturi defenſor:
⁊ conditor maiorem nobilitatem nobili viro adjiciat. Dic Scipionis patrē: haud dubium
eſt: quin generandi vulgare beneficiū vicerit eximia pietas: ⁊ virtus. Ipſi vbi neſcio vtrū
maius præſidium afferens: an decus.

Deinde ſi hoc parum eſt finge aliquem tormenta patris diſcuſſiſſe: finge in ſe tranſtu
liſſe: licet tibi inquantū velis extendere beneficia filij: cum paternum munus ⁊ ſim
plex ſit ⁊ facile: ſed danti voluntarium. Quid neceſſe eſt multis dederit etiaz quib⁹
dediſſe ſe neſcit. In quo conſortem habet: in quo ſpectauit legem: patriaz: premia patrum:
domus ac familiæ perpetuitatem: omnia potius q̄ eum cui dabat. Quid ſiquis ſapientiā
conſecutus: hanc patri tradiderit. etiam nunc diſputabimus: an maius aliquid dederit q̄
acceperat: cū vitam beatā patri reddiderit: acceperit tantum vitam. Sed patris inquit be-
neficium eſt quicquid facis: quicquid præſtare illi potes: ⁊ præceptoris mei q̄ inſtitutis li-
beralibus profeci. Ipſos tamen qui tradiderunt illa tranſcendimus vtiq̄ eos qui prima
elementa docuerūt. Et q̄uis ſine illis nemo quicq̄ aſſequi poſſet: non tamen q̄tūcunq̄ q̄s
aſſecutus eſt: intra illos eſt. Multum inter prima ac maxima intereſt. Nec ideo prima ma-
ximoz inſtar ſunt: quia ſine primis maxima eſſe non poſſunt.

Nam tempus eſt quædam ex noſtra: vt ita dicam: moneta proferri. Si quid meli⁹
vita eſt: ⁊ a patre ſola vita datur: poteſt beneficijs a filio vinci pater. Qui id bene-
ficium dedit: quo eſt aliquid: poteſt vinci. Pater dedit filio vitam. Eſt autē aliq̄d
vita melius. Ita pater vinci poteſt: quia dedit beneficium quo eſt aliquid melius. Etiam

nunc qui dedit alicui vitã: si semel ⁊ iterum liberatus est mortis periculo: maius accæpit beneficiũ q̃ dedit. Pater autẽ vitam dedit. Potest autẽ si sæpius periculo mortis liberatus a filio fuerit: maius beneficiũ accipere q̃ dedit. Qui beneficium accipit: maius accipit quo magis eo indiget. Magis autẽ indiget vita qui viuit: q̃ qui natus non est. alias q̃ nihil quit: vt qui ne indigere quidem omnino possit. Maius ergo beneficium accipit pater: si vitam a filio accæpit: q̃ filius a patre: eo q̃ natus est. Patris beneficia vinci a filij beneficijs non possunt. Quare? quia vitam accæpit a patre: quã nisi accæpisset: nulla dare beneficia potuisset. Hoc cõmune est patri cum omnibus qui vitam dederunt alicui. Non potuissent enim referre gratiam: nisi vitaz accæpissent. Ergo nec medico in maius gratia referri potest Solet enim medicus vitam dare. Nec nautæ si naufragiũ sustulit. Atq̃ ⁊ horum ⁊ aliorũ qui aliquo modo nobis vitam dederunt: beneficia vinci possunt. Ergo ⁊ patrũ possunt. Si quis mihi beneficium dedit quod multorum beneficijs adiuuandum esset: ego autẽ beneficium illi dedi id quod nullius adiutorio ægeret. maius dedi q̃ accæpi. Pater filio vitam dedit perituram: nisi multa accessissent: quæ illam tuerentur. Filius patri si dedit vitam: dedit eã quæ nullius desideraret auxiliũ in hoc vt permaneret. Ergo maius beneficiũ accæpit a filio pater qui vitã accæpit: q̃ illi dederit.

Nec non destruunt parentũ veneratione: nec deteriores illis liberos faciunt: imo etiam meliores. Natura enim gloriosa virtus: ⁊ anteire priores cupit. Alacrior erit pietas si ad reddenda beneficia cũ vincendis si venerit: id si patribus id volentib⁹ legibusq̃ contingerit. quoniam plæraq̃ sunt in quibus nostro bono vincimur. vnde certamen tam optabile: vnde tantam fœlicitatem parentibus: vt fateantur seipsos filiorũ beneficijs impares: nisi hic ita iudicamus. Excusationem damus liberis: ⁊ illos seniores ad referendam gratiaz facimus: quibus stimulos adijcere debemus. ⁊ dicere: Hoc agite optimi iuuenes: posita est inter parentes ac liberos honesta conditio vel contentio. dederint maiora an recæperint? Non ideo vicerunt: quia occupauerunt. Sumite modo animum qualem decet: ⁊ deficere nolite: vt vincatis optantes. Nec desunt tam pulchro certamini duces qui ad similia vos cohortentur: ac per vestigia sua ire ad victoriam sæpe iam peractam ex parentibus iubeant.

Icit Æneas patrẽ: ipse cuius infantia leue tutumq̃ gestamen. Grauem senio per media hostiuz agmina: ⁊ per cadentis circa se verbis ruinas ferens. Cum cõplexus sacra ac penates deos religiosus senex non simplici vadentẽ sarcina præmeret: tulit illum p̃ ignes. Et quid non pietas potest? pertulit colendumq̃ inter conditores romani imperij posuit. vicere Siculi iuuenes cũ æna maiore vi peragitata in vrbes: in agros: in magnam insulæ partẽ effudisset incendiũ. vexerũt parẽtes suos: discedisse creditũ est ignes: ⁊ vtrinq̃ flamma recedẽte limitem' adapertũ per quem transcurrerẽt iuuenes dignissimi: qui magna tuto auderent. Vicit Antigonus: qui cũ ingenti prælio superasset hostem: premuz belli ad patrẽ transtulit: ⁊ imperiũ illi Cypri tradidit. Hoc est regnũ: nolle regnare cũ possis Vicit patrẽ imperiosum quidẽ Manlius qui cũ ante ad tẽpus relegatus esset a patre: ob adolescentiã brutaz ac hebetem: ad tribunũ plæbis qui patri suo dixerat diẽ venit: petitoq̃ tempore q̃ ille dederat sperans fore proditorẽ parẽtis iuiti: ⁊ bene meruisse se de iuuene credebat: cuius exiliũ pro grauissimo crimine inter alia Manlio obijciebat. Nactus adolescẽs secretũ stringit occultatum sinu ferrũ: ⁊ nisi iuras inquit te diem patri remissurũ: hoc te gladio transfodiam. In tua potestate est. Vtrũ pater meus accusatorem non habeat. Iurauit tribunus: nec fefellit: ⁊ causam accusationis emisse concioni reddidit. Nulli alij licuit impune tribunũ in ordinem redigere.

Lia ex alijs exempla sunt eoz qui parentes suos periculis eripuerant: qui ex infimo ad summũ protulerũt: e plæbe aceruoq̃ ignobili nũq̃ tacendos sæculis dederũt

Nulla vi verboz: nulla ingenij facultate exprimi potest: quãtũ opus sit: q̃ laudabile: q̃q̃ nunq̃ a memoria hominũ exiturũ: posse hoc dicere. Parentib⁹ magis parui: cessi imperio eoz: siue æquũ: siue iniquũ fuit acturũ: obsequentez submissumq̃ me præbui. ad hoc vnũ cõtumax fui ne beneficijs vincerer. Certate obsecro vos: ⁊ fessi quoq̃ restituite acie Fœlices q̃ vicerint. Fœlices qui vincentur. Quid eo adolescẽte præclarius q̃ sibiipsi dicere poterit: nec eniz fas est alteri dicere: Patrẽ meũ beneficijs vici. Quid ergo eo fortunatius

sene q̄ omnibus vbiq̄ prædicabit consilio suo se beneficijs victum? Quid autē est fœlicius q̄ ibi cedere?

Lucij Annei Senecæ de beneficijs.

Explicit liber tertius. Incipit quartus.

EX omnibus quæ tractauim⁹ Eburti liberalis potest videri. Nihil tam necessariū: aut magis: vt ait Salustius: cū cura dicendū: q̄ q̄ō in manibus est. In beneficiū dare: & uicem gratiā referre p se res expetendæ sint. Inueniuntur q̄ honesta in mercedem colant: quibusq̄ non placeat virtus gratuita: quæ nihil habet in se magnificū: si quicq̄ habet venale. Quid enim est turpius q̄ aliquē cōputare quāti vir bonus sit: cū virtus nec lucrū inuitet: nec absterreat damno. Adeoq̄ neminē spe ac pollicitatiōe corrūpat: vt cuncta in se impendere iubeat: ac sæpius in vltro tributis sit. Calcatis vtilitatibus ad illam eundum est: quocūq̄ vocauit: quocūq̄ misit: sine respectu rei familiaris. Interdum etiam sine vlla sanguinis sui parsimonia vadendū: nec vnq̄ imperiū eius detractandū. Quid cōsequar inq̄t si hoc fortiter: si hoc grate fecero. Quod feceris? Nihil tibi extra promittit: si quid forte obuenerit cōmodi: inter accessiōes numerabis. Kerū honestarū præciū in ipsis est. Si honestū per se expetendū est. Beneficiū autē honestū est. Non potest alia eius conditio esse: cū eadem natura sit. Per se autē expetendū esse honestū: sæpe & abunde probatum est.

AD hac parte nobis pugna est cum Epicureorū delicata & vmbratica turba: in conuiuio suo philosophantiū: apud quos virtus voluptatū ministra est. Illis paret: illis deseruit: illas supra se videt. Non est inquit voluptas sine virtute. Sed quare ante virtutem est? De ordine disputas. Disputationē esse de re tota: & de potestate eius ambigit. Non est virtus si sequi potest. Primæ partes eius sumus. ducere debet: imperare: sūmo loco stare. Tu illā iubes signū petere? Quid inquit tua refert? Et ego nego sine virtute beatā vitā posse constare. Ipsam voluptatē quā sequor: cui me emancipaui: remota illa improbo & damno. De hoc vno disputat. Vtrū virtus summi boni causa sit: an ipsa summū bonū? Vt hoc vnū quærat: ordinis tantū existimas mutationē. Ista vo cōfusio est & manifesta cæcitas: primis postrema præferre. Non indigno: q̄ post voluptatem ponitur virtus: sed q̄ omnino cū voluptate conferat. Contēptrix cuius & hostis & longissime ab illa resiliēs: laboru: ac doloru familiariorū: virilib⁹ incōmodis: q̄ isti effœminato bono inserēda.

NEC mi Liberalis dicēda fuerūt: quia beneficiū de quo nūc agit: dare virtutis est: & turpissimū id causa vllius alterius rei dare: q̄ vt datū sit. Nam si recipiendi spe tribueremus: locupletissimo cuiq̄: non dignissimo daremus. Nunc vo diuiti importuno pauperē præferimus. Non est beneficium quod ad fortunā spectat. Præterea si vt prodessemus sola nos inuitaret vtilitas. Minime beneficia distribuere deberent qui facilime possent: locupletes: & potentes: & reges: aliena ope non indigentes. Dij vo tot munera quæ sine intermissione diebus ac noctibus fundunt: non darent. In omnia enim illis natura sua sufficit: plenosq̄ & tutos & immolabiles præstat. Nulli ergo beneficiū dabunt: si vna causa est se iuuari: ac cōmodū suū. Istud non est beneficiū: sed fœnus: circūspicere nō vbi optime ponas: sed vbi quæstuosissime habeas vnde facilime tollas. Quod cū longe a dijs remotū sit: sequitur vt illiberales sint. Nam si vna beneficij dandi causa sit vtilitas: nulla autem ex nobis vtilitas deo speranda est: nulla deo dandi beneficij causa est.

CIO quid hoc loco respondeat. Itaq̄ nō dat deus beneficia: sed securus & negligens nostri auersus a mundo: aliud agit: aut quæ maxima Epicuro fœlicitas videtur nihil agit. Nec magis illū beneficia: q̄ iniuriæ tangunt. Hoc qui dicit nō exaudit prædicantiū votis: & vndiq̄ sublatis in cœlū manibus vota facientib⁹ priuata ac publica Quod profecto non fieret: nec in hunc furorē omnes profecto mortales consensissent alloquendi surda numina: & inefficaces deos: nisi nosceret illorū beneficia nunc oblata: & nunc orantibus data: magna tempestiua: ingentes minas interuentu suo soluētia. Quis est ita tam miser: tam neglectus: quis tam duro facto: & in pœnā genitus: vt non tantam deorum munificentiā senserit? Ipsos illos comploratores sortem suā: & querulos circumspice. Inuenies non ex toto beneficioꝝ cœlestium expertes. Neminem esse ad quem non aliquid ex illo benignissimo fonte manauerit. Harū autē id quod nascētibus ex æquo distribuit: vt quæ

ſequũtur inæquali diſpẽſata menſura tranſeamus. Parũ dedit natura cũ ſe dedit.

On dat deus beneficia. Vnde ergo iſta quæ poſſides? quæ das? quæ negas? quæ ſeruas? quæ rapis? Vnde hæc innumerabilia? oculos: aures: & animũ mulcentia. Vnde illa quoq; luxuriam inſtruens copia? Neq; enim neceſſitatibus tantũmodo noſtris prouiſum eſt. Vſq; in delicias armamur. Tot arbuſta: non vno modo frugifera: tot herbæ ſalutares: tot varietates ciboꝝ: per totũ annũ digeſtæ: vt infecti quoq; fortuitatẽ alimenta præberent. Jam animalia omnis generis. Alia in ſicco ſolidoq; : alia in humido innaſcẽtia: alia p ſublime demiſſa: vt omnis rerũ naturæ pars tributũ aliquod nobis conferret. Flumina hæc amœniſſimis flexibus campos ingentia: illa præbitura cõmercia via vaſto & nauigabili curſu vadentia: ex quib⁹ quædã æſtatis diebus mirabile incrementuꝝ trahũt: anhela & feruenti ſubiecta cœlo loco ſubita vis æſtiui torrentis irriget. Quid medicatorũ torrentiũ venæ? Quid in ipſis litoribus aquarũ calentiũ iundatio? Gelati maxime teq; fructibus: & fremitu aſſurgens benace marino.

J pauca quis tibi donaſſet iugera: accæpiſſe te diceres beneficiũ ĩmenſa terrarũ late patentiũ ſpacia. negas eſſe beneficiũ? Si pecuniã tibi aliquis donauerit: & arcã tuaꝝ quoniã tibi id magnũ videt: ĩpleuerit. beneficiũ vocabis? Tot metalla defodit: tot flumina emiſit in aera ſuper quæ decurrũt: ſola aurũ vehentia: argenti: æris: ferri: immane pondus omnibus locis obrutũ: cuius inueſtigandi tibi facultatẽ dedit: ac latentiũ diuinaꝝ in ſumma terra ſigna diſpoſuit. negas te accæpiſſe beneficiuꝝ? Si domus tibi donat in qua marmoris aliquid reſpondeat: & tectum viridius auro: aut coloribus ſperſam: nõ mediocre munus vocabis. Jngens tibi domiciliũ: ſine vllo incendij aut ruinæ mœtu ſtruxit: in quo vides non tenues cruſtas: & ipſa qua ſecant lamina graciliores. Sed integras lapidis pretioſiſſimi moles: ſed totas variæ diſtinctæq; materiæ: cui⁹ tu paruula fruſtra miraris. tecũ vo aliter nocte: aliter interdiu fulgens. negas te vllum munus accæpiſſe? Et cum iſta quæ habes magno extimes: quod eſt ingrati hominis: nulli debere te iudicas. Vnde tibi iſtum quẽ trahis ſpiritũ? Vnde iſtam p quã actus vitæ tuæ diſponis atq; ordinas lucẽ? Vnde ſanguinẽ cuius curſu vitalis continet calor? Vnde iſta palatum tuũ ſaporibus exquiſitis vltra ſacietatem laceſſentia? Vnde hæc irritamenta iaꝝ laxæ voluptatis? Vnde iſta quies in qua putreſcis ac marces? Nonne ſi gratus es: dices: deus nobis hæc otia fecit. Nãq; erit ille mihi ſemp deus. Jllius aram: Sæpe tener noſtris ab ouilib⁹ imbuet agnus. Jlle meas errare boues: vt cernis & illũ. Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti. Jlle deus non eſt qui paucas boues: ſed qui p totũ orbem armenta dimiſit. Qui gregibus vbiq; paſſim vagantibus pabulũ præſtat. Qui paſcua hybernis æſtiua ſubſtituit: qui nõ calamo tantum cantare: & agreſte atq; inconditũ carmen: ad aliquã tamẽ obſeruationem modulari docuit. Sed tot artes: tot vocũ varietates: tot ſonos: alios ſpiritu noſtro : alios extremo cãtus edituros cõmentus eſt. Neq; enim noſtra iſta quæ inuenimus dixeris nõ magis q̃ q̃ creſcim⁹ q̃ q̃ ad conſtitutũ tempus ſua corpori officia reſpondẽt. Nunc puericiliũ dentiũ lapſus: nũc ad ſurgentẽ iam ætatẽ: & in robuſtiorẽ gradũ tranſeuntes pubertas: & vltimus ille deus ſurgenti viuente terminũ ponens. Jnſita ſunt nobis omniũ ætatum: omniũq; artiũ ſemina: magiſterq; ex occulto deus producit ingenia.

Atura inquit hoc mihi præſtat. Non intelligis te cũ hoc dicis: mutare nomẽ deo Quid enim aliud eſt natura q̃ deus? & diuina ratio toti mũdo & partibus eius inſerta? Quotiens voles tibi licet aliter hunc auctorẽ rerũ noſtraꝝ compellare & Jouẽ id eſt optimũ ac maximũ: rite dices: & tonantẽ aſtatorẽ. qui non vt hiſtorici tradiderunt ex eo q̃ poſt votũ ſuſceptum: acies Romanorũ fugientium ſtetit. Sed q̃ ſtant beneficio eius omnia: ſtatorꝝ ſtabilitorq; eſt. hunc eundemq; & fatum ſi dixeris nõ mentiens. Nãq; fatũ nihil aliud ſit q̃ ſeries implexa cauſarũ. Jlle eſt prima omniũ cauſa: ex qua cæteræ pendent quæcunq; voles illi nomina proprie aptabis: vim aliquaꝝ effectumq; cœleſtiũ continẽtia Tot appellationes eius poſſunt eſſe: quot munera.

Vnc & Liberum patrem: & Herculem: ac Mercurium noſtri putant. Liberum patrem: quia omnium parens ſit q̃ primum inuenta ſeminum vis eſt: conſultura voluptatem. Herculem: quia vis eius inuicta ſit: quandoq; laxata fuerit operibus editis in ignem receſſura. Mercurium: quia ratio penes illum eſt: nuſq; & ordo

ꝛ scientia. Quocūcꝫ te flexeris: ibi illū videbis occurrētē tibi. Nihil ab alio vacat. Opus suū ipse implet. Ergo nihil agis ingratissime mortaliū: qui te negas deo debere: sed naturæ Quia nec natura sine deo est: nec deus sine natura: sed idem est vtrūcꝫ: nec distat. Si quod a Seneca accæpisses. Annæo te diceres debere: vel Lucio. Non creditorē mutares: sed nomen. Quoniā siue prænomen eius: siue nomen dixisses: siue cognomen: idem tamen ille esset. Sic nunc naturā voca fatum: fortunamcꝫ. omnia eiusdē nomina sunt: varie vtentis sua potestate. Et iusticia: probitas: prudentia: fortitudo: frugalitas vnius animi bona sūt. Quicquid horum tibi placuit: animus placet.

Nec ne aliam disputationē ex obliquo habeam: plurima beneficia ac maxima in nos deus confert sine spe recipiendi. Quoniam nec ille collato æget: nec nos ei quicꝫ cōferre possumus. Ergo beneficiū p se expectanda res est. Vna spectatur i eo accipientis vtilitas. Ad hanc accedam⁹ sepositis cōmodis nostris. Dicitis inquit diligēter eligendos quibus beneficia debeamus. Quia ne agricolæ quidē semina arenis cōmittant pro fructu est. Nostraꝫ vtilitatē in beneficijs dandis sequimur: quēadmodū in arando serendoꝫ. Necꝫ enim serere per se res expetēda est. Præterea quæritis beneficium quod non esset faciendū: si p se beneficiū dare expetenda res esset: quæ quocūcꝫ loco: ꝛ quocūcꝫ modo daret: beneficiū erat honestum: propter nullam aliam causam cꝫ propter ipsum sequimur. Tamen etiam si nihil aliud sequendum est quærimus: quid faciamus: ꝛ quando: ꝛ quem admodū. per hanc enim constat. Itaqꝫ cum eligo cui dem beneficiū: id ago vt quādoqꝫ beneficiū sit. Quia si turpi datur: nec honestum esse potest: nec beneficiū.

Eposítum reddere pro se res expetenda est. Non tamen semper reddam. Nec quolibet loco: nec tempore. Aliquādo nihil interest: Vtrum interficiar: an palā reddaꝫ Intuebor vtilitatem eius cui redditurus sum: ꝛ nociturum illi depositum negabo. Idem in beneficio faciam. Videbo quando dem: cui dem: quēadmodū: quare. Nihil enim sine ratione faciendum est. Non est autem beneficiū: nisi quod ratiōe datur. Quoniā ratio omnis honesti comes est. Oꝫ sæpe hominū donationē suā inconsultam obiurgantuꝫ: hanc exaudimus vocem: Mallem perdidisse cꝫ illi dedisse. Turpissimum genus dandi est inconsulta donatio: multoqꝫ grauius: mallem non dedisse beneficiū: cꝫ nō recæpisse. Aliena eniꝫ culpa est q̄ non recæpimus: q̄ cui daremus non eligimus nostra. In electione nihil min⁹ cꝫ hoc: quod existimas spectabo a quo recepturus sim. Eligo enim eum qui gratus: nō qui redditurus sit. Sæpe autem ꝛ non redditurus gratus. Ingratus qui reddidit. Ad animū tendit extimatio mea. Ideo locupletem: sed indignū prætеribo. Pauperi viro bono dabo. Scit enim in summa inopia gratus: ꝛ cū omnia illi deerunt: supererit animus: non lucrum ex beneficio capto: non voluptatem: non gloriam vni placere contentus in hoc dabo: vt quod oportet faciam. Quod oportet autem non est sine electione quæ qualis factum sit interrogas.

Ligam virum integrum: simplicem: memorem: gratum. Alieni abstinentem: sui non auarū: non tenacem: beniuolum. Hunc ergo cum elegero: licet nihil illi fortuna tribuat: ex quo referre gratiam possit: ex sententia res gesta erit. Si vtilitas me ꝛ sordida computatio liberalem facit: sin illi prosum nisi vt inuicem ille mihi prosit. Non dabo beneficium proficiscēti in diuersas longinquasqꝫ regiōes. Non dabo abfuturo semp Non dabo sic affecto: vt spes ei nulla sit conualescendi. Non dabo ipse deficiens. Non enim dabo in tempus recipiendi. Atqꝫ vt scias: rem per se expetendam esse: benefacere. aduenis modo in nostrum delatis portum: ꝛ statim abituris succurrimus. Ignoto naufrago nauem qua reuehebatur ꝛ damus ꝛ struimus. discedit ille vix satis noto salutis auctore: ꝛ nunc amplius in conspectum nostrum reuersurus. debitores nobis deos delegat: precaturqꝫ vt illi pro se gratiam reddant. Interim nos iuuat sterilis beneficij conscientia. Quid cum ipso vitæ in fine constituimus: cum testamentum ordinamus: non beneficia nobis nihil profutura diuidimus. Quantū temporis cōsumit: cꝫ diu secreto agitur: quātum ꝛ quibus demus? Quid enim interest: quibus demus anulo recepturi? At qui nūcꝫ diligentius damus. Nuncꝫ magis iudicia nostra torquemus: cꝫ vbi remotis vtilitatib⁹: solum ante oculos honestum stetit. Tamdiu officiorum mali iudices: cꝫ diu illa deprauat spes ac mætus: ac incertissimū vicium voluptas. Vbi mors interclusit oia: ꝛ ad ferendam

sentẽtiã in corruptũ iudicẽ misit. Quærimus dignissimos quibus nostra tradamus. Nec quicq̃ cura sanctiore componimus q̃ quod ad nos non pertinet.

T mehercule tunc magna voluptas subit cogitantẽ. buncẽgo locupletiorem faciã 7 huius dignitati adiectis opibus aliquid splendoris affundam. Si non damus beneficia: nisi recepturi intestatis moriendũ sit. dicitis inquit beneficium creditum insolubile esse. Creditum autẽ non est res per se expetenda. Cum creditũ dicimus: imagine 7 translatione vtimur. Sic enim 7 legem scimus iusti iniustiq̃ regulam esse: 7 regula non est res per se expetenda. Ad hæc verba demonstrandæ rei causa descendimus. Cũ dico creditum: intelligitur tanq̃ creditũ. Vis scire adiectio insolubile: cum creditũ nullum nõ solui aut possit: aut debeat. Adeo beneficiũ vtilitatis causa dandũ nõ est: vt sæpe quemadmodũ dixi cum damno ac periculo dandum sit. Si latronibus circũuentũ defendo: vt tuto transire permittatur: rerũ gratia laborantem tueor: 7 hominũ potentiũ factionem in me cõuerto quas illi subtraxero sordes: sub accusatoribus idem fortasse sumpturus: cum abire in partẽ alteram possim: 7 securus spectare aliena certamina: spondeo pro iudicato: 7 suspensũ amici bonis libellum deijcio creditoribus eius me obligaturus: vt possim seruare proscriptũ: ipse proscriptionis periculum adeo. Nemo Tusculanum atq̃ Tiburtium emere paratus: salubritatis causa: 7 æstiui secessus: quoto anno empturus sit disputat: cum emerit tuendũ est. Eadem in beneficijs ratio est. Nam cũ interrogaueris quid reddat? Respondebo bonam cõscientiam. Quid reddit beneficium dic tu mihi? Quid reddat iustitia? Quid innocentia? Quid magnitudo animi? Quid pudicitia? Quid temperantia? si quicq̃ præter ipsas nõ petis.

Vndus in quid incessu absoluit: in quid sol diẽ extendit 7 contrahit? Omnia ista beneficia sunt. Fiũt enim nobis profutura. Quomodo mũdi officium est circumagere rerũ ordinem. quomodo solis loca mutare: ex quibus oriatur: in quæ cedat 7 hæc salutaria nobis facere sine præmio. Ita viri officiũ est iter alia 7 beneficiũ dare. Quare ergo dat? ne nõ det: ne occasionẽ benefaciẽdi pdat. Nobis voluptas est inertis ocij facere corpusculum: 7 securitatem sopitis similimã appetere: 7 sub depressa vmbra latitare: teneri/ miscq̃ cogitationibus quas tranquillitatem vocatis animi marcentis oblectare torpore: 7 cibis potionibusq̃ intra ortorũ latebras: corpora ignauia pallentia saginare. Nobis voluptas est dare beneficia vel laboriosa dũ alioq̃ labores leuẽt: vel periculosa dũ alios a piculis extrahant: vel rationes nostras aggrauatura dum alioq̃ necessitates 7 angustias laxent. Quid mea interest an recipiã beneficia: etiam cum recæpero danda sunt? Beneficium eius cõmodũ spectat cui præstatur: non nostrum. Alioquin nobis illud damus. Itaq̃ multa quæ summã vtilitatẽ aliis afferunt: precio gratiam perdũt. Mercator vtilibus prodest. Medicus ægris. Mango venalibus. Sed omnes isti quia ad alienum commodũ p suo veniũt: non obligant eos quibus prosunt.

On est beneficiũ quod in quæstum mittitur. Hoc dabo: hoc recipiam. auctio est. Nõ dicam pudicam mulierem: quæ amatorem vt incenderet repulit: quæ aut legem: aut virum timuit: vt ait Ouidius: quæ quia non licuit non dedit illa dedit. nõ immerito in numerũ peccantium refertur: quæ pudicitiam timori præstitit: non sibi. Eodem modo qui beneficium vt reciperet dedit: non dedit. Ergo 7 nos beneficiũ damus animalib9 quæ aut vsui: aut alimento futura nutrimus. Beneficium enim damus arbustis quæ collimus: ne siccitate aut immoti 7 neglecti soli duricia laborent. Nemo ad agrum colendum ex æquo 7 bono venit: nec ad vllam rem: cuius extra ipsam fructus est. Ad beneficium dandum non adducit cogitatio auara: nec sordida: sed humana. liberalis cupiens dare etiam cum dederit: 7 augere nouis ac recentibus vetera: non habens propositũ quanto ei cui præstat bono futura sit. Alioquin humile est: sine laude: sine gloria prodesse: ea expedit. Quid magnifice est se amare: sibi parcere: sibi acquirere? Ab omnibus istis vera beneficij dandi cupio aduocat ad detrimentũ: iniecta manu trahit: 7 vtilitates relinquit: ipso benefaciendi opera lætissima.

Vnquid dubium est: quoniam contraria sit beneficio iniuria: quomodo iniuriam facere per se vitanda ac fugienda res est: sic beneficium dare per se expetenda.

illic turpitudo contra omnia premia: in scelus hortantia valet: ad hoc inuitat honesti ꝑ se efficax species. Non mentiar: si dixero neminem non amare beneficia sua: neminem non ita compositum animo: vt libentius cum videat in quez multa concessit: cui non causa sit itez dandi beneficij semel dedisse. Qd̄ non accideret: nisi nos ipsa delectarent beneficia. Qꝫ sæpe dicentem audias: Non sustineo illum deserere cui dedi vitam: quem e periculo eripui. Rogat me vt causam suam contra homines gratiosos agam. Nolo: sed quid faciam? Iam illi semel: iterūq; affui. Non vides inesse isti rei proximam quandam vim: quæ nos beneficia dare cogit? Primū quia oportet: deinde quia videbimus cui initio ratio nō fuisset præstādi aliquid ei præstamus: ob hoc quia præstitimus: adeoq; nos ad beneficia ipellit vtilitas: ⁊ inutilia tueri ac perseuerare. perseueramus sola beneficij charitate. Cui etiam infœliciter dato indulgere: tam naturale q̄ liberis paruis.

Dem isti gratiam referre ipsos fatentur: non quia honestum est: sed quia vtile: qd̄ non esse ita minorem opera probanduz est. Quia quibus argumentis collegimus beneficium dare: per se rem expetendam esse: hisdem etiam hoc collegimus. Fixū est illud a quo in cætera probationes nostræ exeunt. Honestum ob nullam aliam causam: q̄ quia honestum sit colit. Quis ergo controuersiam facere audebit? An gratū esse honestum sit? Quis non ingratum detestetur hominē: sibi ipsi inutilem? Quid autē tibi videtur: cuz tibi narraꝫ de eo qui aduersus summa beneficia amici sui ingratus est? Quomodo id fecerit vtrū tanq̄ tunc turpem fecerit: an tanq̄ vtilez rem sibi ⁊ profuturā cōmiserit? Puto nequā hominē existimas cui pœna: nō cui curatore opus sit. Quod non accideret nisi gratuz esset per se expetendū: honestumq; esset. Alia fortasse minus dignitatem suam præferūt: ⁊ an sint honesta interprete egent. Hoc expositū est pulchrius: q̄ vt splendor eius dubie ac parum luceat. Quid tam laudabile? Quid tam æqualiter in omniū animos receptū: q̄ referre bene meritis gratiam?

D hoc dic mihi quæ causa nos perducit lucruz: quod qui non contemnit ingratus est? Ambitio. Et quæ iactatio est soluisse quod debeas? Nœtus nullus ingrato. Huic enim vni rei nō possumus legē tanq̄ satis natura cauisset. Quomodo nulla lex amare parentes: indulgere liberis iubet. Superuacuū est inquit: in huius impelli. Quē admodum nemo in amore sui cohortandus est: quem admodum quod nascitur trahit. Ita ne ad hoc quidem vt honesta per se petat: placet suapte natura. Adeoq; gratiosa virtus est: vt insitum sit etiam malis probare meliora. Quis est qui non beneficijs videri velit? q̄ nō inter scelera ⁊ iniurias opinionem bonitatis affectet? qui non ipsis quæ impotentissime fecit: speciem aliquam induat recti? Velit quoq; his videri beneficiū dedisse quos læsit. Gratias itaq; agi sibi ab his quos afflixere patiūtur: bonosq; se ac liberales fingunt: qa spectare non possunt. Quod non facerēt nisi illos honesti ⁊ per se expetendi amor cogeret moribus suis opinionem contrariam quærere: ⁊ nequiciam abdere. Cuius fructus concupiscitur. ipsa vo odio: pudoriq; est. Nec quisq; tantum a naturali lege descisit: ⁊ hominem exuit vt animi causa malus sit. Dic ergo cuilibet ex istis qui rapto viuunt: an ad illa quæ latrocinijs ⁊ furtis consequuntur: malint ratione bona peruenire? Optabit ille cui grassari: ⁊ transeuntes percutere quæstus est: potius illa inuenire q̄ eripere. Neminem reperies qui non nequiciæ premijs sine nequicia frui malit. Maximum hoc habemus naturæ meritum q̄ virtus in omnium animos lumen suum permittit: etiam qui non sequuntur illam: vident.

C scias per se expetendum esse grati animi affectionem: per se fugienda res est ingratum esse. Quoniam nihil æque concordiam humani generis dissociat: ac distrahit: q̄ hoc vicium. Nam quo alio tuti sumus: q̄ q mutuis iuuamur officijs. Hoc vno instructior vita. Contraq; incisiones subitas: munitior est beneficiorum cōmentio Fac nos singulos quid sumus præda animaliuz ⁊ victimæ: ac bellissimus ⁊ facilimus sanguis. Quoniam cæteris animalibus in tutelam sui satis virū est. Quæ cunq; vaga nascebantur: ⁊ actura vitam segregem armata sunt. Hominem imbecilla vis cingit. Non vnguium vis: non dentium: terribilem cæteris fecit. Nudum ⁊ infirmum societas munit. Duas res dedit quæ illum obnoxio quolibet validissimum facerent: rationem: ⁊ societatē.

Itaq; qui par esse nulli posset si seduceretur. Societas illi dominiuz omniū animaliū dedit Societas terras gentiū in alienæ naturæ transmisit imperiū: 7 dominari etiā in mari iussit. Hæc morboꝝ impetus arguit: senectuti adminicula prospexit: solacia contra dolores dedit Hæc fortis nos facit q̄ licet contra fortunam aduocare. Hanc societatem tolle: 7 vnitatem generis humani quia vita sustinere scindes. Tollet autē si efficies: vt ingratus animus nō per se vitandus sit: sed quia aliud illi timendum est. Et̄ multi sunt enim quibus ingratos esse tute licet. Deniq; ingratū voco: quisquis mœtu gratus est.

Eos nemo sanus timet. Furor est enim metuere salutaria. Nec quisq̄ amat quos timet. Tu deniq; Epicure deū inermem facis. Omnia illi tela: omnem detraxisti potentiā: 7 ne cuiq̄ metuendus esset: proiecisti illū mœtuz. Hunc igit̄ septuz ingenti quidem 7 inexplicabili muro: diuisumq; a contractu: 7 a conspectu mortaliuz. Non habes quare verearis: nulli illi nec tribuendi: nec nocendi materia est. In medio interuallo huius 7 alterius cœli desertus: sine animali: sine homine: sine re: ruinas mundoꝝ supra se circaq; se cadentiū cuitat: non exaudiens vota: nec nostri curiosus. Vt qui tunc vis videri colere non alteri q̄ parētes: grato vt opinor animo: aut si non videri gratus: q̄a nullū habes illi⁹ beneficiuz: sed a te atomi: 7 istæ micæ tuæ forte ac temere conglobauerūt. Cur colis? ꝓpter maiestatem inquis eius eximiam: singularemq; naturam: vt concedam tibi. Nempe hoc facis nulla spe: nullo precio inductus. Est aliquid per se expetendum: cuius teipsa dignitas ducit: id est bonū honestum. Quid est ergo honestius: q̄ gratum esse? Huius virtutis materia tam late patet: q̄ vita.

Ed inest inquit huic bono etiam vtilitas aliqua: cui tantum virtuti non inest: sed id ꝓpter se expeti dicit. Quod q̄uis habeat aliqua extra cōmoda: seposītis quoq; illis ac remotis placet prodest: gratum ero tantuz gratus etiam si nocet: gratus est Quid sequitur? vt hæc res illi alios amicos: alia beneficia conciliet. Quid ergo siquis sibi offensas concitaturus est? siquis intelligit adeo per hoc se nihil consecuturū: vt multa etiaz ex opposito acquisitoque perdenda sint? non libens in detrimenta descendit. Ingratus est q̄ in referenda gratia secūdū datū videt: qui sperat cū reddit. Ingratū voco q̄ ægro assidet: quia testamētū factur⁹ est: cui de hæreditate: aut delegato vacat cogitare. Faciat licet omnia quæ facere bonus amicus 7 memor officij debet: si animo eius obuersatur spes: si lucri captator est: 7 hamū iacit: vt aues quæ laceratione corporuz alunt: lapsa morbō pecora: 7 cassura e proximo speculātur. Ita hic imminet morti: 7 circa cadauer volat. Gratus animus ipsa virtute propositi sui capitur.

Is scire hoc ita esse: nec illum vtilitate corrumpi. Duo sunt genera grati hominis.

Dicitur gratus qui aliquid pro eo quod accæperat reddit. Hic fortasse ostentare se potest: habet quod iactet: quod proferat. Dicitur gratus qui bono animo accæpit beneficiū: bono dedit. Hic intra conscientiā obusus est quæ illi contingere potest vtilitas ex affectu latenti. Vtq; hic etiam si vltra facere nil potest: gratus est. Timat debet referre gratiā cupit. Quicquid vltra desideras non ipsi deest. Artifex est etiam cui ad exercendam artem instrumenta non suppetūt. Nec minus canendi peritus: cuius vocem exaudiri fremitus obstrepentiū non sinit. Volo referre gratiā: post hæc aliquid superest: non vt gratus: sed vt solutus sim. Sæpe enim 7 qui gratiā rettulit ingratus est: 7 qui non rettulit gratus. Naz vt omniū aliarū virtutū: ita huius ad animū tota extimatio redit. Hic si in officio est quicq̄d defuit: fortuna petat. Quomodo est disertus etiaz qui tacet? Fortis etiā qui compressis manibus: vel etiā alligatis? quomodo gubernator etiaz qui in sicco est? quia consummatæ scientiæ nihil deest: etiam si quid obstat quominus se vertatur. Ita gratus est etiam qui vult tantum: nec habet huius voluntatis suæ vllum alium: q̄ se testem. Immo amplius adiqciam. Est aliquando gratus etiā qui ingratus videtur: quæ mala interpretis opinio in cōtrarium tradidit. Hic quid aliud sequitur q̄ ipsam conscientiā: quæ etiam obruta delectat quæ concioni ac famæ reclamat: 7 in se omnia reponit: 7 cum ingentem ex altera parte turbam contra sentientium aspexit: non numerat suffragia: sed vna sententia vincit. Si ꝺo bonam fidē perfidiæ supplicijs affici videt: non descēdit e fastigio: sed supra pœnā suā cōsistit.

Hæc inquit quod volui: quod petij. Non pœnitet nec pœnitebit: nec vlla iniquitate me eo fortuna perducet: vt hanc vocē audiaz. Quid mihi volui: q̄d mihi nūc

prodest bona voluntas? prodest & in eculeo: prodest & in igne. Qui si singulis mẽbris admoueatur: & paulatim viuum corpus circumeat: licet ipsum corpus plenum bona conscientia stillet: placebit illi ignis per quem bona fides collucebit. Nunc quoq; argumentũ ꝯuis ductum iam reducatur. Quid est quare grati velimus esse: cum morimur? quare singulos perpendamus officia? quare id agamus in omnem vitam nostram memoria decernente? ne cuius officij videamur obliti. Nihil iam supereſt: quo ſpes porrigatur. in illo tamẽ cardine positi: abire e rebus humanis ꝯgrauissimi volumus. Est videlicet magis in ipso opere merces rei: & alliciendas mentes hominũ ingens honesti potentia: cuius pulchritudo animos circumfũdit: & delinitos admiratione luminis ac fulgoris sui rapit. ac multa hinc cõmoda oriuntur: & tutior est vita melioribus amoriq; & secundum bonorum iudicium ætasq; securior: quam innocentia: quam grata mens prosequitur. Fuisset enim iniquissima rerum natura: si hoc tantum bonum miserum & anceps & sterile fecisset. Sed illud intuere an ad istaz virtutem quæ sæpe tuto ac facili datur: etiam per saxa: & rupes: & feris ac serpentibus obsessum iter: fueris iturus.

On ideo per se non est expetendum cui aliquid extra quoq; emolumenti adhæret. Fere enim pulcherrima quæq; multis: & aduentitijs comitata sunt rotibus: sed illas trahunt: ipsa procedunt. Num dubium est: quin hoc humani generis domicilium: circuitus solis ac lunæ vicibus suis temperet: quin alterius calore alantur corpora terræ relaxentur: immodici humores comprimantur: alligantis omnia hyemis tristicia frãgatur: alterius tempore efficaci & penetrabili rogatur maturitas frugum? Quin ad huius cursum fæcunditas humana respondeat: quin ille animum obseruabilem fecerit circumactu suo. Hæc mensem minoribus spæræ spacijs flectens. Vt tamẽ detrabas ista nõ erat ipse sol idoneum oculis spectaculum: dignusq; adorari si tantum præteriret. Non errat digna suspecta luna: etiam si ociosum sidus transcurreret. Ipse mundus quotiens per noctez ignes suos fudit: & tantum stellarum innumerabilium refulsit: quem non intentu ipse tenet. Quis sibi illa tunc committatur prodesse cogitat? Aspice ista tanto superne cœtu labentia: quemadmodum velocitatem suam sub specie stantis: atq; immoti operis abscondant Quantum ista nocte: quantum in numeruz ac discrimen demum obseruas. Igitur quãta rerum turba sub hoc silentio euoluitur: quantam fatorũ seriem certus limes adducet. Ista quæ tu non aliter ꝯ in decore sparsa consideras singula in opere sunt. Nec enim est q̃ æstimes septem sola discurrere: cætera hærere. paucorum motus comprehendimus. Innumerabiles vo longiusq; a cõspectu nostro seducti dij eunt: redeuntq;. Et ex his qui oculos nostros patiũtur: plæriq; obscuro gradu pergunt: & per occultum aguntur. Quid ergo non capens tantæ molis aspectu? etiaz si te non regat: non custodiat: nõ foueat: generetq;: ac spiritu suo riget.

Demadmodum hæc quum primum vsum habeant: & necessaria vitaliaq; sint: maiestas tamen eorum totam mentem occupat. Ita omnis illa virtus: & imprimis grati animi: multum quidez præstat: sed non vult ob hoc diligi. amplius quidez in se habet: nec satis ab eo intelligitur: a quo inter vtilia numeratur. Gratus est quia expedit: ergo & quãtũ expedit. Non recipit soridum virtus amatorem. Soluto ad illã sinu veniendum est. Ingratus hic cogitat: Volebam gratiam referre: sed timeo impẽsas: timeo periculum: vereor offensam: Faciam potius quod expedit. Non potest eadem ratio: & gratum facere & ingratum. Vt diuersa illorum opera: ita inter diuersa proposita sunt. Ille ingratus est ꝯuis non oporteat: quia expedit. Hic gratus est ꝯuis non expediat: quia oportet.

Hopositum est nobis ꝑm rerũ naturam viuere: & deorũ exemplum sequi. Dij autem quodcunq; faciunt: in eo nihil præter ipsam faciendi rationem sequuntur. nisi forte æstimas fructum operum suorum ex fumo holocaustorum & turis odore percipere. Vide quanta quotidie moliantur: quanta distribuant: quantis terras fructibus impleant: ꝯ opportunis & in omnes oras ferentibus ventis: maria permoueant: quantis imbribus repente deiectis: solum molliant: venasq; fontium arentes reintegrent: & infuso per occulta nutrimento remouent. Omnia ista sine mercede: sine vllo ad ipsos perueniente cõmodo faciunt. Hæc quoq; nostra ratio: si ab exemplari suo non aberrat: seruet

ne ad res honestas conducta veniat. Pudeat vllum venale esse beneficium. Gratuitos habemus deos. Si deos quidem imitaris: da & ingratis beneficia. Nam & sceleratis sol oritur & piratis patent maria.

De loco interrogant: an vir bonus daturus sit beneficium ingrato: sciens ingratū esse: permitte mihi aliquid interloqui: ne interrogatiōe insidiosa capiamur. Duos ex constitutione stoica accipe ingratos. Alter est ingratus: quia stultus est: stultus etiaz malus est. qui malus est: nullo vicio caret. Ergo & ingratus est. Sic omnes malos intemperātes dicimus auaros: luxuriosos: malignos. Non quia ista omnia singulis magna & nota vicia sint: sed quia esse possunt: & sunt etiaz si latent. Alter est ingratus qui a vulgo dicitur in hoc vicium natura pronus & propensus. illi ingrato qui sic hac culpa non caret: quomodo nulla caret: dabit beneficium vir bonus. Nulli enim dare poterit: si tales homines submouerit. Huic ingrato qui beneficiorum defraudator est:: & in hanc partem procubuit animo: non magis dabit beneficium: q̄ captatori quis pecuniam credit: aut depositū cōmittet ei qui iam pluribus abnegauit. Timidus dicitur aliquis: quia stultus est & ob hoc quia malos sequitur: quos indiscreta & vniuersa vicia circūstant. Dicitur timidus proprie natura: etiam ad inanes sonos pauidus. Stultus omnia vicia habet: sed non in omnia natura pronus est. Alius in auariciam: alius in luxuriam: alius in petulantiam inclinatur.

Tacq̄ errant illi qui interrogant stoicos: Quid ergo Achilles timidus est? Quid ergo Aristides cui iustitia nomen dedit: iniustus est? Quid ergo & Fabius qui cunctando restituit rem: temerarius est? Quid ergo Decius mortem timet? Mutius proditor est. Camillus desertor. Nō hoc dicimus: quia sic omnia vicia esse in omnib⁹. quomodo in quibusdam singula eminent? Sed malum ac stultum nullo vicio vacare: nec audacem quidem timoris absoluimus: nec prodigum quidem auaricia liberamus. Quomodo homo omnes sensus habet? Nec ideo tamen omnes homines aciem habent lynceo similem. Sic qui stultus est: tamen acria & concitata habet omnia: q̄ quidam quædam. Omnia in omnibus vicia sunt: sed non omnia in singulis extant. Hunc natura ad auariciam impellit. Hic libidini: hic vino deditus est. aut si nondum deditus: ita format⁹: vt in hoc illum mores sui ferant. Itaq̄ vt ad propositum reuertar. Nemo non sine ingratitudine: id est ingratus est: qui malus est. Habet enim omnia nequiciæ semina. Tamen ꝓprie ingratus appellatur qui ad hoc vicium vergit. Huic ergo beneficium nō dabo. Quomodo malæ filiæ suæ consulit: qui illam contumelioso & sæpe repudiato collocauit? Quomodo malus paterfamiliæ habebitur: qui negociorum gestorum damnato patrimoniū suaz curā mandauerit? Quomodo clæmentissime testabitur: qui tutorem filio reliquerit: pupillorū spoliatorem? Sic pessime beneficia dare dicetur quicunq̄ ingratos eligit: in quos peritura conferat.

Ji quoq̄ inquit multa ingratis tribuunt: sed illa bonis parauerunt. Contingunt autem malis: quia separari non possunt. Sanctius est autem prodesse etiam malis propter bonos: q̄ bonis deesse propter malos. Itaq̄ refers diem: solem: hyemis æstatisq̄ cursus: & media veris: autumniq̄ tempora: imbres: & fontium haustus: ventorum stantes flatus pro vniuersis inuenerunt excerpere singulos non potuerunt. Rex bonores dignis dat. Donatio Imperatoris est: congiarium & indignis. Frumentum publicum tam fur q̄ periurus & adulter accipiunt: & sine delectu morum quisquis ciuis est. quicquid aliquid est quod tanq̄ ciui: non tanq̄ bono datur: ex quo boni ac mali fecerunt. Deus quoq̄ quædam in vniuerso humano generi dedit: a quibus excluditur nemo. Nec enim poterat fieri: vt ventus bonis viris secundus esset: contrarius malis. Cōmune autez bono erat patere commercium maris: & regnum humani generis relaxari. Nec poterat lex casuris imbribus dici: ne in malorum improborumq̄ rura defluerent. Quædam in medio ponuntur: tam bonis q̄ malis conduntur vibes. Monumenta ingenuorum: & ad indignos peruentura publicauit edictio. Medicina enim sceleratis opem ministrat. Compositiones remediorum salutarium nemo suppressit: ne sanarentur indigni. In his exige censuram: & personarum æstimationem: quæ separatim tanq̄ digno dantur: non bis quæ promiscue turbam admittunt. Multum enim refert vtrum aliquem non excludas: aut eligas

Jus ⁊ fori omnibus dicitur. Pace etiam homicidæ fruuntur: sua repetunt etiaꝫ qui aliena rapuerunt. Persecutores ⁊ domi ferrum exercentes: murus ab hoste defendit. Legum præsidio qui plurimum in illas peccauerunt proteguntur. Quædam non poterant cæteris cõtingere: nisi vniuersis darent. Nõ est itaqꝫ q̃ de istis disputes ad quæ publicæ inuitati sumus. Illud quod iudicio meo ad aliquem peruenire debebit: ei quem ingratum sciam nõ dabo.

Rigo inquit nec consilium deliberanti dabis ingrato: nec aquam haurire permittes nec viam erranti monstrabis ingrato. Ten hæc quidem facies: sed nihil donabis: distinguam istud certe: ⁊ tentabo distinguere. Beneficium est opera vtilis: sed nõ omnis opera vtilis beneficium est. Quædam enim tam exigua sunt: vt beneficij nomẽ nõ occupent. Duæ res coire debent quæ beneficium efficiant. Primum rei magnitudo. Quædam enim sunt in huius nominis mensura. Quis beneficium dixit: quadram panis: aut stipem æris abiecit: aut ignis accendendi factam potestatem? Interdum ista plus prosunt q̃ maxima. Sed tamen vtilitas sua: illis etiam vbi temporis necessitate facta sunt necessaria detrahit pretium. Deinde quod potentissimuꝫ est oportet accedat: vt eius causa faciam ad quem volebam peruenire beneficium: dignumqꝫ eum iudicem: ⁊ libens id tribuam: quapienscꝫ ex munere meo gaudium. Quorum nihil est in istis de quibus loquebamur. Nõ enim tanq̃ dignis illa tribuimus: sed negligenter tanq̃ paruis. ⁊ non homini damus: sed humanitati.

Aliquando daturum me etiam indignis quædam non negauerim: in honorẽ aliorum. sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos vtilitas: alios nobilitas industrijs prætulit. Sed nobis non sine ratione. Sacra est magnarum virtutum memoria: ⁊ etiam plures bonos iuuat: si gratia bonorum non cum ipsis cadat. Ciceronem filium quæ res consulem fecit: nisi pater. Cirinam nuper quæ res ad consulatuꝫ recepit ex hostium castris? quæ sextum Pompeiũ: aliosqꝫ pompeios: nisi vnius viri magnitudo: tãta quidem vt satis alte omnes suos etiam ruina eius attoleret. Quid nuper Fabium persicũ cuius osculum etiam impediret viri nota boni: sacerdotem non in vno collegio fecit: nisi verecundi: ⁊ alobrogici: ⁊ ille trecenti qui hostium incursioni pro republica vnam domũ obiecerant. Hæc debemus virtutibus: vt non præsentes solum illas: sed etiam ablatas e conspectu colamus. Quomodo illi idem egerunt: vt non in vnam ætatem prodessent: sed beneficia sua etiam post ipsas relinqueret. Ita ⁊ nos non vna ætate grati sum⁹. Hic magnos viros genuit. Dignus est beneficijs: qualiscunqꝫ est dignos dedit. Hic egregijs maioribus ortus est: qualiscunqꝫ est sub vmbra suorũ lateat. Vt loca sordida repercussu solis illustrãt. Ita merces maiorum suorum luce resplendeat.

Excusare hoc loco mi Liberalis deos volo. Interdum enim solemus dicere q̃d tibi voluit prudentia quæ Archideum regno imposuit. illi putas hoc datum patri ei⁹ datum est: ⁊ fratri. Quare Cæsarem orbi terrarum præfecit hominem humani sanguinis auidissimum: quem non aliter fluere in conspectu suo iubebat q̃ si ore excepturus esset. Quid ergo tu illi hoc datum æstimas: patri eius germanico dant: auo: proauoqꝫ: ⁊ ante alios alijs non minus claris viris etiã si priuato paresqꝫ alijs vitã exegerunt. Quid tu cũ Manercum Scauruꝫ heros faceres? ignorabas ancillarum suarum menstruum ore illum biante expectare. Nunquid eniꝫ ipse dissimulabat? Nũquid purus videri volebat? Referam dictum eius tibi ĩ se quod circumferri memini: ⁊ ipso præsente laudari. Polioni annio iacenti: obscœno verbo vsus dixerat: se facturum id quod pati malebat: ⁊ cũ Pollionis actatiorẽ vidisset frontem: quicquid inquit mali dixit mihi: ⁊ capiti meo. Hoc dictũ suum ipse narrabat: hominem tam palam obscœnum: ad fasces: ⁊ ad tribunal admisisti. Nempe dum vetorem illum Scauruꝫ senatus principem cogitasset: indigne fert sobolem eius iacere.

Eos verisimile est: vt alios indulgentius tractent propter parẽtes auosqꝫ. Alios propter futuram nepotum pronepotumqꝫ: ac longe sequentium posteram indolẽ. Nota est enim illis operis sui series: omniumqꝫ illis rerum suas per manus iturarum scientia in apertis semper est: nobis ex abdito subdit. Et quæ repentina putamus illis prouisa veniunt: ac familiaria. Sint hi reges quia maiores eorum non fuerunt: quia pro

ſummo imperio habuerunt: iuſticiam: abſtinentiam. Quia non rempublicam ſibi: ſed ſe reipublicæ dicauerũt. Regnent hi: quia vir bonus: quidã autẽ proauus eoꝝ fuit. Animũ ſupra fortunam geſſit. Qui in diſſenſione ciuili: quoniam ita expediebat reipublicæ vinci: q̃ vincere maluit. Referre illi gratiaꝝ tam longo ſpacio non potuit. In illius reſpectum: iſte populo præſideat: nõ quia ſcit aut poteſt: ſed qa alius pro eo meruit. Hic corpore deformis eſt: aſpectu fœdus: 7 ornamenta ſua traditurus. Jam me homines accuſabunt: cæcum 7 temerarium dicent. Neſcientem quo loco quæ ſummis ac excellentiſſimis debentur ponam. Ait ego ſcio. Illio me' iſtud dare. Illio olim debitum ſoluere. Vnde iſti norunt illum qui' dam gloriæ ſequentis fugatiſſimum: eo vultu ad pericula euntem: quo alij ex periculo re' deunt: nunq̃ bonũ ſuũ a publico diſtinguente. Vbi inquis iſte: aut quis eſt? Vnde vos ſcitis: apud me iſte expenſorum accæptorumq̃ rationes diſpunguntur. Ego quid cui debeã ſcio. Alijs poſt longam diem repono. Alijs in anteceſſum eſt. Ait prout occaſio: 7 reipulicæ meæ facultas tulit.

Ngrato ego aliquando quædam: ſed non propter ipſum dabo. Quid ſi inquit neſcis: vtrũ ingratus ſit an gratus. expectabis donec ſcias. In dandi beneficij tempus non admittes. Expectare longuz eſt. Nã vt ait Plato: Difficilis humani animi cõiectura eſt. Nõ expectare temerariuz eſt. Huic reſpondebimus. Nunq̃ expectare nos certiſſimam rerum compræhenſionem: quoniam in arduo eſt veri exploratio: ſed ea re qua ducit veriſimilitudo. Omne hac via procedit officium. Sic ſeruimus: ſic nauigamus: ſic militamus: ſic vxores ducimus: ſic liberos extollimus. Cum omnium incertus ſit euentus Ad ea accedimus de quibus bene ſperandum eſſe 7 credimus. Quis enim pollicitetur ſe' renti prouentum: nauiganti portum: militanti victoriam: marito pudicam vxorem pa' tri pios liberos? Sequimur qua ratio: non qua veritas trahit. Specta vt niſi bene ceſſura non facias: 7 niſi comperta veritate nihil noueris: relicta omni actu vita conſiſtit. Dum ve' riſimilia me in hoc aut in illud impellant. Non vere enim beneficium dabo ei: quem veriſi' mile erit gratum eſſe.

Olta inquit interuenient ꝓpter quæ 7 malus ꝓ bono ſurrepat: 7 bonus pro malo diſpliceat. Fallaces enim ſunt rerum ſpecies quibus credimus. Quis negat? Sed nihil aliud inuenio propter quod cogitationem regaz. His veritas mihi veſtigijs ſequenda eſt. Certiora non habeo. Hæc vt q̃diligentiſſime extimem: operaz dabo: nec cito illis aſſentiar. Sic enim in prælio poteſt accidere: vt telum meum in commilitonez manus dirigat: aliquo errore decæpta: 7 hoſti tanq̃ meo parcam. Sed hoc 7 raro accidet: 7 non vi cio meo: cuius propoſitum eſt hoſtem ferire: ciuem defendere. Si ſciam ingratuz eſſe nõ dabo beneficium. Ait obrepſit. Ait impoſuit. Nulla hic culpa tribuentis eſt: quia tanq̃ grato dedi. Si promiſeris inquit te daturũ beneficium: 7 poſtea ingratũ eſſe ſcies: dabis an non? Si facies ſciens peccas: das enim cui non debes dare. ſi negas 7 hoc modo peccas: quia non das ei cui promiſiſti. Conſcientia noſtra hoc loco titubat: 7 illud ſuperbum promiſſuz nũq̃ ſapientem pœnitet: nec vnq̃ emendare quod fecerit: nec mutare conſilium. Non mutat ſapiens conſilium omnibus his manentibus quæ erant cuz ſumeret. Ideo nulluz nunq̃ pœnitẽtia ſubijt: quia nihil melius illo tempore fieri potuit: q̃ quid factũ eſt. Nihil melius cõſtitui: q̃ quid conſtitutũ eſt. Cæterꝝ ad omnia cũ exceptiõe venit: ſi nihil inciderit quod impediat. Ideo omnia illi ſuccedere dicimus: 7 nihil contra opinionẽ accidere: quia præſumit animo poſſe aliquid interuenire: quod deſtinata prohibeat. Imprudentium iſta fiducia eſt: fortunã ſibi ſpondere. Sapiens autem vtrãq̃ partem eius cogitat. Scit quantũ liceat errori: q̃ incerta ſint humana: q̃ multa conſilijs obſtent. Ancipitem rerum aclubricã ſortem ſuſpenſus ſequitur: 7 conſilijs certis: in certos euentus. Exceptio autẽ ſine qua nihil deſtinat: nihil ingreditur: 7 hic illum tuetur.

Romiſi beneficium niſi ſi quid incidiſſet: quare non deberem dare. Quid enim ſi qꝺ illi pollicit' ſuz: patria ſibi non dare iuſſerit? Si lex lata erit: ne id quiſq̃ faciat quod ego me amico meo facturum promiſeram. promiſi tibi filiaz in matrimoniũ poſtea peregrinus apparuiſti. Non eſt mihi cum extraneo cõnubium. Eadẽ res me defendit quæ verat. Tunc fidem fallaz. Tunc inconſtantiæ crimen audiam: ſi cum omnia eadez ſint quæ erant: promittẽte me non præſtitero promiſſuz. Alioquin quicquid mutatur libertatẽ

facit de integro consulendi: & me a fide liberat. Promisi aduocationem: postea apparuit per illam causam præiudicium in patrem meū queri. Promisi me peregre vna exiturum: sed iter infestari latrociniis nūciatur. In rem præsentem venturus fui: sed iter æger filius & pu erpera vxor tenet. Omnia esse debent quæ fuerunt cum promitterez: vt promittentis fidem teneam. Quæ autē maior fieri mutatio potest: q̄ si te malum virum & ingratum comperi. Quod tanq̄ digno dabam: indigno negabo: & irascendi quoque causam habebo decep tus.

Aspiciam tamen: & quantum sit de quo agitur. Dabit mihi consilium promissæ rei modus. Si exiguum est dabo. Nō quia dignus es: sed quia promisi. Nec tāq̄ munus dabo: sed verba mea redimam: & aurem mihi peruellā. Damno castigabo promittentis temeritatem. Ecce vt doleat tibi: vt postea consideratius loquaris: quod di cere solemus: lignarium dabo. Si maius erit: non committam. quemadmodū Mecœnas ait: vt sexcentio centies obiurgatus sim. Interesse enim vtriq̄ comparabo. Est aliquid i eo quod promiseris perseuerare. Est rursus multū in eo: ne indigno beneficiuz des. Hoc tamē quantū est attendendum. Si leue cōmodamus. Si ꝓ magno mihi: aut detrimento: aut ruboꝛi futurum: malo semel excusare: quare negauerim: q̄ semper quare dederim. Totum inquam in eo est: quātum promisi mea verba taxentur. Non tantum q̄ temere promisi retinebo: sed quod non recte dedi repetam. Erroꝛi fidem non esse præstandum. Demens est qui præstat erroꝛi.

Philippus Macedonum rex habebat militem manu fortem: in multis expeditio nibus vtilem expertus operam: subinde ex præda aliquid illi virtutis causa dona uerat: & hominē venalis animæ crebris auctoramentis accēdebat. Hic naufragijs in possessiones cuiusdā macedonis expulsus est. Quod vt Macedoni illi nūciatum est. Ac currit: spiritum eius recollegit: in villam illum suam transtulit: lectulo suo cessit: effectumq̄ semianimez recreauit: diebus triginta: impensa sua curauit: refecit. Viatico instruxit subinde dicentem. Gratiam tibi referam: videre tantum mihi Imperatoꝛem meuz contingat. Nar rauit Philippo naufragiuz suum: auxilium tacuit: & protinus petijt: vt sibi cuiusdam præ dia donaret. ille quidem erat hospes eius: is ipse a quo receptus: a quo sanatus. Multa in terim reges in bello præsertim opertis oculis donant. Non sufficit homo iustus tot armatis cupiditatibus. Non potest quisq̄ eodem tempoꝛe: & bonum virum: & bonum ducem agere Quomodo tot milia hominum insaciabilia saciabuntur? Quid habebunt: si suum quisq̄ habuerit? Hoc Philippus sibi dixit cum illum induci in bona quæ petebat iussit. Expulsus bonis suis ille: non vt rusticus iniuriam tacitus tulit: contentus q̄ non & ipse donatus esset Sed Philippo epistolam scriptam: ac liberaliter scripsit. qua accepta ita exarsit: vt statim Pausaniæ mandaret: vt bona priori domino restitueret. Cæterum improbissimo militi: ingratissimo hospiti: auidissimo naufrago: stigmata inscriberet: ingratum hominem testan tia. Dignus quidem fuit: cui non inscriberentur illæ litteræ: sed insculperentur: qui hospi tem suum nudo & naufrago similem in id in quo iacuerat ipse litus impulerat. Quid vi debimus quis modus pœnæ seruandus fuit? Auferendus vtiq̄ fuit quod summo sce lere inuaserat. Quis autē pœna eius moueretur: qui id cōmiserat: pro quo nemo misereri misericoꝛs posset?

Habit tibi Philippus quia promisit etiam si non debet: etiam si iniuriam facturus: etiā si scelus facturus est: etiam si vno facto præclusurus est naufragijs litoꝛa. Non est leuitas a cognito & damnato erroꝛe discedere: & ingenue fatendū est. Aliquid putaui deceptus suz. Hæc ꝓ superbæ stulticiæ pseuerantia est. Quid semel dixerim: qua lecunq̄ est fixum ratumq̄ non est turpe cum re mutare consiliū. Age si Philippus possessoꝛē illum eoꝛum litoꝛuz reliquisset: quæ naufragio cœperat: non omnibus miseris aqua & igni interdixerat. Potius est inquit intra fines regni mei: & litteras istas oculis inscribendas: durissima fronte circūferri. Ostende q̄ sacra res sit mensa hospitalis. Præclare in facie tua le gendum istud decretum: quod cauetur: ne miseros tecto iuuare capitale sit. Magis ista cō stitutio sit rata q̄ si erit illa in æs incidissem.

Dare ergo Zeno noster: cum quingentos denarios mutuos cuidam promisisset: & ipse illum parum idoneum comperisset: amicis suadētibus ne daret: perseuerauit

credere. Quia promiserat primum. Alia conditio est in credito: alio in beneficio. Pecuniæ etiam male creditæ exactio est. Et appellare debitorem ad diem possum: & si foro cesserit: postionem feram. Beneficium & totus perit: & statim. Præterea hoc mali viri est: illud mali patrisfamiliæ. Deinde nec Zeno quidez: si maior fuisset summa credere perseuerasset. Quingenti denarij sunt illud quod dici solet: in morbo consummat: fuit tanti non revocare promissum suū. Ad cœnam quia promisi ibo: etiam si frigus erit: non quidez si niues cadent. Surgam ad sponsalia: quia promisi: q̄uis non concusserim: sed non si febricitauero: spondam descendam quia promisi: sed non si spondere me incertum videbis: si fisco obligabis. Subest inquā tacita exceptio: si potero: si debebo. Si hæc ita erūt: effice vt idem status sit: cuz exigit: qui fuit cū promittere. Destituere leuitas nō erit: si aliq̄d interuenit noui. Quid miraris cū conditio promittentis mutata: mutatū esse consilium. Eadem mihi omnia præsta: & idem sum. Admonitū promittimus tamen deseritur. Non in omnes datur actio. Deserentem vis maior excusat.

Dem etiam illa in quæstione responsum extima: an omnimodo referenda sit gratia: & an beneficium vtiq̄ reddendum sit. Animū præstare gratum debeo. Cæterū aliquando me referre gratiam non patitur mea infœlicitas. Aliquando fœlicitas eius cui debeo. Quid enim regi: quid pauperi: diuiti reddam? vtiq̄ quidam recipere beneficium iniuriam iudicent: & beneficia subinde alijs beneficijs onerent. Quid amplius in horum personam possum q̄ velle. Nec ideo enī beneficiuz nouū reijcere debeo: quia nonduz prius reddidi. Accipiam tam libenter q̄ dabitur: & præbebo me amico meo exercendæ bonitatis suæ capacem materiam. Qui noua accipere non vult: acceptis offenditur. Non refero gratiā. Quid ad rem: nō est p me mora. si autē occasio mihi deest: aut facultas. ille præstitit mihi: nempe cum occasionē haberet: cuz facultatē. Refert vtrū bonus vir est: an malus Apud bonuz virum: bonam causaz habeo. Apud malū non ago. Nec illud quidē æstimo faciendū: vt referre gratiā: etiam inuitis his quibus refertur properemus: & instemus recedentibus. Non est referre gratiam q̄ volens accæperis: volenti reddere. Quidam cum aliquod illis missum est munusculuz: subinde aliud intempestiue remittunt: & nihil se debere testantur. Reijciendi sunt: pignus est protinus aliud inuicem mittere: & munus munere expingere. Aliquando & non reddam beneficium cū possim: quando plus mihi detracturus ero: q̄ illi collaturus: si ille non erit sensurus vllā accessionem recepto eo: quo reddito mihi multum accessurū erit. Qui festinat vtiq̄ reddere: non habet animū grati hominis: sed debitoris. Et vt breuiter dicaz: qui nimis cito cupit soluere: inuitus debet. qui inuitus debet ingratus est.

Lucij Annei Senecæ de beneficijs.
Explicit liber quartus. Incipit quintus.

In prioribus libris videbar consummasse propositū: cum tractassem quemadmoduz dandum esset beneficiū: & quēadmodū accipiendum. Hi enim sunt huius officij fines. q̄d vltra morem non seruio matrimonio: sed indulgeo quæ quo ducit sequēda est: non quo inuitat. Subinde eniz nascetur quo lacessat aliqua dulcedine animū: magis nō saperuacuū q̄ necessariū. Dein quia ita vis perseueremus: peractis quæ rem cotinebant scrutari: etiam ea quæ sunt his connexa: verū non cohærētia: quæ quisquis diligenter inspicit: nec facit operæ preciū: nec tamen pdit operaz. Tibi autē hominū natura optimo: & ad beneficia propenso Liberalis Eburti: nulla eorū laudatio satisfacit. Neminē vnq̄ vidi taz benignū: etiā leuissimoz officiorū æstimatorē. Jam bonitas tua eo vsq̄ plapsa est: vt tibi dari putes beneficiū quod vlli datur. Paratus es ne quē beneficij pœniteat pro ingratis dependere. Ipse vsq̄ eo abes ab omni iactatione: vsq̄ eo statim exonerare: quos obligas: vt quicquid in aliquez confers: velis videri non præstare: sed reddere. Idcoq̄ plenius ad te sic data reuertentē. Nam fere sequūtur beneficia non reposcentem. Et vt gloria fugientes magis ac magis sequit. Ita fructus beneficioz gratius respōdet: q̄ illis p quos etiā esse ingratos licet. Per te ꝙo non est mora quominus beneficia qui acceperunt vltro repetant. Nec recusabis conferre alia: & suspensis dissimulatisq̄ plura ac maiora adijcere. Propositū optimi viri: & ingentis animi est: tamdiu ferre ingratū: donec feceris gratū. Nec te ista ratio

decipiet. Succumbunt vicia virtutibus: si illa cū cito odisse præ parauerit.

Illud vtiq; vnice tibi placet: velut magnifice dictuz. Turpe est beneficijs vinci. qō an sit verū non immerito quæri solet: longeq; aliud est q̄ mente concipis. Nunq; enim in rerum honestarū certamine superari turpe est: dūmodo arma non proijcias ⁊ victus quoq; velis vincere. Non omnes ad bonū propositū easdez afferunt vires: easdē facultates: eandem fortunā: quæ optimoꝝ quoq; consiliorum duntaxat exitus temperat. Voluntas ipsa rectum petens laudanda est etiā si illaz alius gradu velocioꝝ anteceſſit. Nō vt in certaminibus ad spectaculum editis: meliorem palmam declarat: q̄q; in illis quoq; sæpe deteriorem præstulit casus: vbi de officio agitur: q̄ vterq; a sua parte esse q̄pleniſſime cupit: si alter plus potuit: ⁊ ad manū habuit materiam sufficientem animo suo: si illi quātū conatus est fortuna permisit. Alter aūt volūtate. paꝝ est etiā si minora q̄ accæpit reddidit aut omnia non reddidit: sed vult reddere ex toto: in hoc intentus est animo: in hoc victus est: q̄ qui in armis moritur: quē occidere facilius hostis potuit: q̄ auertere. Quod ipse æstimas id decidere viro bono non potest: vt vincatur. Nunq; enim succūbet: nūq; renūciabit ad vltimū vsq; diē vitæ stabit paratus: ⁊ in hac statione morietur. Magna se accæpisse præferens paria voluisse.

Macedonū vetant suos pancratios certu decernere: sibi inferiorem ostendit victi confessio. Cursor metam prior contingit velocitate: illū non animo anteceſſit. Luctator abiectus perdidit palmam non tradidit. Cuz inuictos esse Lacedemonij ciues suos magno æstimarent: ab his certaminibus remouerunt: in quibus victorem facit non iudex: nec per se ipse exitus: sed vox cedentis: ⁊ tradere iubentis. Hoc quod illi in ciuibus suis custodiunt: virtus ac bona voluntas omnibus præstat: ne vnq; vincatur. Quoniam quidem etiam inter superantia animus inuictus est. Ideo nemo. ccc. Fabios victos dicit: sed occisus. Et Regulus captus est a pœnis: nō victus. Et quisq; alius sæuientis fortunæ vi ac pondere oppressus: non submittit animum. In beneficijs idem est. Plura aliquis accæpit: maiora frequentioꝝ: non tamen victus est. Beneficia fortasse beneficijs victa sunt: si inter se data ⁊ accæpta computes. Si dantem ⁊ accipientem comparaueris: quorū animi ⁊ per se æstimandi sunt: penes neutrum erit palma. Solet enim fieri vt etiam cum alter multis vulneribus confossus est: alter leuiter quidem saucius pares exisse dicantur: q̄uis alter videatur inferior.

Ego nemo vinci potest beneficijs. Scit debere si vult referre: si quidem rebus non potest: animo æquat. Hic q̄diu in hoc permanet: q̄diu tenet voluntatem: gratuz animum signis approbat. Quid interest ab vtraq; parte munuscula plura numerentur? Tu multa dare potes: at ego tantum accipere possum. Tecum stat fortuna. Mecum bona voluntas. Tamen tam par tibi sum: q̄ multis armatiſſimis: nudi autem leuiter armati. Nemo itaq; beneficijs vincitur: quia tam gratus est quisq; q̄ voluit. Nam si turpe est beneficijs vinci: non oportet a præpotentibus viris accipere beneficium: quibus gratiaz referre nō possis. At principibus dico a regibus: quos eo loco fortuna posuit: ex quo largiri multa possent: pauca admodū ⁊ imparia datis accepturi. Reges ⁊ principes dixi quibus tamen potest opera nauari: ⁊ quorum illa excellens potentia per animorum consensum ministeriumq; constat. Sunt quidam extra hominem omnem subducti cupiditatem: qui vix vllas humanis desideriis contingunt: quibus nihil potest præstari ipsa fortuna. Necesse est a Socrate vincar beneficijs. Necesse est a Diogene: qui per medias macedonum gaças nudus incessit: calcatis regijs opibus. Nonne ille tunc merito ⁊ sibi ⁊ cæteris quibus adiscendā veritatem non erat obfusa caligo: supra eum eminere visus est: infra quem omnia iacebant. Multo potentior: multo locupletior fuit: omnia tūc possidente Alexandro. Plus enim erat quod hic nollet accipere: q̄ quod ille posset dare.

Dn est turpe ab his vinci. Neq; enim minus fortis suz: si cū iuulnerabili me hoste committis. Nec ideo ignis minus vrere potest: si in materiam incidit iuiolabilem flammis. Nec ideo ferrū secandi vim perdidit: si non recipiens ictuz lapis solidus Inuictæ aduersus dura naturæ diuidendus est. Idez tibi de homine grato respondeo. Nō turpiter vincitur beneficijs: si ab his obligatus est: ad quos aut fortunæ magnitudo: aut eximia virtus adituz reddituris ad se beneficijs clausit. At parentibus fere vincimur. Nam

tamdiu illos odio habemus: q̄diu graues iudicamus: 7 q̄diu beneficia illorum non intelligimus. Cum iam ætas aliquid prudentiæ collegit: 7 apparere cœpit: propter illa ipsa eos amari a nobis debere: propter quæ non amabantur. Admonitiones sæueritatem: 7 inconsultæ adolescentiæ diligentem custodiam rapiuntur a nobis. Paucos vsq̄ ad verum fructum a liberis percipiendum perduxit ætas. Cæteri liberos honore senserunt. Non est turpe vinci beneficijs a parente. Quid ni non sit turpe: cum a nullo turpe sit. Quibusdam enim 7 pares 7 impares sumus. Pares animo quem solum illi exigunt: quem nos solum promittimus. Impares fortuna quæ si cui obstitit quominus referret gratiam: non ideo illi tanq̄ victo erubescendum est. Non est turpe non sequi: dummodo sequaris. Sæpe necesse est ante alia beneficia petamus q̄ prioza reddidimus. Nec ideo non petimus: aut turpiter petimus: quia non reddituri debebamus. Quia non per nos erit mora: quominus gratissimi simus: sed interueniet aliquid extrinsecus quod prohibeat. Nos tamen nec vincemur animo: nec turpiter his rebus superabimur: quæ non sunt in nostra potestate.

Lexander Macedonum rex gloriari solebat: a nullo se beneficijs victum. Non est quominus animis macedonas: 7 græcas: 7 carras: 7 persas: 7 nationes districtas sine exercitu suscipiat: ne hoc sibi præstitisse regnū: a thraciæ angulo porrectus: vsq̄ ad litus incogniti maris iudicet. Eadē re gloriari Socrates potuit: eadē Diogenes a quo victus est. Quid ni victus sit illo die quo homo super mensurā humanæ superbiæ tumēs vidit aliquem: cui nec dare quicq̄ posset: nec eripere. Archelaus rex Socratem rogauit vt ad se veniret. dixisse Socrates traditur: Nolle se ad eum venire a quo acciperet beneficia: cū reddere illi paria non posset. Primū in ipsius potestate erat non accipere. Deinde ipse dare beneficium prior incipiebat. Veniebat enim rogatus: 7 id dabat quod vtiq̄ ille non erat Socrati redditurus. Etiam nunc Archelaus daturus erat aurum 7 argentum: recepturus contemptus auri 7 argenti. Non poterat ergo Archelao referre Socrates gratiam. Et quid tantum erat acceptur⁹: quantum dabat: si ostendisset hominem vitæ ac mortis peritum vtriusq̄ fines tenentem. Si regem in luce media errantem ad rerum naturam admisisset: vsq̄ eo eius ignarum: vt quo die solis defectio fuit: regina clauderet: 7 filius quod in luctu ac rebus aduersis moris est tonderet. Quantum fuisset beneficium si tumentem e latebris suis extraxisset: 7 bonus animū habere iussisset. dicens: Non est ista solis defectio: sed duorum siderum coitus: cum luna humiliore currens via: infra ipsum solem: orbem ipsum suum posuit: 7 illū obiectu sui abscondit. Quæ modo partes suas exiguas: si in transcursu strinxit obduxit. Modo plus tegit si maiorem partem sui obiecit: modo excluſit totius aspectū si recto libramento inter solem terrasq̄ media successit. Sed iam ista sidera: hoc 7 illo deducet velocitas sua. Jam recipient terræ: 7 bicipit ordo per sæcula: dispositosq̄ ac prædictos dies habet quibus sol interciſſu lunæ retetur omnes radios effundere. Paulum expecta iam emerget: iam istam velut nubem relinquet. Jam exolutus impedimentis lucem suam libere mittet. Socrates parem gratiam Archelao ferre non posset: si illum regnare docuisset: parū scilicet magnum beneficium a Socrate accipiebat: si vllum dare potuisset Socrati. Quare ergo hoc Socrates dixit. Vt facetus 7 cuius per figuras sermo procedere solitus erat: derisor omniū maxime potentiū. Maluit illi: id est discrete vel artificiose: vel mansuete negare: q̄ contumaciter ac superbe. Dixit se nolle beneficia ab eo accipere: cui nō posset paria reddere. Timuit fortasse ne cogeretur accipere quæ nollet. Timuit ne quid indignū Socrati acciper. Dicet aliquid negasset: si nollet. Sed instigasset in se regem insolentez: 7 omnia sua magno æstimari volentem. Nihil ad res pertinet vtrū dare aliquid Regi nolis: an accipere a Rege In æquo vtranq̄ ponit repulsam. Et superbo fastidiri acerbius est q̄ non timeri. Vis scire quid vere noluerit? Noluit ire ad voluntariā seruitutem is cuius libertatem ciuitas libera ferre non potuit.

Ltis vt æstimo hanc partē tractauimus: an turpe esset beneficijs vinci: quod qui quærit sat non solere homines sibi ipsis beneficium dare. Manifestum enim fuisset. non esse turpe a seipso vinci. Itaqui apud stoicos quosdam: 7 de hoc ambigitur: an possit aliquis sibi beneficium dare: an debeat referre sibi gratiam: quod vt videret quærendum illa fecerunt. Solemus dicere gratias mihi ago: 7 de nullo quæri mihi possum alio

q̄ de me. Ego mihi irascor: & ego a me pœnas exigam: & odi me. Multa præterea huiusmodi q̄ quæ vnusquisq̄ de se tanq̄ de altero loquit. Si nocere inq̄t mihi possum: quare nō & beneficia mihi dare possum. Præterea quæ si in alium contulissem: beneficia vocarentur: quare si in me contuli non sint. Quod si ab altero accepissem: deberē. Quare si mihi ipse dedi: non debeam. Quare sim aduersus me ingratus: quod nō minus turpe est q̄ in se soridū esse: & in se durū ac sæuū: & sui negligentem. Tam alieni corporis leno mala audit q̄ sui. Nempe reprehenditur assentator: & aliena subsequēs verba: paratus ad falsa laudator non minus placens sibi: & se suspiciens: vt ita dicam: assentator suus. Vicia non tantū cū foris peccant inuisa sunt: sed cum in se retorquentur. Quem magis admiraberis: q̄ qui imperat sibi: q̄ qui se habet in potestate. Gentes facilius est barbaras impatientesq̄ alieni arbitrio regere: q̄ animum suum continere & tradere sibi. Plato inquit agit Socrati gratias q̄ ab illo didicit: quare Socrates nō agat q̄ ipse se docuit. M. Cato ait: Quod tibi deerit a teipso mutuare. Quare donare mihi non possum: si commodare possum. Innumerabilia sunt in quibus consuetudo nos diuidit. Dicere solemus. Sine tu: loquar mecū: & ego tibi aurem peruellem. Quæ si vera sunt: quemadmodum aliquis sibi irasci debet: sic & gratias agere. Quomodo obiurgare se: sic & laudare. quomodo damno sibi esse: sic & lucro potest. Iniuria & beneficium contraria sunt. Si de aliquo dicimus: Iniuriam sibi fecit. poterimus dicere: & beneficium sibi dedit. Natura sibi dedit. Natura prius est vt quis debeat: deinde vt gratias referat. Debitor non est sine creditore: non magis q̄ maritus sine vxore: aut sine filio pater.

Liquis dare debet vt aliquis accipiat. Non est dare: nec recipere: in dexteram manum de sinistra transferre. Quomodo nemo se portat: q̄uis corpus suum moueat & transferat. quomodo nemo q̄uis pro se dixerit: affuisse sibi dicitur. Nec statuas sibi tanq̄ patrono suo ponit. Quod si æger cum cura sua conualuit: mercedem a se non exigit. Sic in omni negocio: etiam cum aliquid prodesse sibi fecerit: non tamen debebit referre gratiam sibi: quia non habebit cui referat. Vt concedam aliquem dare sibi beneficium: dū dat & recipit. Vt concedam aliquem a se accipere beneficium: dum accipit reddit. Domi q̄ aiunt versura sit: & velut lusorium nomen stat: transit. Necq̄ enim alius dat q̄ qui accipit: sed vnus atq̄ idem. Hoc verbum debere non habet: nisi inter duos locum. Quomodo ergo in vno cōsistit: qui se obligando liberat. Vt in orbe ac pila: nihil est imum: nihil summum: nihil extremum: nihil primum: quia motu ordo mutatur: & quæ sequebantur præcedunt: & quæ occidebant oriuntur. Omnia quomodocunq̄ ierint: in idem reuertuntur. Ita in homine existima fieri: cum illum in multa mutaueris. Vnus est: cæcidit se. Iniuriarum cum quo agat non habet. Alligauit & clausit: de vi non tenetur. Beneficium sibi dedit: protinus danti reddidit. Rerum natura nihil dicitur perdere: quia quicquid illi auellitur: ad illam redit: nec perire quicq̄ potest: quod quo excedat non habet: sed eodem reuoluitur vnde discedit. Quid simile inquit habet hoc exemplum: huic propositæ quæstioni dicam. Puta te ingratum esse: non peribit beneficium: habet illud qui dedit. puta te recipere nolle: apud te est anteqū redditur. Non potest quicq̄ amittere. Quia quod detrahitur nihilominus tibi acquiritur. Intra teipsum orbis agit: accipiendo das: dando accipis.

Eneficium inquit sibi dare oportet: ergo & referre gratiam oportet. Primum illud falsum est: ex quo pendent sequentia. Nemo enim sibi beneficium dat: sed naturæ suæ paret: a qua ad charitatem sui compositus est. Vnde illi summa cura est nocitura vitandi: profutura appetendi. Itaq̄ nec liberalis est qui sibi donat: nec clemens qui sibi ignoscit: nec sibi misericors qui malis suis tangitur. Quod alijs præstare liberalitas est: clementia: misericordia. Sibi præstare natura est. Beneficium res voluntaria est. at prodesse sibi necessarium est. Quo quis plura beneficia dedit: beneficentior est. Quis vnq̄ laudatus est: q̄ sibi ipse fuisset auxilio? q̄ se eripuisset latronibus? Nemo sibi beneficiuz dat non magis q̄ hospitium. Nemo sibi donat: non magis q̄ credit. Si dat sibi quisq̄ beneficium: semper dat: sine intermissione dat. Inire beneficiorum suorum non potest numerum. Quando ergo gratiam referet? cum per hoc ipsum quo gratiam referet: beneficium dat. Quomodo enim discernere poteris vtrum det sibi beneficium an reddat? Cum intra eūdē

hominem res geratur. Liberaui me periculo: beneficium mihi dedi. Iterū me periculo libero do beneficium an reddo? Deinde vt primū illud concedam dare nos beneficiū nobis: quod sequitur non concedam. Nam etiam si damus non debemus: quia statim recipimus. Nec capere beneficiū nos oportet: deinde debere: deinde referre. Debendi locus non est: quia sine vlla mora recipimus. Dat nemo nisi alteri. Reddit nemo nisi alteri. Id intra vnum nō potest fieri: quod totiens duos exigit.

Beneficium est præstitisse aliquid vtiliter. Verbum autē præstitisse ad alios spectat. Nunquid non demens videbitur: qui aliquid vendidisse sibi se dicet: quia venditio alienatio est: & rei suæ iurisq; sui mea in alium translatio. Atqui quemadmodum vendere: si dare aliquid: a se dimittere est: & id quod tenueris habendum alteri tradere. Quid si est beneficium: nemo sibi dedit: quia nemo dat sibi aliquid. Duo contraria in vno coeunt: vt idem dare: & accipere. Sed etiam nunc multum interest inter dare & accipere. Quid ni? cum ex diuerso ista verba posita sunt. Atqui sibi si quis beneficium dat: nihil interest inter dare & accipere. Pauloante dicebam quædā ad alios pertinere: & sic esse formata vt tota significatio illorum discedat a nobis. Frater sum alterius. Nemo est enim suus frater. Par sum: sed alicui. Quis est enim par sibi? Quod comparatur sine altero non intelligitur: quod iungitur sine altero non est. Sic & quod datur sine altero non est: & beneficium sine altero non est. Idem ipso vocabulo apparet in quo hoc continetur benefecisse. Nemo autem sibi benefacit: non magis q̄ sibi fauet: q̄ suarū partium est. Diutius hoc & pluribus exemplis licet prosequi. Quid cum inter ea sit habendum beneficiū: quæ secundam psonā desiderant: quædam cū sint honesta pulcherrima summæ virtutis: nisi etiam altero non habent locum. Laudatur & inter maxima humani generis bona fides colitur. Nū quis ergo dicitur sibi fidem præstitisse.

Emo nunc ad vltimam partem. Qui gratiam refert aliquid debet impendere: sicut qui soluit pecuniam. Nihil autem impendit qui gratiam sibi refert: non magis q̄ consequitur qui beneficium a se accepit. Beneficium & gratiæ relatio vltro & citroq; ire debent. Intra vnum hominem non est vicissitudo. Qui ergo gratiam refert inuicē pdest ei a quo consecutus est aliquid. Qui sibi gratiam refert: cui prodest? sibi. Et quis non alio loco relationem gratiæ: alio beneficium cogitat? qui gratiā refert: sibi prodest. & quis vnq̄ ingratus hoc voluit facere? immo quis non ingratus fuit: vt hoc faceret. Si gratias inquit nobis agere debemus: & gratiam referre debemus. Dicimus autem ago gratias mihi: q̄ illā vxorem nolui ducere: & cum illo non contraxi societatem. Cum hoc dicimus: laudam⁹ nos & vt factum nostrum comprobemus: gratias agentium verbis abutimur. Beneficium est quod potest: & cum datum est: non redditur. Qui sibi beneficium dat: non potest non recipe quod dedit. Ergo non est beneficium. Alio tempore beneficium accipitur: alio redditur. In beneficio hoc est probabile: & suscipiendum q̄ alteri vt aliquis prodesset: vtilitatis interim suæ oblitus est: quod alteri dedi: ablaturus sibi. hoc non facit qui beneficium sibi dat. Beneficium dare socialis res est. Aliquem conciliat: aliquem obligat: sibi dare non est socialis res. Neminē cōciliat: neminem obligat: neminē in spem inducit. vt dicat: Vir homo colendus est: illi beneficium dedi: dabit & mihi. Beneficium est quod quis non sua causa dat: sed eius cui dat. Is autem qui sibi beneficium dat: sua causa dat. Non est ergo beneficium.

Ideo: tibi iam illud quod in principio dixeram mentitus. Dicis me abesse ab eo qui operepretium facit: immo totam operam bona fide perdere. Expecta etiam hoc verius dices: simul ad te ad has latebras perduxero: a quibus cum euaseris: nihil amplius assecutus eris q̄ vt eas difficultates effugias: in quas licuit nō descendere. Quid enim boni est nodos operose soluere: quos ipse vt solueres feceris. Sed quemadmodum quædam in oblectamentum: ac iocum: sic intelligantur: vt eorum solutio imperito difficilis sit. Quæ illi qui explicuit sine vllo negocio spirat: quia commissuras eorum & moras nouit. Nihilominus illa habent aliquam voluntatem. Tentant enim acumen animorum: & intentionem excitant. Ita hæc quæ videntur callida & insidiosa: securitatem: torporem ac segnitiem ingenijs auferunt: quibus modo campus in quo vagentur sternēdus est: modo

crebri aliquid ⁊ fragosi obiiciendum per quod erepant: ⁊ sollicite vestigium faciāt. Dicitur nemo ingratus esse. Id sic colligitur: Beneficium est quod prodest: prodesse autem nemo homini malo potest: vt dicitis stoicis: ergo beneficium non accipit malus: ingratus est. quomodo etiam nunc beneficium honesta ⁊ probabilis res est. Apud malū nulli honestæ rei aut probabili locus est: ergo nec beneficio. quod si accipere non potest: nec reddere quidē debet. Et ideo non fit ingratus. Etiam nunc vt dicitis: Bonus vir omnia recte facit. Si omnia recte facit: ingratus esse non potest. Malo viro beneficiū nemo dare potest. Bonus beneficium reddit: malus non accipit. Quod si est: nec bonus quisq̄ ingratus est: nec malus. Ita ingratus in rerum natura est nemo: ⁊ hoc inane: vnum est apud nos bonū honestū Id peruenire ad malum non potest. Desinit enim malus esse: si ad illum virtus intrauerit. Quādiu autem malus est: nemo illi dare beneficium potest. Quia bona malaq̄ dissentiunt nec inunum eunt. Ideo nemo illi prodest. Quia quicquid ad illum peruenit: id paruo vsu corrumpitur. Quemadmodum stomachus morbo viciatus: ⁊ colligens labem: quoscunq̄ accepit cibos mittit: ⁊ omne alimentum in causam doloris trahit. Ita animus cæcus quicquid illi commiseris: id onus suum: ⁊ perniciem: ⁊ occasionem miseriæ facit. Fœlicissimis itaq̄ opulentissimisq̄ plurimum æstus subest: minusq̄ se inueniunt: quo in maiorem materiam inciderunt: qua fluctuarentur. Ergo nihil potest ad malos peruenire quod prosit immo nihil quod non noceat. Quæcunq̄ enim illis contigerunt: in naturam suam vertūt ⁊ extra speciosa profutura q̄ si meliori darent: illis pestifera sunt: ideo ne beneficium dare possunt. quoniam nemo potest quod non habet dare. Hic benefaciendi voluntate caret.

Ed q̄uis hæc ita sint: accipere tamen malus potest quæ beneficijs similia sint: quibus nō redditis ingratus erit. Sunt animi bona: sunt corporis: sunt fortunæ. illa animi bona a stulto ac malo submouētur. Ad hæc admittitur quæ accipere potest ⁊ debet reddere: ⁊ si non reddit ingratus est. Nec hoc ex nostra constitutione tantum. Peripatetici quoq̄: qui fœlicitatis humanæ longe lateq̄ terminos ponūt: aiunt: minuta peruenire beneficia ad malos. Hæc qui non reddit ingratus est. Nobis itaq̄ beneficia esse non placet: quæ non sunt animum factura meliorem: commoda tamen illa esse: ⁊ expetenda non negamus. Hæc ⁊ viro bono dare malus potest: ⁊ accipere a bono: vt pecuniam: vestē bonores: ⁊ vitam. Quæ si non reddet in ingrati nomen incidet. At quomodo ingratum vocas: eo non reddito: quod negas esse beneficium. Quædam etiam si vera non sunt: propter similitudinem eodem vocabulo comprehensa sunt. Sic parapsidem ⁊ argenteā ⁊ aurea dicimus. Sic illitteratū non ex toto rudem: sed ad litteras altiores non perductum. Sic qui male vestitum ⁊ pannosum vidit: nudum se vidisse dicit. Beneficia ista non sunt habent tamē beneficij speciem. Quomodo ista sunt tanq̄ beneficia: sic ⁊ ille tanq̄ ingratus est: non ingratus. Falsum est: quia illa beneficia: ⁊ qui dat appellat: ⁊ qui accipit. Ita qui viri boni spem fefellit tam ingratus q̄ veneficus: qui saporem cum venenū crederet miscuit.

Ieantes vehementius ait: Licet inquit beneficium non sit quod accepit: ipse tamē ingratus est: quia nō fuit redditurus etiā si accepisset. Sic latro est etiā anteqū manus inquinet: quia ad occidendū iam armatus est: ⁊ habet spoliandi atq̄ interficiendi voluntatē. Exercetur ⁊ aperitur opere nequicia: si non incipit. Ipsum quod accepit beneficiū non erat: sed vocabatur. Sacrilegi dant pœnas: q̄uis nemo vsq̄ ad cœlos porrigat Quomodo inquit aduersus malum ingratus est quisq̄: cum malo dari beneficiū nō possit ea scilicet ratione: quia accipiet ab illo aliquid ex his quæ apud imperitos sunt: quo tamen si malus est: ipse quoq̄ in simili materia gratus esse debebit: ⁊ illa qualiacunq̄ sunt: cum pro bonis acceperint: pro bonis reddere. Reus alienum habere dicitur: ⁊ qui aureos debet: ⁊ qui eor forma publica percussus. quale apud Lacedemonios fuit: q̄ vsus numeratæ pecuniæ præstat. Quo genere obligatus es: hoc fidem exolue.

Quid sint beneficia: an ⁊ in hanc sordidam humilemq̄ materiam deduci magnitudo nominis clari debeat: ad nos non pertinet: sed ad alios spectat. Vos vos ad speciem veri componite animum: ⁊ dum honestum dicitis quicquid est: id quod

nomen honesti iactatur: id colite. Quomodo inquit nemo per vos ingratus est: sic rursus omnes ingrati sunt. Nam vt dicimus: omnes stulti mali sunt. Qui autem habet vicium vnum: habet omnia. Omnes autem stulti: & mali sunt. Omnes ergo ingrati sunt. Quid ergo non vndiq; humano generi conuicium fit: non publica querela est beneficia perisse: & paucissimos esse: qui de benemerentibus non inuicem pessime mereantur. Nec est q; hanc tantum nostram murmurationem putes. Pro pessimo prauoq; numerantur: quicquid citra recti formulam cecidit. Ecce nescio quendam qui non ex philosophorum domo clamat: ex medio conuentu: populos gentesq; damnatura vox mittitur. Non hospes ab hospite tutus. Non socer a genero. fratrum quoq; gratia rara est. Imminet exitio vir coniugis: illa mariti. Hoc iam amplius est. Beneficia in scelus versa sunt: & sanguini eorum nō paratur: pro quibus sanguis fundendus est. Gladio ac venenis beneficia sequimur. Ipsi patriæ manus afferre: & fascibus suis illam præmere potentia ac dignitas est. Humili se ac depresso loco putat stare: quisquis non supra rempublicam stetit. Accepti ab illa exercitus: in ipsam conuertuntur: & imperatoria concio est. Pugnate contra cōuges pugnate contra liberos. Aras: focos: penates: armis incensite. Quiue triumphaturi quidem intrare vrbem iniussu senatus deberetis: quibusq; victorem exercitum reducentibus: curia extra muros præberetur: nunc ciuibus cæsis: perfusi cruore cognato: vrbem sub rectis intrare vexilis. Obmutescat inter militaria signa libertas: & ille victor: pacatorq; gentium populus: remotis procul bellis: omni terrore cōpresso: intra muros obsessus: aquilas suas horreat.

Ingratus est Coriolanus sero: & post sceleris pœnitentiam pius posuit arma: sed in medio parricidio posuit. Ingratus Catelina. Parū est illi capere patriam: nisi everteret: nisi allobrogum in illam cohortes immiserit: transalpes accitus hostis vetera & ingenita odia saciauerit: ac diu debitas inferias gallicis bustis duces romani psoluerint Ingratus. C. marius: ad consulatum a Gallica perductus qui nisi cimbricis cædibus oia funera æquauerit: nisi ciuilis exilij: & trucidati omnis non tantum dederit signum: sed ipse signum fuerit: parum mutatam: ac repositam in priorem locum fortunam suam sentiet. Ingratus. L. Sylla: qui patriam durioribus remedijs q̄ pericula erant sanauit. Qui cum a penestrina arce vsq; ad collinā portam per sanguinē humanum incessisset: alia edidit in vrbe prælia: alias cædes: legiones duas: quod crudele est post victoriam: quod nephas post fidem in angulo congestas contrucidauit: & proscriptionem cōmentus est. Dij magni vt qui ciuem romanum occidisset: impunitatem: & pecuniam tantū non ciui causa acciperet Ingratus. Q. Pompeius: qui pro tribus consulatibus: pro triumphis tribus: pro tot honoribus quos ex maxima parte immaturus inuaserat: hanc gratiam reipublicæ reddidit: vt in possessionē eius: alioq; induceret: quasi potentiæ suæ detracturus inuidiam. Si q̄d nulli licere debebat: pluribus licuisset. Dum extraordinaria concupiscit imperia. Dum prouincias vt eligat distribuit: dum ita triū viris. K. P. diuidit: vt tamen in sua domo duæ partes essent. Eo redijt. K. P. vt saluus esse non posset: nisi beneficio seruitutis. Ipse Pompeij hostis ac victor a gallia germaniaq; bellum in vrbem circūegit: & ille plæbicola: ille popularis castra in circo flammio posuit: propius q̄ Porsennæ fuerant. Temperauit fidē: ius crudelitatem victoriæ: q̄ dicere solebat præstitit. Neminē occidit: nisi armatū. Quid ergo est? Cæteri arma cruentius exercuerunt: saciati tamen aliquid abiecerunt. Hic gladium cito condidit: nunq̄ posuit. Ingratus Antonius. Indicatorem suū quem iure cessum pronunciauit: interfectorem q; eius: in prouincias: & imperia dimisit. Patria vo proscriptionibus: incursionibus: bellis: laceratam: post tot mala destinauit: ne Romanis quidem regibus: vtiq; Athenis: rhodijs: & plansq; vrbibus claris: ius integrum: libertatemq; cum immunitate reddiderat: ipsa tributū spadonibus penderet.

De ingratitudine vrbis Romanæ contra bonos ciues.

Efficiet me dies enumerantem ingratos: vsq; in vltima patriæ exitia. Eque immensum erit: si percurrere cœpero. Ipsa respublica q̄ ingrata in optimos ac deuotissimos sibi fuerit: q̄ quæ non minus sæpe peccauerit: q̄ in ipsam peccatum est. Camillum in exilium misit: Scipionem dimisit: exulauit post Catelinam Cicero: diruti eius penates: bona direpta: factum quicquid victo: Catelina fecisset.

Rutilius innocentiæ preciuz tulit: in Asia latenti. Catoni populi romani præturã negauit consulatum ꝓnegauit. Ingrati publice sumus: se quisꝫ interroget. Nemo non aliquem queritur ingratum. Atqui non potest fieri vt omnes querantur: nisi querendum est de omnibus. Omnes ergo ingrati sunt. Tantum 7 cupidi omnes: 7 maligni omnes: 7 timidi omnes: illi imprimis qui videntur audaces. Adijce 7 ambitiosi omnes sunt: 7 impij oẽs. Sed non est quod irascaris. Ignosce illis. Omnes insaniunt. Nolo te ad incerta reuocare vt dicã: ꝫ ingrata sit vide iuuetus. Quis non patri suo supremũ diẽ: vt innocẽs sit optat: vt moderatus expectat: vt pius cogitat: Quotus quisꝫ vxoris optimæ mortez timet: vt nõ 7 cõputet: Cui rogo litigatori defenso tam magni beneficij vltra res proximas memoria durauit. illud in confesso est. Quis sine querela moritur: Quis extremo die dicere audet: vixi: 7 quem dederat cursum fortuna pegi: Quis nõ recusans: Quis non gemẽs exit: Atqui hoc ingrati est: non esse contentũ præfato tempore. Semꝑ pauci dies erunt: si illos numeraueris. Cogita non esse summũ bonũ in tempore. Quantuncunꝫ est: boni consules. Vt prorogẽt tibi dies mortis nihil proficit ad fœlicitatẽ. Quoniã mora nõ fit beatior vita sed longior. Quanto satius est gratum aduersus perceptas voluntates: non aliorũ annos computare: sed suos benigne æstimare: 7 in lucro ponere. Hoc me dignuz iudicauit deus. Hoc satis est. Potuit plus: sed hoc quoꝫ beneficiũ est. Grati simus aduersus deos. Grati aduersus homines. Grati aduersus eos qui nobis aliq̃d præstiterũt. Grati etiã aduersus eos qui nostris præstiterunt.

Q infinitum inquis me obligas cum dicis: 7 nostris. Itaꝫ pone aliquẽ finẽ. Qui filio beneficium dat vt dicis: 7 patri eius dat. Primũ de quo vado ad quẽ curris: quæro. Deinde illud vtiꝫ mihi determinari volo: si 7 patri suo beneficiuz datur. Nunquid 7 fratri: Nunquid 7 patruo: Nunq̃d auo: Nunquid vxori: 7 socero: Dic mihi vbi debeam desinere: quousꝫ personarũ seriem sequar. Si agrum tuũ coluero: tibi beneficiuz dedero. Si domum tuam ardentem restinxero: aut ne nunc cadat excæpero: tibi beneficium dabo. Si seruum tuum seruauero: tibi imputabo. Si filium tuum seruauero: nõ habebis beneficium meum.

Assimilia ponis exempla: quia qui agrum meum colit: agro beneficium nõ dedit: nec dat: sed mihi. Et qui domũ meam quominus ruat fulcit: præstat mihi. Ipsa enim domus sine sensu est. Debitorem me habet: quia nulluz habet. Et qui agrũ meum colit: non illum: sed me demereri vult. Idem de seruo dicam: mei mancipij res est: mihi seruatur. Ideo ego pro illo debeo. Filius ipse beneficij capax est. Itaꝫ ille accipit. Ego beneficio lætor. Contingor: non obligor. Velim tamen: tu qui debere te non putas respondeas mihi. Filij bona valitudo: fœlicitas: patrimonium: pertinet ad patrem. Fœlicior futurus est: si saluum habuerit filium: infœlicior si amiserit. Quid ergo? Qui 7 fœlicior fit a me: 7 infœlicitatis maxime periculo liberatur: non accipit beneficium. Non inquit: quædam in alios enim conferuntur: sed ad nos vsꝫ permanant. Ab eo autem exigi quicꝫ debet: in quem confertur. Sicut pecunia ab eo petitur cui credita est: cuius ad me illa aliquo modo venerit. Nullum beneficium est cuius commodum: non 7 proximos tangat: nonnunq̃ etiam longius positos. Non quæritur quo beneficium ab eo cui datuz est transferat: sed tibi primo collocetur. Ad reo tibiipso 7 a capite repetitio est. Quid ergo oro te: non dicis filium mihi donasti: 7 sic hic perisset: victurus non fui. Pro eius vita beneficium nõ debes: cuius vitaz tuæ præfers: etiam nunc cum filium tuum seruari ad genua procumbis: diis vota soluis: tanꝫ ipse seruatus: illæ voces exeunt tibi. Nihil me interest: an me seruaueris: duos seruasti: immo me magis. Quare ista dicis: si non accipis beneficium? quia 7 si filius meus pecuniam mutuam sumpserit: creditori numerabo: non tamẽ ego debuero Quia 7 si filius meus in adulterio deprehensus erit: erubescam: non ideo ego ero adulter. Dico me tibi obligatum pro filio: non quia sum: sed quia volo me offerre tibi debitorem voluntarium. Ad peruenit ad me summa ex incolumitate eius voluptas: summa vtilitas 7 oblitatis grauissimum vulnus effugi. Non quæritur nunc an profueris mihi: sed an beneficium dederis. Prodest enim 7 animal: 7 lapis: 7 herba: nec tamen beneficium dant. quod nunꝫ datur: nisi a volente. Tu autem non vis patri: sed filio dare. Et interim ne nosti quidem patrẽ. Itaꝫ cum dixeris: patri ergo beneficiũ non dedi: filium eius seruãdo.

Contra oppone. Patri ergo beneficium dedi: quē non noui: quem non cogitaui. Et quid q̄ aliquando eueniet: vt patrē oderis: filium serues: beneficium ei videberis dedisse: cui tunc inimicissimus eras cum dares. Sed vt dialogorum alternatione sepositā: tanq̄ iurisconsultus respondeā. Mens spectanda est dantis: beneficium enim dedit: cui datum voluit. Si in patris honorem fecit: pater accepit beneficium. sic pater beneficio in filiū collato non obligatur: etiam si fruitur. si tamen occasionē habuerit: volet & ipse præstare aliquid: non tanq̄ præstandi necessitatem habeat: nec soluendi: sed tanq̄ incipiendi causam: repeti a patre beneficium non debet. Si quid pro hoc benigne facit: iustus non gratus est. Nam illud finiri non potest: si patri do beneficium: & matri: & auo: & auunculo: & liberis: & affinibus: & amicis: & seruis: & patriæ. Vbi ergo beneficium incipit stare. Sortes enim ille inexplicabilis subit: cui difficile est modum imponere: quia paulatim surrepit: & non desinit serpere. Illud solet quæri. Fratres duo dissident: si alterum seruo: an dem beneficium ei qui fratrem iussum non perisse moleste laturus est? Non est dubium quin beneficium sit: etiam inuito prodesse Sicut non dedit beneficium qui inuitus fuit.

Eneficium inquit vocas: quo ille offenditur: quo torquetur. Multa beneficia tristem frontem & asperam habent. quemadmodū secare & vrere vt sanes: & vinculis coercere. nō est spectandū an velēre aliquis beneficio accepto: sed an gaudere debeat Non est malus quem barbarus & ignarus formæ publicæ reiecit. Beneficiū odit & accepit si modo id prodest: si is qui dabat vt prodesset dedit: nihil refert an bonam rem malo animo quis accipiat. Agendum hoc in contrariū verte. Odit fratrem suū quem illi expedit habere. Hunc occidi non est beneficium: cuius ille dicat esse: & gaudeat. Insidiosissime nocet cui gratiæ aguntur pro iniuria. Vide: prodest aliqua res: & ideo beneficiū est. Nocet: & ideo non est beneficium. Ecce q̄ nec prosit: nec noceat: dabo: & tamen beneficiū est. Patrē alicuius in solitudine exanimem inueni: corpus eius sepeliui: nec illi profui. Quid enim illius intererat quo genere dilaberetur? Nec filio. quid enim per hoc cōmodi accessit illi? dicam quid consecutus sit. Officio solenni & necessario per me functus est. Præstiti patri eius q̄d ipse præstare voluisset: nec non & debuisset. Hoc tamen ita beneficiū est: si non misericordiæ & humanitati dedi: vt quodlibet cadauer absconderem. Sed si corpus agnoui: si filiū: tunc hoc præstare me cogitaui: aut si terram ignoto mortuo iniēci: nullum in hoc habeo huius officij debitorem in publicum. humanus dicit aliquis: quid tantopere quæris cui dederis beneficiū: tanq̄ repetiturus aliquando: sunt qui nunq̄ iudicant esse repetendum. Et has causas afferunt: Indignus etiam repetenti non reddet. Dignus etiam p se reddet vel referet Præterea si bono viro dedisti: specta ne iniuriam illi facias appellando: tanq̄ nō fuisset sua sponte redditurus. Si malo viro dedisti: flectere beneficium verbo: ne corrumperis creditū faciendo. Præterea lex quod nō iussit repeti: vetuit. Verba sunt ista q̄diu me nihil vrget: q̄diu fortuna nihil cogit: petam potius beneficium q̄ repetam. Sed si de salute liberorum agitur: si in periculum vxor deducitur: si patriæ salus ac libertas mittit me: etiam quo ire nollem: imperabo pudori meo: & testabor omnia me fecisse: ne opus esset mihi auxilio hominis ingrati. Nouissime recipiēdi beneficij necessitas: repetendi verecundia vincet. Deinde cum bono viro beneficium do: sic do tanq̄ nunq̄ repetiturus: nisi necesse fuerit. Sed lex inq̄t non prmittendo exigere vetuit.

Ltra legem non habent: nec actionem. Atqui consuetudo vitæ humanæ lege omni valentior dat aditum. nulla lex iubet amicorum secreta non eloqui. Nulla lex iubet fidem etiam inimico præstare. Quæ lex ad id præstandum nos quod alicui promisimus alligat? Nulla querar tum cum eo qui arcanum sermonē nō cōtinuerit: & fidem datam: nec seruatam indignabor. Sed ex beneficio inquit creditum facis: minime Non enim exigo: sed repeto: & ne repeto quidem: sed admoneo. Nam vltima quoq̄ necessitas in hoc anget: vt ad eum veniam cū quo diu mihi luctandum sit. Quis tam ingratus est: vt illi non sit satis admoneri? Eum transibo: nec indignum iudicabo: qui gratus esse cogatur. Quomodo fœnerator quosdam debitores non appellat: quos scit dequoxisse: & in quorum pudorem nihil superest: nisi quod pereat. Sic ergo quosdam ingratos palam ac pertinaciter præteribo: nec ab vllo beneficium repetam: nisi a quo non ablaturus ero: sed recepturus.

Multi sunt qui nec negare sciant qđ accæperũt: nec referre: qui nec tam boni sunt q̃ grati: nec tam mali q̃ ingrati: segnes ⁊ tardi: lenta nomina: non mala. Nos ergo non appellabo: sed cõmonere faciam: ⁊ ad officium aliud agentes educã: qui statim mihi sic respondebũt. Ignosce: non mehercule sciui hoc te desiderare. Alioquin vltro obtu/lissem. Rogo ne me ingratũ existimes: memini quid mihi præstiteris. Nos ergo quare du bitem: ⁊ mihi meliores ⁊ mihi facere. Quæcunq; potuero: peccare prohibeo. Multo magis amicũ: ⁊ ne peccet: ⁊ ne in me potissimũ peccet: alterũ illi beneficiũ do: si illũ ingratũ esse non patior: nec dure illi exprobrabo quæ præstiti: sed q̃ potuero mollissime: vt protestatem refe/rẽdæ gratiæ faciã: renouabo memoriã eius: ⁊ petã beneficiũ. Ipse me repetere intelliget. Alli quando vtar verbis durioribus: si emendare illũ speruero posse. Nam desperatũ propter hoc quoq; nõ excogitabo: ne ex ingrato inimicũ faciã. Quod si admonitionis quoq; sui ra/tione sugillationẽ ingratis remittimus: segniores ad reddẽda beneficia faciemus. Quosdã ẏo sanabiles: ⁊ qui fieri boni possunt: si qđ illos remorderet perire patiemur admonitione sublata. Quia ⁊ pater filiũ aliquando correxit: ⁊ vxor maritum aberrantem ad se reduxit: ⁊ amicus languentem amici fidem erexit.

Videam vt expergiscantur non feriũtur: nec feriendi: sed cõmouendi sunt. Eodem modo quoq; dz ad ferendã gratiã fides non cessat: sed languet. Hanc peruellam⁹.

Noli munus tuũ in iniuriam vertere. Iniuria est enim: si in hoc non repetis: vt in/gratus sim. Quid si ignoro quid desideres? Quid si occupatõibus districtus: ⁊ in aliam vocatus occasionẽ non obseruaui? Ostẽde mihi quid possim: quid velis. Quare desperas antẽq; tentas? quare properas? ⁊ beneficiũ ⁊ amicũ perdere. Vnde scis nolim: an ignorem: an animus: an facultas desit mihi: experire. Admonebo ergo non amare: non palam sine cõuicio sic: vt se rediisse in memoriã: non reduci putet.

Musam dicebat apud diuum Julium: ex veteranis quidam paulo violentior ad/uersus vicinos suos: ⁊ causa præmebat. Meministi inquit Imperator: ĩ hispania talum te extorsisse circa sueronẽ. Cum Cæsar meminisse se dixisset. Meministi q̃dẽ sub quadã arbore minimũ vmbræ spargente: cum velles residere feruentissimo sole: ⁊ esset asperrimus locus in quo ex rupibus acutis: vnica illa arbor eruperat: quendam ex cõmilito nibus penulam suam substrauisse. cum dixisset Cæsar: quid ni meminerim: ⁊ quidem siti confectus: qui impeditus ire ad fontem proximũ non poteram: repere manibus volebã manibus cõmilito: homo fortis ac strenuus: aquã mihi in galea sua attulisset. Potest ergo inquit Imperator agnoscere illum hominem aut illam galeam. Cæsar ait se non posse galeã cognoscere: hominem pulchre posse. ⁊ adiecit: puto ob hoc iratus q̃ se a cognitione media ad veterem fabulam adduceret. Tu vtiq; ille non es: merito inquit Cæsar me nõ agnoscis Nam cum hoc factum est integer eram: postea ad mundam in acie oculus mihi effossus est ⁊ in capite electa ossa. Nam galeam illam si videres cognosceres. Machæra enim ispoma diuisa est. Petuit illi exhiberi negociũ Cæsar: ⁊ agellos in quibus vicinalis via: causa rixæ ac litium fuerat: militi suo donauit.

Vid ergo non repeteret beneficium ab Imperatore: cuius memoriam multitudo rerum confuderat: quem fortuna ingens exercitus disponentem: non patiebat singulis militibus occurrere. Non est hoc repetere beneficium: sed resummere bo no loco positum ⁊ paratum. Ad quod tamen vt resummatur: manus porrigenda est. Repetam itaq; quia hoc aut necessitate facturus ero: aut illius causa a quo repetam. Tibe/rius cæres inter initia dicenti cuidam meministi: anteq; plures notas familiaritatis ve/teris proferret. Non memini inquit quid fuerim ab hoc q̃diu non esset repetendum bene ficium. Optanda erat obliuio: aduersabatur omnium amicorum: ⁊ æqualium noticiam: ⁊ illam solam præsentem fortunam suam aspici: illam solam cogitari: ac narrari volebat. Inquisitorem habebat veterem amicum: magis tempestiue repetendum est beneficiuz q̃ pe/tendum. Adhibenda verborum moderatio: vt nec ingratus possit dissimulare: tacendum ⁊ expectandum si inter sapientes viueremus: ⁊ tamen sapientibus quoq; indicare melius fuisset: quid rerum nostrarum status poscret. Deos quorum noticiam nulla res effugit rogamus: ⁊ illos vota non exorant: sed admonent. Dies quoq; in quam Homericus ille sacerdos allegat officia: ⁊ aras religiose cultas: quos obsequẽtes facit: ⁊ parce moneri velle

ac posse: secunda virtus est. Huc illuc frænis leuiter motis flectendus est: paucis animus sui rector optimus: proximi sunt qui admoniti in viam redeunt. His non est vox detrahendus. Apertis oculis inest acies: sed sine visu: quod lumen adijs immissum ad ministeria sua euocat: instrumenta cessant: nisi illa in opus suuz artifex mouerit. Ineſt interim animis volūtas bona: sed torpet modo delicijs ac situ: modo officij insatia. Hanc vtilem facere debemus: nec irati relinquere inuito: sed vt magistri patienter ferre offensationes puerorum discentium memoriæ labentis. Quæ quemadmodum subiecto vno: aut altero verbo: ad contextum reddendæ rationis adducta est. Sic ad referendam gratiam admonitio reuocanda est.

Lucij Annei Senecæ de beneficijs
Explicit liber quintus. Incipit sextus.

Vadam Liberalis virq optime exercendi tantū ingenij causa quærunt 7 semp extra vitā iacēt. Quædā 7 dū quærunt: oblectamēta sunt: 7 quæsita sui. Omniū tibi copiā faciā. Tu illa vtcunq tibi visum erit: aut peragi iubeto: aut ad explicandum ludorum ordinem induci. His quoq si abire protinus iusseris: non nihil actuz erit. Naz etiam discere quod supuacuū est: pdest cognoscere. Ex vultu igitur tuo pendebo: prout ille suaserit mihi illia detinebo diutius: alia expellam: 7 ea perire agam.

Quæstio. An beneficium eripi possit.

An beneficium eripi possit quæsitum est. Quidam negant posse. Non enim res est: sed actio. Quomodo aliud est munus: aliud ipsa donatio: aliud q̄ nauigat: aliud nauigatio. Et q̄uis æger non sit sine morbo: non tamen idem est æger 7 morbus Ita aliud est beneficium ipsum: aliud quod ad vnūquenq nostrū beneficio peruenit. illud incorporale est: irritum non fit. Materia illius huc 7 illuc iactatur: 7 dominū mutat. Itaq cum eripis: ipsa rerum natura reuocare quod dedit non potest. Beneficia sua interrumpit: non rescindit. Qui moritur tamen vixit: qui admisit oculos tamē vidit. Quæ ad nos peruenerūt ne sint effici potest: ne fuerit nō potest. Pars aūt beneficij equidē certissima est quæ fuit. Nōnunq̄ vsu beneficij longiore prohibemur. Beneficiū quidem ipsum non traditur: licet omnes in hoc vires suas natura euocet. Recto illa agere se non licet: potest eripi dom⁹ 7 pecunia 7 mancipium: 7 quicquid est in quo hæsit beneficij nomen. Ipsum vo stabile 7 immotum est. Nulla vis efficiet: ne hic dederit: ne ille accæperit.

Gregie mihi videtur. M. Antonius apud Rapirium poetam: cum fortunaz suā transeuntem alio videat: 7 sibi nihil relictum præter ius mortis. Id quoq si ato occupauerit exclamare. Hoc habeo quodcunq dedi. O quantū habere potuit si voluisset. Hæ sunt diuitiæ certæ in quacunq sortis humanæ leuitate: vno loco permānsuræ Quæ cum maiores fuerint: hoc maiorez habebunt inuidiaz. Quid tanq̄ tuo parcis: procuratores es. Omnia ista quæ nos tumidos: supra humana elatos obliuisa volunt: 7 cogūt vestræ fragilitatis: quæ ferreis claustris custoditis armati: quæ ex alieno sanguine rapta: vestro defenditis: propter quæ classes cruētaturas maria deducitis: propter quæ quassatis vrbes ignari: quantū telorum in aduersos fortuna comparet: propter quæ ruptis totiens affinitatis: amicitiæ: collegij: fœderibus: inter contendentes duos: terrarum orbis elisus est. Non sunt vestra in depositi causa sunt: iamiamq̄ ad alīū dominū spectantia: aut hostes illa: aut hostis successoris animi inuadent. Quæris quomodo illa tua facias: dona dando Consule ergo rebus tuis: 7 certam tibi earū atq̄ inexpugnabilem possessionē para. Honestiores illas non solum: sed tutiores facturus. illud quod suspicis: quo te diuitem quoq̄ ac potentem putas: q̄diu possides sub nomine sordido iacet: domus est: seruus est: nummi sunt. cum donasti: beneficium est.

Aiteris inquit nos aliquando beneficium debere ei a quo accæpimus: ergo eruptū est. Multa sunt propter quæ beneficium dare desinimus: non quia ablatum: sed quia corruptum est. Aliquis reum me defendit: sed vxorē meā per vim stupro violauit. non abstulit beneficium: sed opponendo illi parem iniuriā soluit me debito. 7 si plus læsit q̄ ante profuerat: non tantū gratia extinguit: sed vlciscēdi quæ rēdiq̄ libertas fit: vbi in cōparatione beneficij præponderauit iniuria. ita non auferē beneficiū: sed vincitur. Quid

non tam duri quidam: etiam scelerati patres sunt: vt illos aduersari & euitare: ius fasq; sit Nunquid ergo illi abstulerunt qui dederant? minime: sed impietas sequentium tempo: uz cõmendationem omnis prioris officij sustulit. Non beneficium tollitur: sed beneficij gratia: sed efficitur non ne habeaz: sed ne debeam. Tanq; pecuniam aliquis mihi credidit: & domũ meam incendit: pensatum est creditum damno: nec credidi illi: nec tamẽ debeo. Eodẽ modo & hic: quia aliquid benigne aduersus me fecit: aliquid liberaliter: sed postea multa superbe: contumeliose: crudeliter: eo loco me posuit: vt proinde liber aduersus eum essem: quasi non accepissem. Dim beneficij sui abstulit: colonum suum non tenet: cuius tabellis manentibus qui segetez eius proculcauit: qui succidit arbusta: non quia recepit quod pepigerat: sed qa ne reciperet effecit. Si debitori suo creditor sæpe damnatur: vbi plus ex alia causa abstulit q̃ quod ex credito: non tantum inter creditorem & debitorem iudex: sed qui dicat pecuniam credidisti. Quid ergo est? pecus abegisti: seruuz eius occidisti. Argentum quod non emeras possides: æstimatione facta debitor discede: qui creditor veneras. Inter beneficia quoq; & iniurias ratio confert. Sæpe etiam beneficium manet: nec debetur: si secuta est dantẽ pœnitentia: si miserum se dixit q̃ dedisset: si cum daret suspirauit: multum abduxit: perdere se credidit: non donare: si sua causa: aut certe non mea dedit: si non desijt insultare: gloriari: & vbiq; iactare: & acerbum munus suum facere. Manet itaq; beneficium: cuius non debeatur. Sicuti quædam pecuniæ de quibus ius creditori non dicitur: debentur: sed non exiguntur.

Edisti beneficium: iniuriaz postea feci sti. Et beneficio gratia debetur: & iniuriæ vltio Nec ego illi gratiam debeo. Necille mihi pœnam. Alter ab altero absoluitur. Cuz dicimus beneficium illi reddidi. non hoc dicimus: illud nos quod acceperamus reddidisse: sed aliud pro illo reddere. Est enim rem pro re dare. Quid ni cum omnis solutio non idem reddat: sed tantundem. Nam & pecuniam dicimur reddidisse: cuius numeraverimus pro argenteis aureos: cuius non interuenerint nummi: sed delegatione: & verbis perfecta solutio sit. Videris mihi dicere: perdis operam. Quo: sus enim pertinet scire me an maneat quod non debetur? Iurisconsultorum istæ ineptiæ sunt acute: qui hæreditatem negant vsucapi posse: sed ea quæ in hæreditate sunt: tanq; quicq; aliud sit hæreditas: q̃ ea quæ in hæreditate sunt. illud mihi potius distingue quod potest ad rem pertinere. Cuz idẽ homo beneficium mihi dedit: & postea fecit iniuriam. Vtrum & beneficium illi reddere debeam: & me ab illo munus vindicare. Ac veluti duobus modis seperatim respondere: an alterum alteri contribuere: & nihil negocij habere: vt beneficium iniuria tollatur: beneficio iniuria. Illud enim video in hoc foro fieri. Quid in vestra schola iuris sit: vos sciatis. Separantur actiones: & de eo quod agimus: de eodem nobiscũ agitur. Confundit formula: si quis apud me pecuniam deposuerit: idem mihi postea furtum fecerit. Et ego cum illo furti agam: & ille mecum depositi.

Dæ proposuisti mi Liberalis exempla: certis legibus continentur: quas necesse est sequi: lex legi non miscetur. Vtraq; sua via id depositum habet actionem propriaz tam mehercule q̃ furtum. Beneficium nulli legi subiectum est: me arbitro vtitur: licet me comparare inter se quantũ profuerit mihi quisq;: aut quantum nocuerit: tum pronũciare: vtrum plus debeatur mihi: an debeam. In illis nihil est nostræ potestatis: eundũ est qua ducimur. In beneficio tota potestas mea est: ego itaq; iudico illa: non separo: nec deduco: nec diuido: distribuo: separo: discerno: distinguo: secerno: segrego: dissocio: disgrego dimoueo: distendo: distrahо: disto: queo: seiungo: sed iniurias ad beneficia ad eundem iudicem mitto. Alioquin iubes me eodem tempore: & amare: & odisse: & queri: gratias agere quod natura non recipit potius comparatione facta: inter se beneficij & iniuriæ videbo: an etiam vltro debeatur. quomodo si quis scriptis nostris: alios superne imprimit versus: priores litteras non tollit: sed abscondit. Sic beneficium superueniens iniuria apparere nõ patitur.

Vltus tuus cui regendum me tradidi colligit rugas: & attrahit frontem quasi longius exeam. Videris mihi dicere: quomodo tantum mihi extrabis. Huc dinge curium: litus ama: non possum magis. Itaq; si huic satisfactum existimas illo transeamus: an ei debeatur aliquid: qui nobis inuitus profuit. Hoc apertius potui

dicere: nisi propositio deberet esse confusio: vt distinctio statim subsecuta ostenderet vtrūq; quæri. An ei deberemus qui nobis dum non vult profuit: & an ei qui dum nescit. Nam si quis coactus aliquid boni fecit: quin nos non obliget manifestū est: q; vt ylla in hoc verba impendenda sint. Et hæc quæstio facile expeditur: & siqua similis huic moueri potest. Si totiens illo cogitationem nostram conuerteremus. Beneficiū nullū est: nisi quod ad nos primum aliqua cogitatio defert: deinde amica & benigna. Itaq; nec fluminibus gratias agimus: q; tam magna nauigia patiant: & ad subuehendas copias largo ac perenni alueo currant: aut piscosa & amœna pinguibus aruis interfluant. Nec quisq; Nilo beneficiū debere se iudicat: non magis q; odium si immodicus superfluxit: tardeq; vel recessit. Nec ventus beneficium dat: licet lenis & secundus aspiret: nec vtilis & salubris cibus. Nam qui beneficium mihi daturus est: debet non tantum prodesse: sed velle. Ideo nec mutis animalibus quicq; debetur. Et q; multos e periculo velocitas equi rapuit. Et q; multos æstu laborantes: ramorum opacitas texit. Quid autem interest vtrum mihi qui nescit profuerit: an qui scire non potuit: cum vtiq; velle defuerit. Quin autē interest vtruz me iubeas naui aut vehiculo: aut lanciæ debere beneficium: an ei qui æque q; ista propositum benefaciendi nullum habeat: sed profuit casu.

Eneficiū aliquis nesciēs profecto accipit: nemo a nesciente. Quomodo multos fortuita sanant: nec ideo remedia sunt. & in flumē alicui cecidisse frigore magno: causa sanitatis fuit. quomodo quorundā flagellis quartana discussa est: & mœtus repentinus animū in aliā curam aduertēdo suspectas horas fefellit. Nec ideo quicq; hoz etiaz si saluti fuit: salutare est. Sic quidā nobis prosunt: dum nolunt: immo quia nolūt: nō tamē ideo illis beneficiū debemus. Quid si pernicioſa illoz consilia fortuna deflexit in melius. an existimas me debere ei quicq; cuius manus cū me peteret: percussit hostē meum. qui nocuisset nisi errasset. Sæpe hostis dum aperte petierat: etiā veris testibus abrogauit fidem: & reum velut factione circūuentum: miserabilem reddidit. Quosdā ipsa quæ præmebat potentia eripuit: & iudices quē damnaturi erant: causæ damnare gratia noluerūt. Non tamen hi beneficiū dederunt: q; quis profuerint. Quia telum quo missum sit: non quo peruenit quæritē. Et beneficiū ab iniuria distinguit: non euentus: sed animus. Aduersarius meus dum contraria dicit: & iudicē superbia offendit: & vnū testem temere dimittit: causam meam erexit. Non quæro an pro me errauerit: quia contra me voluit.

Empe vt gratus sim: velle debeo idem facere quod ille vt beneficium daret debuit. Nam quid est iniquius homine: qui euz odit a quo in turba calcatus: aut respsus aut quo nollet impulsus est. Et quicquid est aliud quod illum querele eximat: cū in re sit iniuria quam extat nescisse quid faceret: eadem res efficit: ne hic beneficium dederit: ne ille iniuriā fecerit. Et amicum & inimicum voluntas facit: q; multos militiæ morbos eripuit: quosdam ne ad ruinam domus suæ occurrerent: inimicus vadimonio tenuit: ne in piratarum manus peruenirent: quidaz naufragio consecuti sunt. Nec his tamen beneficiū debemus: quoniam extra sensum officij casus est. Nec inimico cuius nos lis exercuit: dum vexat ac detinet. Non est beneficium nisi quod a bona volūtate proficiscitur: nisi illud agnoscit qui dedit. profuit aliquis mihi dum nescit: nihil illi debeo. Profuit cum vellet nocere: imitabor ipsum.

Primum illud reuertamur: vt gratiam referam alicui me vis: ipse vt beneficium mihi daret nihil fecit: vt alterum transeamus. vis me huic gratiam referre: vt q̄ a nolente accepi: volens reddam. Nam quid de tertio loquar: qui ab iniuria in beneficium delapsus: vt beneficium tibi debeam. Parum est noluisse te dare: vt non debeam satis est voluisse. Beneficium enim voluntas nuda non efficit: sed quod beneficiuz si optime ac plenissime voluntati fortuna deesset. Id æque beneficium non est: nisi fortunam voluntas antecedat. Non enim profuisse te mihi oportet: vt ob hoc tibi obliger: sed existimato profuisse.

Leantes exemplo eiusmodi nitimur: ad quærendum inquit: & accersendum ex academia Platonem. duos pueros misit. Alter totam porticum perscrutatus est: alia quoq; loca in quibus illum inueniri posse sperabat præcucurrit: & dolum non minus lapsus q; irritus redijt. Alter apud proximum circulatorem resedit: & cuz

vagus atq; erraneus vernaculis congregatur: ⁊ ludit transeuntes Platonem quē nō quæ sierat inuenit. Illum inquit laudabimus puerum: qui quantū in se erat: quod iussus est fecit. Hunc fœliciter inertem castigabimus. Voluntas est quæ apud nos ponit officium: cuius inde quæ conditio sit: vt me debito obstringat. Parum est illi velle nisi profuit: parum est profuisse: nisi voluit. Puta enim aliquem donare voluisse: nec donasse. Animum quidem eius habeo: sed beneficium non habeo: quod consummat ⁊ res ⁊ animus. Quemadmodum ei qui voluit mihi enim pecuniam credere: sed non dedit mihi: nihil debeo. Ita ei qui voluit mihi beneficium dare: sed non potuit: amicus quidem ero: sed non obligatus. Et volo illi aliquid præstare: nam ⁊ ille voluit mihi. Cæterum si benigniore fortuna vsus præstitero beneficium dedero: non gratiam rettulero. ille mihi gratiaꝫ debebit inferre. Hinc initiuꝫ a me fiet gratiæ.

Intelligo iam quid velis quærere. Non opus est te dicere vultus tuus loquitur. Si quis sua causa nobis profuit ei ne inquis debetur aliquid. Hoc enim sæpe te conquerente audio: q̄ quædam quæ homines sibi præstant: alijs iputant. Dicaꝫ mi Liberalis: sed prius hanc quæstiunculam diuidam: ⁊ rem æqualem ab iniqua separabo. Multum enim interest vtrum aliquis beneficium nobis det sua causa: an nostra: an sua ⁊ nostra. Ille qui totus ad se spectat: ⁊ nobis prodest: quia aliter alter sibi prodesse non potest eo loco mihi est: quo qui pectori suo hybernum ⁊ æstiuum pabulum prospicit: eo loco quo qui enim captiuos suos vt commodius veniant pascit: ⁊ opimos boues saginat ac defricat quo lanista qui familiam suam summa cura exercet atq; ornat. Multum vt ait Cleantes a beneficio distat negociatio.

Vrsus non sum tam iniquus vt nihil ei debeam: qui cuꝫ hic mihi vtilis esset: fuit ⁊ sibi. Non enim exigo: vt sine respectu suo mihi consulat: immo etiam opto vt beneficium mihi datum: vel magis danti profuerit: dummodo id qui dabat duos intuens dederit: ⁊ inter me seq; diuiserit. licet id ipse ex maiore parte possideat. Si modo me in consortium admisit: si duos cogitauit: ingratus sum: nō solum iniustus: nisi gaudeo hoc illi profuisse quod proderat mihi. Summæ malignitatis est non vocare beneficiū: nisi q̄ dantem aliquo incommodo affecit. Aliter illi qui beneficium dat sua causa respondebo. Quare potius te mihi profuisse dices: q̄ me tibi. Puta inquit aliter fieri non posse me magistratum q̄ si decem captos ciues ex magno captiuorū numero redimere. Nihil debebis mihi cum te seruitute ac vinculis liberauero. At qui mea id causa faciaꝫ. Aduersus hoc respondebo: aliquid istius tua causa facis: aliquid mea. Tua q̄ redimis me: tibi enim ad vtilitatem tuam satis est quod libet redemisse. Itaq; debeo: non q̄ redimis me: sed q̄ eligis. Poteras enim ⁊ alterius redemptione idem consequi: quod mea vtilitatem rei partiris mecum: ⁊ me in beneficium recipis: duobus profuturum. Præfers me alijs: hoc tecū mea causa facis. Itaq; si prætorem te factura esset decem captiuorum redemptio: decem autē soli captiui essemus. Nemo quicq; tibi deberet ex nobis. Quia nihil haberes quod cuiq; imputares a tua vtilitate seductū. Non sum iniquus beneficij interpres: nec desidero illud mihi tantum dari: sed ⁊ tibi.

Quid ergo inquit si in sortem nomina nostra Cinici iussissent: ⁊ tuum nomen inter redimendos exissent: nihil deberes mihi: immo deberem: sed exiguum. Quid sit hoc dicam. Aliquid mea causa facis: q̄ me ad fortunam redemptionis admittis: q̄ nomen meum exit: sorti debeo: q̄ exire potuit tibi. Additum mihi ad beneficium tuum dedisti: cuius maiorem partem fortunæ debeo: sed hoc ipsum tibi quod fortunæ debere potui. illos ex toto præteribo quorum mercenarium beneficium est: quod qui dat non computat cui: sed quanti daturus sit: quod vndiq; in se conuersum est. Vendit mihi aliquis frumentum: viuere non possum nisi emero: sed non debeo vitaꝫ: quia emi. Nec q̄ necessariū fuerit æstimo: sine quo victurus non fui: sed q̄ ingratum: quod non habuissem: nisi emissem: in quo inuehendo mercator non cogitauit quantum auxilij allaturus esset mihi: sed quantuꝫ lucri sibi: quod ei non debeo.

Sto modo inquit ne me dico quicq; debere te: nisi mercedulā dicis: nec præceptori quia aliquid numeraueris. Atqui omnium horum apud nos magna charitas: magna reuerentia est. Aduersus hoc respondetur. Quædam pluris esse q̄ emunt.

Emis a medico rem inæstimabilem: vitam ac valitudinem bonam. a bonarum artiū præceptore studia liberalia: & animi cultum. Itaq; bis non rei preciū: sed opere soluitur: q̄d deseruiunt: q̄d a rebus suis aduocari nobis vocant. Mercedem non meriti: sed occupatiōis suæ ferunt. Illiud tamen dici potest verius q̄ statim ponat: si prius quomodo istud refelli possit ostendero.

regnum sapientiæ noui: magnum securum. Ego sic oīa habeo: vt omnium sint.

Taq̄ cum Cæsar illi ducenta talenta donaret: ridens reiecit: ne dignam quidem
summā iudicans: qua nō acceptā gloriaret. Dij deæq̄ q̄ pauxillo illū aio: aut ho
norare voluit: aut corrumpere. Reddendum egregio viro testimonium est. Ingen/
tem rem ab illo dici audiui: cum miraretur clæmentiam eius: q̄ se putasset tanti posse mu/
tari. Si tentare inquit me constituerat: toto illi fui experiendus imperio.

Sapienti ergo donari aliq̄d potest: etiā si sapientis oīa sunt. Eque nihil p̄hibet: cuꝝ
oīa amicis dicam⁹ esse cōmunia: aliq̄d amico donari. Nō enī mihi sic cuꝝ amico cō
munia oīa sunt: quō cum socio: vt pars mea nō sit pars illi⁹: sed quō patri matriq̄
cōmunes liberi sunt: quibus cum duo sunt: nō singuli singulos habent: sed singuli binos.
Primū oīum iam efficiā: vt quisquis est iste q̄ me in societatem vocat: sciat se nihil mecū ha
bere cōe. Quare? q̄a hoc cōsortiū solū inter sapientes est: inter quos amicitia est. Cæteri non
magis amici sunt q̄ socij. Deinde plurib⁹ modis cōmunia sunt. Equestria oīum equitū ro
manoꝝ sunt. In illis tātū locus me⁹ fit p̄rius: quē occupaui. Hoc si cui cessi: cuius illi cō/
muni recensueri m: tamē aliq̄d dedisse videor. Quædā quorūdā sub certa cōditiōe sūt. Da
beo in equestrib⁹ locū: nō vt vendā: nō vt locem: nō vt habitē: in hoc tātū vt expectē. Præ/
terea nō mentiar: si dicā me habere in equestri locū. Sed cū in theatrū veni: si plæna sūt eque/
stria: ⁊ iure habeo locū illic: qui sedere mihi libere nō habeo: q̄a ab his cū quibus ius mihi
loci cōe est: occupatus est. Idem inter amicos puta fieri. Quicq̄d habet amic⁹ cōmune est no
bis: sed illius p̄rium est: quia tenet. Vti bis volente nō possum. Derides me inquis? Si
quod amici est: meū est: liceat mihi: vendere nō licet. Nā nec equestria: ⁊ tamē oīa tibi cuꝝ
cæteris equestribus sunt. Non est argumentū ideo aliq̄d tuū non esse: q̄a vendere nō potes
quia cōsūmere: quia mutare in deterius aut melius nō potes. Tuum enim est etiam quod
sub lege certa tuum est accipi: sed certe non minus habes.

Ec te trahamꝫ longius beneficiuꝫ datur: possunt esse maiora ⁊ plura in quæ si ea be
nivolentia effundat: ⁊ sic sibi indulgeat: quēadmodum amātes solent: quoꝝ plu/
ra oscula: ⁊ cōplexus artiores nō augent amorez: sed exercent. Hæc quoq̄ quæ ve
nit quæstio p̄fligata est in p̄rioribus. Itaq̄ breuiter p̄stringetur. Possunt enī in hanc quæ
data sunt aliꝰ: argumenta transferri. Quæritur an quæ oīa fecit: vt beneficium reddetur:
reddiderit. Vt nescias inquit illum non reddidisse: oīa fecit vt redderet. Apparet ergo non
esse id factum cuius faciendi occasionem non habuit: ⁊ creditori suo pecuniā non soluit is
q̄ vt solueret vbiq̄ quæsiuit: nec inuenit. Quædā eius conditionis sunt: vt effectuꝫ p̄stare
debeāt. Quibusdā p̄fectu est omnia attentasse vt efficeret. Si omnia fecit vt sanaret: perā/
git medicus partes suas. Etiā damnato reo: oratori constat eloquentiæ studiū: ⁊ officium:
si omni arte vsus est. Laus Imperatori etiā victo: ⁊ duci redditur. Si ⁊ prudentiæ ⁊ indu
stria: ⁊ fortitudo muneribus suis functa est. Omnia fecit vt beneficium redderet. Obstitit
illi fœlicitas tua. Nihil incidit durius: q̄ verā amicitiā experiretur: locupleti donare nō po/
tuit: sano assidere: fœlici succurrere. Gratiā rettulit etiā si tu beneficium non recæpisti. Præ/
terea huic intentus semp: ⁊ huius rei tempus operiens q̄ in hoc multū curæ: multū sedulī/
tatis impendit: plus laborauit q̄ cui cito referre gratiam contingit.

Ebitoris exemplum dissimile est: cui parum est pecuniam quæsisse: nisi soluit.
Illic enim stat acerbus super caput creditor: qui nullum diem gratis occidere pa
tiatur. Hic benignissimus qui tecum cursantem ⁊ solliciatum atq̄ anxium dicat.
Mitte hanc de pectore curam. Desine tibi molestus instare. Omnia a te habeo. Iniuriam

mihi facis si me quicq̃ amplius desiderare iudicas. Plenissime ad me puenit animus tu⁹. Dic inquit mihi si reddidisse beneficiū diceres: illū si gratiā rettulisset. Eodem ergo loco est qui reddidit: 7 qui non reddidit. Cōtra illud pone: si oblitus esset obliti beneficij: si nec tentasset quidē gratus esse: negares illū gratiaz rettulisse. Ut hic diebus noctibusq̃ se laxabit: 7 omnibus alijs renunciabit officijs: huic vni iminens: 7 operatus: ne quo se fugeret occasio. Eodem ergo loco erunt: ille qui curā referendæ gratiæ abiecit: 7 hic q̃ nunq̃ ab illa recessit. Iniquus es si rem a me exigis: cū videas animū nō defuisse ad summā. Puta cum captus esses: me pecuniā mutuā: rebus meis in securitatē creditorus oppositis nauigasse hyeme tam sæua p̄ infesta latrocinijs litora emensiū: quicquid piculi afferre potest etiā pacatū mare: pagratis omnibus sollicitudimbus: cū quos nemo fugiebat: ego quærentē tandem ad piratas pueni: 7 iam te alius redimerat: negabis me gratiā rettulisse: etiā si in illa nauigatione pecuniā quā saluti tuæ cōtraxerā naufragus p̄didi: etiā vbi vincula quæ detrahere tibi volui: ipse incidi: negabis me rettulisse gratiā? Ut mehercule athenienses: Armodium 7 Aristogionem tyrānicidas vocant: 7 Mucio man⁹ in hostilia ara relicta instar occisi Porsennæ fuit. Et semp contra fortunaz luctata virtus etiā citra effectuz p̄positi operis enituit. Plus præstitit qui fugientes occasiones secutus est: 7 alia atq̃ alia captauit: p quæ referre gratiā posset: q̃ is quē sine vllo sudore: gratū primo fecit occasio.

Vas inquit res ille tibi præstitit? Voluntatem 7 rem. Tu quoq̃ illi duas debes. Merito istud diceres ei qui tibi reddidit voluntatē odiosaz. Huic vere debes: 7 qui vult: 7 qui conat: 7 nihil intentatū relinquit: sed nō potest dicere: vtrūq̃ eniz præstat quantum in se est. Deinde non semp numero numerus æquādus est. Aliquādo vna res pro duabus valet. Itaq̃ in locū rei succedit tam p̄pensa voluntas 7 cupida reddendi. Quid si animū sine re ad referēdā gratiā nō valet: nemo aduersus deos gratus est: in quos voluntas sola confert. Dijs inquit nihil aliud præstare possumus. Sed si huic quoq̃ cui referre gratiā debeo: nihil aliud præstare possum. Quid est quare non eo aduersus hominem gratus sim? quo nihil amplius in deos confero.

Itam quid sentit quæris: 7 vis signare responsum. Hic beneficiū recæpisse se iudicet: ille se sciat non reddidisse. Hic illū demittat: ille se teneat. Hic dicat habeo: ille respondeat habeo. In oī quæstiōe p̄positū sit nobis bonū publicū. Prædudēdæ sūt excusatiōes īgratis: ad quos refugere nō possit: 7 sub q̃bus inficiatione suā gere. Omia feci. Facetiā nūc. Quid tu tā imprudentes iudicas maiores nostros fuisse: vt non intelligerent iniquissimū esse eodē loco eū qui pecuniā quā a creditore accæperat: libidini aut aleæ assumpsit. 7 eum qui incēdio aut latrocinio: aut aliquo casu tristiore: aliena cū suis perdidit. Nullā excusationē recæperūt vt hōies scirēt fidem vtiq̃ præstandā. Satius eni erat a paucis etiā iustā excusationē nō accipi: q̃ ab omnib⁹ aliquā tentari. Omnia feci sti vt redderes. Hoc illi satis: tibi pax. Nam quēdamodū ille: sed enixam 7 sedulā operā transire p̄ irrita parit: cui gratia referat indignus est. Ita tu ingrat⁹ es: nisi ei q̃ voluntatē bonā in solutum accipit eo libentius debes: q̃a dimitteris. Non rapias hoc nec testeris. Occasiones reddēdi nihilominus quæras. Redde illi: q̃a repetit: huic q̃a remittit: illi quia malus: huic quia nō malus. Ideoq̃ nō est: q̃ ad te banc quæstionē iudices p̄tinere. An q̃ beneficiū q̃s a sapiēte accæpit: reddere debeat: si ille desinat esse sapiēs: 7 in malū versus est. Redderes eniz 7 depositū q̃ d a sapiente accæpisses: 7 etiā malo redderes creditū. Quid est cur nō 7 beneficiū? Quia mutatus est ille: te mutat. Quid si quid a sano accæpisses? ægro non redderes: cū plus semp imbecillo amico debeam⁹. Et hic æger est. Animo adiuuetur: ferat. Stulticia morbus est animi distinguendū hoc quo magis intelligat existimo.

Duo sunt beneficia. Vnū q̃ dare nisi sapiēs sapienti nō p̄t. Hoc est absolutum 7 verū beneficiū. Alterū vulgare plæbeium: cui⁹ inter nos 7 impios commerciū est. De hoc nō est dubiū q̃n illi qualiscunq̃ est debeā reddere: siue homicidia: siue furta: siue adulter euasit. Habēt scelera leges suas. Meli⁹ istos iudex q̃ ingrat⁹ emēdat. Nemo te malū q̃a est: faciat. Malo beneficiū p̄ piciā. Bono reddā. Huic q̃a debeo: illi ne debeam.

De altero beneficij genere dubitat: q̃ si accipe nō potui nisi sapiēs: nec reddere q̃dem nisi sapienti possum. Puta enī me reddere: ille nō p̄t recipe. Nō est iā hui⁹ rei capax. Scientiā vtendi p̄didit. Quid si me remittere manco pilam iubeas. Stultum est

dare alicui q accipe non possit. Vt respondere ab vltimo incipiã. Non dabo illi q̃ accipe nõ poterit. Reddã etiã si accipe nõ poterit. Obligare enĩ nõ possum: nisi accipientem: liberari tantũ si reddi possuz. ille vti illo non poterit: viderit. penes illũ erit culpa: nõ penes me.

Eddere est inquit accepturo tradidisse. Quid enĩ si cui vinũ debeas: & hoc ille infundere ræticulo iubeat: aut cribro. reddidisse te dices: aut reddere voles: q dum redditur inter duos perit. Reddere est id q̃ debeas ei cuius est volenti dare. Hoc vnũ mihi præstandũ est: vt quidã debeat quod a me accepit. Iã vlterioris est curæ. Non tutelam illi sed fidem debeo. Multoq̃ satius est illum non habere: q̃ me non reddere. Et creditori statim in macellum laturo quod accepit reddam. Etiam si mihi adulteraz cui numerem delegauerit soluam. Et si nũmos quos accipiet in sinum suum distinctum fundet: dabo. Reddendum enim mihi est: non seruandum cui reddidero aut tuendum. Beneficij accepti non redditi custodiam debeo. Dum apud me est saluum sit. Cæteq̃ licet accipientis manibus effluat: dandum est reposcenti. Reddo bono cum expediet. Malo cuz petet. Tale inquit beneficium quale accepisti: non illi potes reddere. Accepisti enim a sapiente: stulto reddis. Non reddo illi quale nunc potest accipere. Nec per me fit: quod deterius: sed p illuz Id quod accepi reddam. Cui sit ad sapientiam reddiderit reddam. Quale dum in malis est reddaz: quale ab illo potest accipi. Quid si inquit non tantũ malus factus est: sed ferus sed immanis: qualis Apollodorus: aut Phalaris. Et huic beneficiuz quod acceperas reddas. Mutatione sapientis tantam naturaz non patitur. Nã in pessima ab optimis lapsus necesse est etiam in malo vestigia boni teneat. Nunq̃ tantum virtus extinguitur: vt nõ certiores animo notas iprimat: q̃ vt illas eradat vlla mutatio. Feræ inter nos educatæ sunt in siluas eruperunt. Aliquid mansuetudinis pristinæ retinẽt. Tantũq̃ a placidissimis absunt: quantũ a veris feris: & nunq̃ humanam manum passis. Nemo in summã nequiciaz incidit: qui vnq̃ hæsit sapientiæ. Altius infectus est: q̃ vt ex toto diu: & transire in colorem malum possit. Deinde interrogo vtrum iste ferus sit animo tantum: an & in perniciem publicam excurrat. Proposuisti enim mihi aũt probalatum & titanũ: quorum si naturam habet intra malus: q̃diu ego isti beneficium suũ reddam. Ne quid mihi cuz sit iuris amplius. Si ho sanguine humano: non tantum gaudet: sed pascitur: sed & supplicijs omniuz ætatum crudelitatem insaciabilem efficeret: nec ira: sed auiditate quadam sæuiendi furit: si in ora parentum filios iugulat: si non contentus simplici morte distorquet. Nec vult solum perituros: sed ex eo quid: si ars eius est cruor: & semper recenti madet. Parum est huic beneficium non reddere: quicquid erat. quoinde cohæreret: interciſa iuris humani societas abscidit. Si præstitisset quidez mihi aliquid: sed arma patriæ meæ inferret: quicquid meruerat pdidisset: & referre illi gratiaz scelus haberetur. Si non patriã meã ipugnat: sed suæ grauis est: & sepositus a mea gente suam exagitat: abscidit nihilominus illũ tanta prauitas animi: etiã si nõ ĩimicum inuisum mihi efficit: priorq̃ mihi ac potior eius officij ratio est: q humano generi: q̃ q vni homini debeo.

Ed q̃uis hoc ita sit: & ex eo tempore omnia mihi in illum bona sint libera: ex quo corrumpendo fas omne: vt nihil in eum nefas esset effecerit: illum mihi seruandum modum credam. Vt si beneficium illi meum: neq̃ vires maiores daturum est: in exitũ cõmune: nec confirmaturum quas habet. Ita autẽ erit quod illi reddi sine pernicie publica possit reddam. Seruabo filium eius infantez. Quid hoc beneficiũ obest: cuiq̃ eoz quos crudelitas eius licerat. Pecuniam quæ satellitem stipendio teneat: non submini strabo. Si marmora & vestes desiderauit: nihil oberat cuiq̃ id quo luxuria eius instruitur. Militẽ & arma non suggerã: si pro magno petet munere. Artifices scænæ: & scorta: & quæ feritatem eius emoliant: libens offeram: cui triremes: & cæratas non mitterem. Luxurias & cubiculatas: & alia ludibria regum in mari lasciuientiũ mittaz. Et si ex toto eius sanitas desperata fuerit: eadem manu beneficium omnibus dabo: illi reddam q̃q̃ ingenijs talibus vitæ exitus remedium est. Optimum est obire ei qui ad se nunq̃ redditurus est. Sed hæc rara nequicia est: & semper portenti loco habita fuit: hiatus terræ: & cauernis maris initur vt eruptio. Itaq̃ ab illa recedamus. De his loquamur: vt de his quæ detestantur sine horore. Huic homini malo quem inuenire in quolibet foro possum: quem singuli timent: reddam beneficium quod accepi. Non oportet mihi nequiciam eius prodesse: q in eũ non est

Redeat ad dominum bonus sit an malus. Quid diligenter istud exauterem: si nō redderē sed darem. Hic locus fabulam poscit.

Ythagoricus quidā emerat a sutore phecassia: rem magnā nō poscēnibus minimis
Post aliquot dies venit ad tabernam redditurus: ⁊ cum clausaz diu pulsaret: fuit
qui diceret: Quid perdis operam tuam: sutor ille quē quæris electus combustus
est. Quod nobis fortasse molestum est: qui in æternum nostros amittimus. Tibi minime
qui scis futuruz vt renascatur. Iocatus in pythagoricum. Et philosophus nostræ tres: aut
quattuor denarios: non iuita manu domū rettulit: subinde concutiens. Deinde cuz repe-
rendisset hanc suam nō reddendi tacitam voluptatem intelligens arrisisse sibi illud lucellū
redit ad eandem tabernam. ⁊ ait: ille tibi viuit: tu redde quod debes. Deinde p̄ clostrum
qua secōmissura laxauerat: quattuor denarios in taberna inseruit ac misit: pœnas a se exi-
gens improbæ cupiditatis: ne alieno assuesceret.

Quod debes quæri cui reddas. Et si nemo poscet: ipse tu appella. Malus an bonus
sit. Ad te non pertinet. Redde ⁊ accusa non oblitus: quemadmodū inter nos offi-
cia diuisa sunt: illi obliuio imperata est: tibi meminisse mandauimus. Errat tamē
si quis existimat cuz dicimus eū qui beneficiū debet obliuisci oportere: excutere nos illi me
moriā rei præsertim honestissimæ. Quæ præcipimus vltra modū: vt ad verum ⁊ suuz re-
deant. Cum dicimus meminisse nō debet: hoc volumus intelligi prædicare nō debet: nec ia-
ctare: nec grauis esse. Quidam enim beneficium quod dederūt omnibus circulis narrant.
Hoc sobriꝫ loquūtur: hoc ebriꝫ nō continent: hoc ignotis ingerunt: hoc amicis committunt
Vt hæc nimia ⁊ exprobatrix memoria subsideret: obliuisci cuz qui dedit iussimus: ⁊ plus
imperando q̄ꝫ præstari poterat silentium suasimus.

Noticns parum fiduciæ est in his quibus imperes: amplius est exigendum est q̄ꝫ
satis est: vt præstetur quantū satis est. In hoc omnis hyperbole excedit: vt ad veri
mendacio veniat. Itaq̄ꝫ ille cū dixit qui candore niues an terrent: cursibus auras:
quod non poterat fieri dixit: vt crederetur: quantū plurimū posset. Et qui dixit his īmobi-
lior scopulus violentior amne. Hoc quidē semp̄ suasuruz putauit aliquē: tam īmobilem
esse: q̄ꝫ scopulum. Nunq̄ꝫ tantū sperat hyperbola: quantuz audet: sed incredibilia affirmat
vt ad credibilia perueniat. Cum dicimus: qui beneficiū debet obliuiscantur. hoc dicimus
similis sit oblito. Memoria eius nō appareat: nec incurrat. Cum dicimus beneficium repeti
non oportere: nō ex toto repetitionem tollimus. Sæpe enim opus est malis exactoribus etiam
bonis admonitore. Quid ergo occasionē ignoranti non ostendam: necessitates illi meas nō
denegam: quare nescisse se aut mentiatur aut doleat. Interueniat aliquando admonitio: sed
verecūdia: quæ nō poscat: nec in ius vocet.

Socrates amicis audientibus: emissem inquit palliū: si nūmos haberem. Neminē
poposcit. Omnes admonuit: a quo acciperet: ambiguus fuit. Quid ni esset. Quan
tulum enim erat quod Socrates accipiebat: nonne multū erat: eum meruisse: quo
Socrates acciperet. Non illos castigare mollius potuit. Emissem inquit palliuz: si nūmos
haberem. Post hæc quisquis properauerit: sero dat. Iam Socrati defuit: propter acerbos
exactores recipere prohibemus: nō vt nunq̄ꝫ fiat: sed vt parce.

Xistippus aliquādo delectatus vnguēto. Male inquit istis effœminatis eueniat:
qui rem tam bellam infamauerūt. Idez dicendū est: male istis improbis: ⁊ impo-
tunis beneficioꝝ suorum quadruplatoribus eueniant: qui tam bellaz admonitionē
inter amicos sustulerūt. Ego tamē vtar hoc iure amicitiæ: ⁊ beneficiū ab eo repetam: a quo
petissem alternis beneficij loco accepturus est potius se reddere. Nunq̄ꝫ ne quærens quidē
dicam. Eiectuz litore ægentem excepi: ⁊ regni demens in parte locaui. Non est ista admo
nitio: īmo cōuicium est. Hoc est in odiū beneficia perducere. Hoc est efficere: vt ingratū esse:
aut libeat: aut iuuet. Satis abūdeq̄ꝫ est submissis familiaribus verbis: memoriā reuocare
Si bene quid de te merui. Fuit aut tibi quicq̄ꝫ dulce meū. ille inuicem dicat: Quid ni me-
rueris: ægenum litore ægentem excepisti.

Ed nihil inquit profecimus: dissimulat oblitus est. Quid facere debeam quæris
rem maxime necessariam: ⁊ in qua hanc materiam consummari decet. Quemad-
modū ingrati ferēdi sint: placido animo: māsueto magno. Nūq̄ꝫ te tā inhumano:

⁊ immemor⁊ ingratus offendat: vt non tantum dediſſe delectet. Nunc̄ in has voces iniuria impellat. Vellem non feciſſe. Beneficij tui etiam infœlicitas placeat. Semper illuz pœnitebit: ne nunc quidem pœnitet. Non eſt ⁊ indigneris tanc̄ aliquid noui acciderit: magis mirari debes: ſi non acciditſet. Alium labor: alium impenſa deterret: alium periculū: aliū turpis verecundia: nedum reddit fateatur accepiſſe. Alium ignorantia officij: aliū pigritia: aliū occupatio. Aſpice quemadmodū īmēſæ hominū cupiditates hiant ſemp⁊ poſcāt Non miraberis vbi nemine reddere: vbi nemo ſatis accipit. Quis eſt iſto⁊ tam firmæ voluntatis ac ſolidæ: vt tuto apud eum beneficia deponas? Alius libidine inſanit. Alius abdeuz ſeruit. Alius lucroſus eſt: cuius ſummā non vinces. Alius īuidia laborat. Alius cæca ambitione: ⁊ in gladios ruente. Adūce torporem mentis ac ſenium: ⁊ ocia huic inquieti pectoris agitationē: tumultuſq⁊ perpetuos. Adūce extimationē ſui nimiam ⁊ tumorem: ob quæ contemnendus eſt inſolentem. Quid contumaciā in peruerſa nitentiū? Quid leuitatē ſemp⁊ aliquo tranſilientem loquar? Huc accedat temeritas præceps: ⁊ nunc̄ fidele conſiliū datoris timor: ⁊ mille errores: quibus voluimur. Audacia timidiſſimo⁊: diſcordia familiariſſimorum: ⁊ publicum malus incertiſſimis fidere: faſtidere poſſeſſa: quæ conſequi poſſe ſpes non fuit.

Nter affectus inquietiſſimos rem quietiſſimam fidem quæris: ſi tibi vitæ noſtræ vera imago ſuccurreret. Videberis tibi videre: captæ cum maxime ciuitatis faciez in qua omiſſo pudoris rectiq⁊ reſpectu: vires in conſilio ſunt. Velut ſigno ad permiſcenda omnia dato: non igni: non ferro abſtinetur. Soluta legibus ſcelera ſunt. Nec religio quidem quæ inter arma hoſtilia ſupplices texit: nullum impedimentū eſt ruentium in prædam. Hic ex priuato: hic ex publico: hic ex ꝓphano: hic ſacra rapit: hic effringit: hic tranſilit: hic non contentus anguſto itinere: ipſa quibus arcetur euertit: ⁊ in lucrum ruina venit. Hic ſine cæde populat: hic ſpolia cruenta manu portat. Nemo non fert aliquid ex altero. In hac auiditate generis humani: num tu nimis fortunæ cōmunis oblitus es? qui quæris inter rapientes referentem. Si indignaris ingratos eſſe. Indignare luxurioſos. Indignare auaros. Indignare impudicos. Indignare ægros: deformes: ſenes: pallidos. Eſt iſtud graue vicium: eſt intolerabile: ⁊ quod diſſociet homines: quod concordiam qua imbecillitas noſtra fulcitur: ſcindat ac diſſipet. Sed vſq⁊ eo vulgare eſt. Vt illud nec qui quærit quidem effugeret.

Cogita tecum an quibuſcunq⁊ debuiſti gratiam retuleris: an nullum vnq⁊ apud te perierit officiū: an te beneficiorum memoria comitetur? Videbis quæ puero data ſunt: ante adoleſcentiam elapſa: quæ in iuuenem collata ſunt: non perduraſſe in ſenectutem. Quædam perdidimus: quædam proiecimus. Quæda⁊ e conſpectu noſtro paulatim exierunt. A quibuſdam oculos auertimus. Vt excuſem tibi imbecillitatem tuam. Imprimis fragilis eſt memoria: ⁊ rerum turbæ non ſufficit. Neceſſe eſt quantum recipit emittat: ⁊ antiquiſſima recentiſſimis obruat. Sic factū eſt: vt minima apud te nutricis eſſet auctoritas: quia beneficium eius longius ætas ſequens poſuit. Sic factū eſt vt præceptoris tibi nō eſſet vlla veneratio. Sic euenit vt circa cōſularia occupato comitia: aut ſacerdotio⁊ candidato quæſtare ſuffragatorū excideret. Fortaſſe viciuz de quo quereris: ſi te diligenter excuſſeris: in ſinu īuenies. Inique publico crimini: ſtulte tuo vt abſoluaris ignoſce. Meliorem illum facies ferendo: vtiq⁊ peiorem exprobando. Non eſt ⁊ frontem eius indures: ſine ſi quid eſt pudoris reſidui ſeruet. Sæpe dubiam verecundiam vox conuiciantis clarior rupit. Nemo id eſſe quod etiam videtur timet. Deprehenſus pudore emittitur.

Erdidi beneficium. Nunquid quæ conſecrauimus perdidiſſe nos dicimus? Inter conſecrata beneficium eſt: etiam ſi male reſpondit: bene collatum. Non eſt ille qualem ſperauimus. Dimus quales fuimus nos ei diſſimiles. Damnum non tunc factum apparuit. Ingratus non ſine noſtro pudore protrahatur. Quoniam quidem querela amiſſi beneficij: non bene dati ſignum eſt. Quantum poſſumus caſum eius apud nos agamus. Fortaſſe non potuit: fortaſſe ignorauit: fortaſſe facturus eſt. Quæda⁊ bona lentus ac ſapiens creditor fecit: qui ſuſtinuit: hac mora fouit. Idem nobis faciēdū eſt. Nutriamus fidem languidam.

Kedidi beneficium stulte: nō nosci detrimenti tui tempora perdidisti: sed cū dares
Nunc palam factum est etiam in his quæ videntur: in perdito moderatio pluri/
mum profuit. Vt corporum: ita animorum molliter vicia detractanda sunt. Sæpe
quod explicauit mora: pertinacia trahentis abruptum est. Quid opus est maledictis? quid
querelis? quid insectatione? Quare illum liberas? quare dimittis? Si ingratus est: iam
nihil debet. Quæ ratio est exacerbare eum in quē magna cōtuleris: vt ex amico dubio: fiat
nō dubius īimicus: & patrociniū sibi nostra infamia quærat? Nec desit qui dicat: Nescio
quid est q eū cui tantū debuit: ferre non potuit. Subest aliquid. Nemo non superioris di/
gnitatē quærendo: etiā si nō inquinauit aspersit. Nec quisq̄ fingere contentus est leuia: cū
magnitudine mendacij fidem quærat.

Vanta illa melior via qua seruatur illi spes amicitiæ: & si reuerti ad sanitatem velit
etiam amicitia: vincit malos pertinax bonitas. Nec quisq̄ tam duri infestiq; ad/
uersus diligenda animi est: vt etiā viciatus bonos non amet. Quibus hic quoq;
cœpit debere quod impune non soluit. Ad illa itaq; cogitationes tuas flecte. Nō est mihi
relata gratia. Quid faciam q dij omniū rerum optimi auctores: qui beneficia ignoranti
dare incipiunt: ingratis perseuerant. Alius illis obiecit negligentiā nostri. Alius iniqui/
tatem. Alius illos extra mundum suum proiecit: & ignauos debiteq; sine luce: sine vllo
opere destituit. Alius solem cui debem⁹: q intra labore: quietemq; tēpus durissimū: q non
tenebris immersi confusionem æternæ noctis effugimus: q animum cursu se temperat: &
corpora alit: sacra euocat: percoquit fructus. Saxum aliquod: aut fortuitorum ignium glo
bum: & quid ius potius q̄ dictum appellat. Nihilominus tamen more optimorum pare/
tum: qui maledictis suorum infantium arridēt: non cessant dij beneficia congerere: de be/
neficiorū auctore dubitātibus: sed æquali tenore bona sua p gentes populosq; distribuūt
Vnam potentiā sortiti prodesse. Spargūt opportunis imbribus terras: maria flatu mouēt
siderum cursu notant tempora. Hyemes æstatesq; interuentu lenioris spiritus molliunt:
errorem labentiū animarū placidi ac propicij ferunt. Imitemur illos. Demus etiā si multa
in irritum data sint. Demus nihilominus alijs. Demus ipsis apud quos iactura facta est
Neminē ad excitandas domos ruina deterruit. Et cū penates ignis assumpsit: fundamēta
rapente adhuc arena ponimus: & vrbes baustas sæpius eodem solo condimus. Adeo ad-
bonas spes pertinax animus est. Terra mariq; humana opera cessarent: nisi male ruentia
iterū tentare libuisset.

Ngratus est. Non mihi fecit iniuriā: sed sibi. Ego cum beneficio meo/ darem vsus
sum. Nec ideo pigrius dabo: sed diligentius. Quod in hoc perdidi: ab alijs reci/
piam. Sed huic ipsi beneficiū dabo iterū: & tanq̄ bonus agricola: cura cultuq; ste/
rilitatē soli vincā. Perit mihi beneficiū. Iste omnibus. Nō est magni animi beneficiū dare
& pdere. Hoc est magni animi pdere & dare. Explicit liber vltim⁹ de beneficijs

Lucij Annei Senecæ de Ira ad
Nouatum Incipit liber primus.

Fægisti a me Nouate vt scriberem quēadmodū posset ira leniri: nec
immeriro mihi videris hūc præcipue affectū primuisse: maxime ex
omnibus terrū ac rabidū. Cæteris enī aliquid quieti placidiq; inest
Hic totus cōcitatus & in impetu est doloris armor sanguinis suppli
cior minime humana fruēs cupiditate dū alteri noceat sui negligēs
in ipsa irruens tela: & vltiōis secū multaq; tractare auidus. Quidam
itaq; e sapiētibus viris iram dixerūt breuem insaniā: æque enī im/
potens sui est: decoris oblita: necessitudinū īmemor. In quod cœpit
pinax: & intenta rationi: cōsilijsq; præclusa: vanis agitata causis ad cōspectū æqui veriq;
inhabilis ruinis similima: quæ super id quod oppressere frangant. Vt scias autem non esse
sanos quos ira possedit ipsum illor habitū intuere. Nam vt furentium certa indicia sunt
audax & minax vultus: tristis frons: torua facies: citatus gradus: inquietæ manus: color
versus: creba & vehemētius acta suspiria. Ita irascentiū eadem signa sunt: flagrant: emicant
oculi: multos ore toto rubor: & æstuāte ab imis præcordijs sanguine: labia quatiūtur: den/
tes cōprimunt: horrent ac subrigunt capilli: spiritus coactus ac stridens articulorumq; seipsos

torquentiū sonus: gemitus: mugitusq; ⁊ parum explanatis vocibus sermo præruptus: ⁊ complosæ sæpius manus: ⁊ pulsata humus pedibus: ⁊ totū concitū corpus: magnasq; iræ minas agens: fœda visu ⁊ horrenda facies deprauantiū se atq; intumescentiū. Nescias vtrum magis detestabile vicium sit: an deforme. Cætera licet abscondere: ⁊ in abdito alere ira se profert: ⁊ in faciem exit: quantoq; maior hæc est: efferuescit manifestius. Non vides vt omniū animaliū simul ad nocendū insurrexerunt: præcurrant notæ ac tota corpora: solitum quietumq; egrediant habitum: ⁊ feritatem suam exasperent. Spumant apris ora: dentes acuunt attritu: taurorū cornua iactant in vacuū: ⁊ arena pulsu pedū spargitur: leones fremunt: inflantur irritatis colla serpentibus: rabidarū canū tristis aspectus est. Nullū est animal tam horrendum: tam perniciosumq; natura: vt nō appareat in illo: si illis ira inuasit nouæ feritatis accessio. Nec ignoro cæteros quoq; affectus; vix occultari libidinem mœrumq; ⁊ audaciam dare sui signa: ⁊ posse prænosci. Neq; enim vlla vehemētior intra cogitatio est quæ nihil moueat in vultu. Quid ergo interest? quod alij affectus appareat hic eminet. Iaz ño si effectus eius damnaq; intueri velis: nulla pestis humano generi pluris stetit. Videbis cædes ac venena: ⁊ eorum mutuas sordes: ⁊ vrbium clades: ⁊ totaq; exitia gentiuq; ⁊ principum: sub diuili hasta capita venalia: ⁊ subiectas tectis faces: nec intra mœnia coercitos ignes: sed ingentia spacia regionum hostili flamma relucentia. Aspice nobilissimarum ciuitatum fundamenta vix notabilia: has ira deiecit. Aspice solitudines per multa milia sine habitatione desertas: has ira exhausit. Aspice tot memoriæ proditos duces mali exempla fati. Alium ira in cubili suo confodit. Alium intra sacra mensæ ira percussit. Alium inter leges celebris quæ spectaculū fori lancinauit. Alium filij paricidio dare sanguinem iussit. Alium seruili manu regale aperire iugulum. Alium in cruces membra diffindere. Adhuc singulorum supplicia narro: quid tibi si libuerit relictis in quos ira viros non exarsit. Aspice cæsas gladio concliones: ⁊ plæbem immisso milite contrucidataq; ⁊ in perniciem promiscuam: totos populos capitis damna passos tanq; aut curam nostraq; deserentibus: aut auctoritate cōtemnentibus. Quid de gladiatoribus quare populꝰ irascit ⁊ tam inique vt iniuriā putet q; nō libenter pereunt contemni se iudicant: ⁊ vultu gestu ardore aspectione in aduersarium vertit. Quod quidem tale non est ira: sed quasi ira. Sicut puerorū: qui si ceciderunt terram verberari volunt: ⁊ sæpe nesciunt quid est cui irascant: sed tantū irascunt sine causa ⁊ sine iniuria: nō tamen sine aliqua iniuriæ specie: nec sine aliqua pœnæ cupiditate. Deludunt itaq; mutatione plagaꝝ ⁊ simulatis deprecantiū lachrymis placantur: ⁊ falsa vltione falsus dolor tollitur. Irascimur inquit sæpe non illis qui læserūt sed his qui læsuri sunt. Vt scias iram nō tantū ex iniuria nasci: veꝝ etiā irasci nos læsuris sed ipsa cogitatione nos lædunt: ⁊ iniuriā qui facturus est iaz facit. Vt scias inquit nō esse iram pœnæ cupiditatez. Infirmissimi sæpe potentissimis irascunt: nec pœnaz cōcupiscunt quam non sperant. Primū diximus cupiditatem esse pœnæ exigendæ non facultatē. Concupiscunt autē homines: ⁊ quæ non possunt. deinde nemo tam humilis est qui pœnaz vel summi hominis sperare non possit. Ad nocendum potentes sumus. Aristotelis finitio nō multum a nostra abest. ait enim: Iram esse cupiditatem doloris reponendi. quid inter nostram ⁊ hanc finitionem intersit exequi longum est. contra vtranq; dicitur: feras irasci: nec iniuria irritatas: nec pœnæ doloriue alieni causa. Nam etiam si hoc efficiunt non hoc petūt Sed dicendum est feras ira carere: ⁊ omnia præter hominem. nam cum sit inimica rationi nusq; tamen nascatur nisi vbi rationi locus est. Impetus habent feræ: rabiem: feritatem: incursum. Iram quidem nō magis q̄ luxuriā vel iniuriā: ⁊ in quasdā voluptates intemperatiores homines sunt. Non est quod credas illi qui dicit: Non aper irasci meminit: non sidere cursu. Cerua nec armentis incurrere fortibus vsi. Irasci dicit incitari impingi. Irasci quidem nō magis iidem q̄ ignoscere. Muta animalia humanis affectibus carent: habēt autē similes illis quosdā impulsus. alioquin si amor in illis esset: ⁊ odium esset. Si amicitia ⁊ simultas: si dissentio ⁊ concordia. Quorum aliqua in illis quoq; extant vestigia. Cæterū humanoꝝ pectorum propria bona malaq; sunt. nulli nisi homini concessa prudētia est prouidentia: diligentia: cognitio. nec tantū virtutibus humanis animalia: sed etiaz vicijs prohibita sunt. tota illorum vt extra: ita intra formæ humanæ dissimilis est. Regimen est illud ⁊ principale aliter ducunt: vt vox est quidem: sed non explanabilis ⁊ perturbata: ⁊

inefficax vt lingua: sed deuincta: nec in motus varios soluta: ita ipsum principale: parum subtile: parū exactum caput. Ergo vsus speciesq; rerum quibus ad impetus euocetur: sed turbidas & confusas. Ex eo procursus illarum tumultusq; vehementes sunt. Motus autē solitudinesq; & tristicia & ira non sunt: sed his quædam similia. Ideo cito cadunt & mutant in contrarium. & cum acerrime sæuierunt expaueruntq; pascuntur: & ex fremitu decurriuq; vesano statim quies soporq; sequitur. Quid esset ira satis explicatuz est. Quo distet ab iracundia apparet: quo ebrius ab ebrioso: & timens a timido. Iratus potest non esse tracūdus Iracundus non potest aliquando iratus non esse. Cætera quæ pluribus apud græcos nominibus in speciem iram distinguunt: quia apud nos vocabula sua non habentur. Prætereo etiam si amarum nos acerbumq; dicamus: nec minus stomachosum: rabiosum: clamosum: difficile: asperum: quæ omnia irarum differentiæ sunt. Inter hos morosum ponas: licet delicatum iracundiæ genus. Quædaz enim sunt iræ quæ intra clamorem concidant. Quædam non minus pertinaces q; frequentes. Quædaz sæuæ manent verbis partiores. Quædam in verborum dictorumq; amaritudine effusæ. Quædam vltra querelas & aduersationes non exeunt. Quædam altæ grauesq; sunt: & introrsus versæ. Mille aliæ species sunt mali multiplicis. Quid esset ira quæsitum est. An in vllum aliud animal q; in hominem caderet quo ab iracundia distaret: & quæ eius species essent. Nūc quæramus an ira ꝑm naturam sit: & an vtilis atq; ex aliqua parte retinenda: an ꝑm naturam sit: manifestum erit si hominem inspexerimus quo quid est mitius: dum in recto animi habitu est. Quid autem ira crudelius est? homine quid amantius? quid ira infestius? Homo in adiutorium mutuum generatus est. Ira in exitium. Ille congregari vult: illa discedere. hic prodesse: illa nocere. hic etiam ignotis succurrere: illa etiam clarissimos petere. hic aliorum incōmodis vel impendere si paratus est. Ira in periculū dūmodo secum deducat alium parata descendere. Quis ergo magis naturam rerum ignorat q; qui optimo eius operi & commendatissimo hoc ferum ac pernicioſum vicium assignat. Ira vt diximus auida pœnæ est cuius cupidinem inesse pacatissimo hominis pectori minime ꝑm eius naturam est. Benefic̄ aute humana vita constat & concordia: nec terrore sed mutuo amore in fructū auxiliūq; cōmune constringit. Quid nō aliquādo castigatio necessaria est: sed hæc syncera cū ratione Non enim nocet: sed medetur specie nocendi. quemadmoduz quædam bastilia detorta vt corrigamus adurimus: & adactis amis non vt frangamus: sed vt explicemus elidimus. sic ingenia vicio praui dolore corporis animiq; corrigimus. Nempe medicus primo in leuib⁹ vicijs tentat non multū ex quotidiana consuetudine inflectere: & cibis: potionibus: exercitationibus ordinem ponere: ac valitudinē tantū mutata vitæ dispositione firmare. proximū est vt modus proficiat: si modus & ordo nō ꝓficit: subducit aliqua & circūcidit si nō adhuc quidem respondet. Intercidit cibis & abstinentia corpus exonerat: si frusta molliora cesserunt: ferit, venam mebriſq; si adhærentia nocent: & morbum diffundūt: manus affert. Nec vlli dura videtur curatio cuius est salutaris effectus. Ira legum præsidē ciuitatisq; rectorē decet: q; diu potest verbis & mollibus his ingenia curare: vt facienda suadeat: cupiditatēq; honesti & æqui concilier animis: faciatq; vicioꝝ odium: precij virtutis. Transeat deinde ad tristiorē orationem qua moneat adhuc & exprobret. nouissime ad pœnas & has adhuc leues & reuocabiles decurrat. Vltima supplicia sceleribus vltimis ponat: vt nemo pereat nisi quemquē perire etiā pereuntis interſit. Hoc modo medentibus erit dissimiles qui illis quibus vitā non potuerūt largiri: facilem exitum præstant. hic damnatus cū dedecore & transductiōe vitā exigit. Non quia delectetur vllius pœna. Procul est enim a sapiēte tam inhumana feritas: sed vt documentū omniū sit: & qui alicui noluerūt prodesse morte certe cōmuz res publica vtatur. Non est ergo natura hominis pœnæ appetens. Ideo nec ira quidē ꝑm naturam hominis: quæ pœnæ appetens est. Et Platonis argumentū afferam: quid enim prodest alienis vti ex parte qua nostra sunt afferā. Vir bonus inquit non lædit: pœna lædit bonō: ergo pœna non conuenit. ob hoc nec ira: quia pœna iræ conuenit. Si vir bonus pœna non gaudet: non gaudebit: ne in eo quidem affectu cui pœna voluptati est. ergo nō est naturalis ira. Nunquid q; uis non sit naturalis ira assumenda est? quia vtilis sæpe fuit Extollit animos & incitat: nec quicq; sine illa magnificuz in bello fortitudo gerit. Nisi huic flamma subdita est: & hinc famulus peragitauit: missiq; in pericula audaces optime: itaq;

quidam putant temperare iram non tollere: eoq; detracto quod exundat: ad salutarem modum cogere. Id vo retinere sine quo languebit actio ⁊ vis aut rigor animi resoluetur. Primum facilius est excludere perniciosa q̄ regere: ⁊ non admittere q̄ admissa moderari. Naz cum se in possessione posuerunt: potentiora rectore sunt nec recidi se minuiue patiunt. Deinde ratio ipsa cui fræni traduntur: tamdiu potens est: q̄diu deducta est ab effectibus. Si miscuit se illis ⁊ inquinauit non potest continere quos submouere potuisset. Commota enim semel ⁊ excussa mens ei seruit quo impellitur. Quorundam rerum initia in nostra potestate sunt utiliora: nos sua rapiunt vi: nec regressum relinquūt: vt in præceps datis corporibus nullum sui arbitrium est: nec resistere moriarue deiecta potuerunt: sed consilium omne ac pœnitentia irreuocabilis præcipitatio abscidit: ⁊ non licet eo non peruenire quo non ire licuisset. Ita animus si in iram: amorem: alioscz proiecit affectus non permittitur reprimere impetum: rapiat illum oportet ⁊ ad imum agat suum pondus etiam vitiorum natura procliuis. Optimum est primum irritamentum iræ protinus spernere ipsiscz repugnare sensibus ⁊ dare operam ne incidam in iram. nam si cœperit ferre transuersos difficilis ad salutez recursus est. Quoniam nihil rationis est: vbi semel affectus est inductus: iuscz illi aliquod voluntate nostra datum est. Faciet deœtero quantū volet: non quantū permiseris. In confinibus hostis arcendus est. Nam cum intrauit ⁊ portis se intulit: modum a captiuis non accipit. Necz enim seposit⁹ est animus: ⁊ extrinsecus speculatur affectus: vt illos non patiatur vltra q̄ oportet procedere: sed etiam affectum ipse imitatur. Ideocz non potest vtilez illam vim ⁊ salutarē perditā iam infirmatamcz reuocari. non enim vt dixi: separatas ista sedes suas deductascz habet sed affectus ⁊ ratio in melius enimqz imitatio animi est: quo modo ergo ratio occupata ⁊ oppressa vicijs resurget: quæ iræ cessit? Aut quemadmoduz a confusione se liberabit: in quam priorum mixtura præualuit? Sed quidam inquit in ira se continent. Vtrum ergo ira nihil vt faciant eorum quæ ira dictat: an aliquid? Si nihil faciunt apparet non esse ad actiones rerum necessariam iram quam nos quasi fortius aliquid ratione haberet aduocabatis. Deniqz interrogo: valentior est q̄ ratio: an infirmior? Si valentior: quomodo illi modum ratio poterit imponere? Cum parere nisi imbecilliora non soleāt. Si infirmior est: sine hac per se ad rerū effectus sufficit ratio: nec desiderat imbecillioris auxilium. Vt irati quidam constant sibi ⁊ continent. Quomodo qum iam ira euanescit ⁊ sua sponte decedit. Non cum ipso feruore est: tunc enim potentior est. Quid ergo non aliquando in ira quocz ⁊ dimittunt incolumes intactoscz quos oderunt. Et a nocendo abstinente faciunt. Quomodo cū affectus repercussit affectū: aut virtus: aut cupiditas aliquid impetrauit: non rationis beneficio quieuit: sed affectuum infida ⁊ mala pace. Deniqz nihil habet vtile: nec acuit animum ad res bellicas. Nunqz enim virtus vicio aduuanda est se contenta. Quotiens impetui est locus nō irascitur se exurgit: ⁊ inquantū putauit opus esse concitatur: remittiturcz non aliter q̄ quæ tormentis exprimuntur tela. In potestate mittentis sunt inquantū torqueantur. Ira inqt Aristoteles necessaria est: nec quicq̄ sine illa expugnari potest: nisi illa implet animum: ⁊ spiritum accendat. Vtendum autem illa est non vt duce: sed vt milite. quod est falsum. Nam si exaudit rationem q̄ sequitur qua ducitur: iaz non est ira: cui proprium est contumacia. Si vo repugnat: ⁊ non vbi iussa est quieuit: sed libidine ferociaqz prouehitur: tam inutilis animi miser est q̄ miles qui signum recæptui negligit. Itaqz si modum adhiberi sibi patitur: alio nomine appellanda est. Desinit ira esse: quā effrænatā indomitāqz intelligo: si nō patitur pnicios⁹ est: nec inter auxilia numerāda ita aut ira nō est: aut inutilis est. nā si quis pœnā exigit: non ipsius pœnæ auidus: sed qa oportet: neqz est annumerandus iratis. Hic erit vtilis miles qui scit parere consilio. Affectus quidem tam mali ministri q̄ duces sunt. Ideo nunq̄ assumet ratio in adiutoriuz improuidos: ⁊ violentos impetus: apud quos nihil ipsa auctoritatis habeat: quos nunq̄ cō primere possit: nisi pares illis similesqz apposuerit. Vt iræ mœtum: inertiæ iraz: timori cupiditatem. Absit hoc a virtute malum: vt nunq̄ ratio ad vicia confugiat. Non potest hic animus fidele ociū capere: quatiaturqz necesse est: fluctueturqz qui malis suis tutus est: qui fortis esse nisi irascitur non potest: qui industrius nisi cupit: quietus nisi timet. In tyrannide illi viuendum est: in alicuius affectus vemendi seruitutem. Non pudet virtutes in clientelam viciorum dimittere. Deinde desinit quicq̄ ratio posse: si nihil potest sine affectu

ꝛ incipit par illi similisq; esse. Quid enī interest sī æque affectus incōsulta res est sine ratiōe q̄ ratio sine affectu: inefficax par vtrūq; est: vbi esse altex sine altero nō potest. Quis autez sustineat affectū exæquare rationi: ita inquit vtilis affectus est si modicus est: immo si natura vtilis est: sed si impatiēs imperij rationisq; est. hoc dū taxat moderatiōe consequat: vt quo minor fuit minus noceat: ergo modicus affectus nihil aliud q̄ malum modicum est. Sed aduersus hostes inquit necessaria est ira. Nusq; minus: vbi nō effusos esse oportet impetus: sed temperatos ꝛ obediētes. quid enim est aliud quod Barbaros tanto robustiores tanto patiētiores laborꝫ cōminuat natura ira infestissima sibi. Gladiatores quoq; ars tuet. Ira denudat. deinde quid opus est ira: cū idem pficiat ratio. An tu putas venatorez irasci feris: an qui eueniētes excipit: ꝛ effugiētes psequit: ꝛ oīa illa sine ira facit ratio. Quid Cimbrox: theotonicorūq; tot milia supducta alpib⁹ ira sustulit: vt tantæ cladis noticiā ad suos nō nūcius sed fama ptulerit: nisi q̄ erat illis ira pro virtute: quæ vt aliquādo protulit: strauitq; oīa. Ira sæpius sibi exitio est. Germanis quid est animosius? quid in cursu acrius? quid armorū cupidius? quibus innascūtur inutriūturq; quox vna illis cura est: in alia negligentibus. Quid induratius ad omnē patientiā: vt quibus magna ex parte nō tegumēta corpox prouisa sunt: nō suffragia aduersus ppetui cœli rigorē. Hos tamē Hispani Gallicq; ꝛ Asiæ Syriæq; molles bello viri antecq; legio visatur cedunt: ob nullam rem aliam opportunos q̄ ob iracundiā. Agendū illis corporibus: animi delicias: luxu opes: ignorantibus da rationē da disciplinā. Vt nihil amplius dicam: necesse erit nobis certe mores romanos repetere: quo alio Fabius affectu imperij vires retractauit: quoniā percunctari ꝛ tractare ꝛ morari sciuit: quæ omnia irati nesciūt. Perierat imperiū: quod tūc in extremo stabat si Fabius tantū ausus esset: quantū ira suadebat. Habuit in consilio fortunā publicā: ꝛ extimatis viribus ex quibus iam perire nihil sine vniuerso poterat: dolorē vltionēq; sepposuit in vnam vtilitatē: ꝛ occasioni intentus iram ante vicit q̄ Hānibalez. Quid Scipio: nōne relicto Hānibale punico exercitu omnibusq; quib⁹ miscēdū erat: bellū in Affricā transtulit tam lentus vt opinionē luxuriæ segnitiemq; malignis daret. Quid alter Scipio nō circa Numantiā multū diuq; sedit: ꝛ hunc suum publicū q; dolorē æquo animo tulit. diutius Numantiam q̄ Carthaginē vinci: qua dū circūuallat includit hostem: eo cōpulit vt ferro ipsi suo caderent. nō est itaq; vtilis in prælijs: nec quidez aut in bellis ira. In temeritatem enīz prona est: ꝛ pericula dū inferre vult nō cauet. Illa certissima est virtus: quæ si diu multumq; circūspexit texit: ꝛ ex lento ac destinato puexit. Quid ergo vir bonus nō irascit inq̄t si cedi patrē suū viderit: si rapi matrē nō irascetur: sed vindicabit: sed tuebit? Quid autem times ne parū illi magnus stimulus etiā sine ira pietas sit? Aut dic eodem modo. Quid autē ergo cū viderit secari patrē suū: filiūue: vir bonus nō flebit: nec liquet animo? quæ accidere fœminis videmus: quotiēs illas leuis periculi suspitio ptulit. Officia sua vir bonus exequit incōfusus: intrepidus: ꝛ sic bono viro digna faciet: vt nihil faciat viro indignum: pater cædetur: defendā cæsus est: exequar quia oportet: nō quia volet. Cum hoc dicis Theophraste: quæris inuidiam præceptis fortioribus: ꝛ relicto iudice ad coronam venis: quia vnusquisq; in eiusmodi suox casu irascitur: putas iudicaturos homines id fieri debere q̄ fiūt. Fere enī iustū quisq; affectū iudicat quem agnoscit. Irascunt boni viri pro suorum iniurijs: sed idem faciūt si calida nō bene præbentur. Si vitrū fractū est: si calceus luto spargitur est. Non pietas illam irax: sed infirmitas mouet. sicut pueri qui tam parentib⁹ amissis flebūt q̄ nucibus. Irasci pro suis nō est pij animi sed infirmi. Illud pulchrum dignumq; parentibus: liberis: amicis: ciuibus: prodere defensorem ipso officio ducente nolentem vindicantem prouidentē non impulsum ꝛ rapidū. Nullus enīz affectus vindicandi cupidior est q̄ ira: ꝛ ob idipsum ad vindicandū inhabilis: prærapidus ꝛ amens: ꝛ oīs fere cupiditas ipsa sibi in id in quo properat opponitur. Itaq; nec in pace nec in bello nunq̄ bona fuit. Pacē enī similē belli efficit. In armis vo obliuisci mortem esse cōmunē: venitq; in alienā potestatē dū in sua nō est: deinde nō ideo vicia in vsu recipieda sunt: quia aliquādo aliquid boni effecerūt. Nam ꝛ febres quædam genera valitudinis leuant: nec ideo non ex toto illis caruisse melius est. Abominandū remedij genus sanitatem debere morbo. simili modo ira etiā si aliquādo vt venenū: ꝛ præcipitatio: ꝛ naufragiū ex opinato profuit: nō ideo salutaris iudicanda oīno est. sæpe enī saluti fuere pestifera: deinde quæ habēda sunt quo maiora

eo meliora ⁊ optabiliora sunt: si iustitia bonū est: nemo dicet meliorē futurā: si q̄d detractuꝫ ex ea fuerit: si fortitudo bonū est: nemo illaꝫ desiderabit ex aliqua parte dīminui. Ergo ⁊ ira quo maior hoc melior. Quis enim vllius boni accessionē recusauerit? Atqui augen illam inutile est: ergo ⁊ esse. Non est bonū quod incremento malum fit. Utilis inquit ira est: q̄a pugnatores facit. Isto modo ⁊ ebrietas. Facit eniꝫ proteruos ⁊ audaces: multiq̄ meliores ad ferrū fuere male sobrij. Isto modo dic ⁊ freneſim atq̄ insaniam viribus necessariam: q̄a sæpe validiorē furor reddit. Quid? nō aliquotiens mœtus ex pauido fecit audacē? ⁊ mortis timor etiam incertissimos excitauit in prælium. Sed ira: ebrietas: timor: aliaq̄ eiusmodi fœda ⁊ caduca irritamenta sunt: nec virtuteꝫ instruūt quæ nihil vicijs æget: sed segnē aliquando animū ⁊ ignauū paululū alleuant. Nemo irascendo fit fortior: nisi qui fortis sine ira nō fuisset. Ira in adiutoriū virtutis nō venit: sed in vicem. Quid q̄ si bonū esset ira: perfectissimū quenq̄ sequeret. At qui iracundissimi infantes senesq̄ ⁊ ægri sunt: ⁊ inualiduꝫ omne natura est querulum. Non potest inquit fieri Theophraste: vt bonus vir non irascat malis. Isto modo quo melior quisq̄ hoc iracundior erit. Vide ne cōtra placidior solutusq̄ affectibus: ⁊ cui nemo odio sit: peccantis vo quid habet: cur oderit cuꝫ errorē illos in huiusmodi delicta cōpellat. Non est autē prudentis errantes odisse: alioquin ipse sibi odio erit. Cogitet q̄ multa contra bonū morem faciat: q̄ multa ex his quæ ægit venia desideret. Iam irascetur etiā sibi. Neq̄ enī æquus iudex aliam de sua: aliā de aliena causa sententiā profert. Nemo inquā inuenitur qui se possit absoluere. Et innocentem quisq̄ se dicit respiciens testes non conscientiā. Quanto humanius mittere: ⁊ paternū animū præstare peccantibus: ⁊ illos nō prosequi: sed reuocare errantes p agros: ignoratesue melius est ad rectū iter admonere q̄ expellere. Corrigendus est q̄ peccat: ⁊ admonitiōe: ⁊ vi: ⁊ molliter: ⁊ aspere. Melioraq̄ tam sibi q̄ alijs faciendus nō sine castigatiōe: sed sine ira. Quis enī cui medetur irascitur? Aut corrigi nequeūt: nihilq̄ in illis leue aut spei bonæ capax est. Tollant e cœtu mortalium factura priora quæ contingūt: ⁊ quo vno modo possunt desinūt esse mali: sed hoc sine odio. Quid enim est cur oderim cum cui tam maxime prosum cum illum sibi eripio? Nunquid membra sua odit tūc cū abscidit? Non est illa ira: sed misera curatio. Rabidos affligimus canes. Trucem atq̄ īmāsuetuꝫ bouem cædimus: ⁊ morbidis pecoribus: ne gregem polluāt: ferrū dimittimus: portentuosos fœtus extrahimus. Non ira sed ratio est a sanis inutilia secernere. Nil minus q̄ irasci puniente decet: cū eo magis ad emendationē pœna proficiat si iudicio lata est. Inde est q̄ Socrates seruo ait: Cæderem te nisi irascerer. Admonitionem serui in tempus sanius distulit. In illo tempore se admonuit. Cuius erit tam temperatus affectus: cū Socrates nō sit ausus se iræ cōmittere. Ergo ad coertionē errantiū sceleratorūq̄ irato castigatore nō opus est. Nā cū ira delictū animi sit: nō oportet peccata corrigere: sed peccantē. Quid ergo non irascar latroni? quid ergo nō irascar veneficō? non. Neq̄ enim mihi irascendū cum sanguineꝫ mitto. Omne pœnæ genus remedij loco admoueo. Tu adhuc in ꝓma parte versaris errorū: ne grauiter laborēs: sed frequenter obiurgatio te primū secreta: deinde publicata emendare tentabit. Tu longius iam processisti q̄ vt possis verbis sanari. Ignominia contineberis cū tibi fortius aliquid ⁊ quod sentias inurendū est. In exilium ⁊ loca ignota mitteris. In te duriora remedia: iam solida nequicia desiderat: ⁊ vincula publica: ⁊ carcer adhibent tibi insanabilis animi: ⁊ sceleribus scelera cōtexens: etiā nūc causis quæ nunq̄ malo defuturæ sunt impelleris. Sed satis tibi est magna ad peccandum causa peccare: prohibuisti nequiciā: ⁊ ita viscerib⁹ imiscuisti: vt nisi cū ipsis exire nō possit. Olim miser mori quæris: bene de te merebimur. Auferemus tibi istam qua vexaris insaniam: ⁊ perpetua alienaq̄ voluptate supplicia. Id quod vnū bonū tibi superest repræsentabim⁹ mortem. Quare irascar cui maxime cū prosum: interim optimū genus misericordiæ est occidere Si intrassem valitudinariū exercitatus ⁊ sciens: vt domos diuitis non idem imperassem omnibus p diuersa ægrotantibus. Vana in tot animis iudicia video: ⁊ ciuitati curandæ adhibitus sum. pro cuiusq̄ morbo medicina quærat. Hunc sanet verecundia: hunc peregrinatio: hūc dolor: hūc ægestas: hunc ferrū. Itaq̄ ⁊ si puersa induenda magistratui vestis: ⁊ cōuocanda classico concio est: procedā in tribunal nō furens nec infestus: sed vultu legis: ⁊ illa solennia verba: leui magis grauiq̄ rapida voce cōcipiā: ⁊ agi videbor nō iratus: sed sæuerus. Et cū ceruicē noxio præcidi imperabo: ⁊ cū pauidam in suam culleo: ⁊ eū mitraꝫ

Reges vocant. Cambyses fremebat: ⁊ prouisis cõmeatibus non exploratis itineribus per inuia per arentia trahebat omnẽ bello vtilem turbam: cui inter primum iter deerant necessaria: nec quicq̃ subministrabat sterilis ⁊ inculta humanoq̃ ignota regio. sustinebant famẽ primo tenerrima frondium ⁊ cacumina arborum: tuꝛ cozia in igne mollita. Et quicquid necessitas cibum fecerat. Postq̃ inter arenas radices quoq̃ ⁊ herbas defecerant apparuitq̃ inops etiam animalium solitudo. decimũ quenq̃ sortiti alimentum habuerũt fame sæuius ægebat adhuc ira Regem præcipitẽ: cum partem exercitus amisisset: partẽ comedisset donec timuit nec ⁊ ipse vocaretur ad sortẽ. tum demũ signũ receptui dedit. Seruabãt interim illi generosæ aues: ⁊ instrumẽta epularũ camelis vehebant. Cum sortirent milites eius q̃s male periret: q̃s pei viueret. Hic irat⁹ fuit gemi: ⁊ ignote ⁊ immerite sensere tantum Cirus fluuiũ. Nam cũ Babyloniã oppugnaturus festinaret ad bellũ cuius maxima momenta in occasionibus sunt: gangem late fusum amnem nando transire tentauit: quod vix tutũ est: ⁊ cum sensit æstatem: ⁊ ad minimũ deductus est. Ibi vnus ex his equis qui trahere regiuꝫ currũ alibi solebant abreptus vehementer cõmouit Regez. Iurauit itaq̃ amnem illũ Regis cõmeatus auferẽtẽ eo se redacturũ. Vt trãsiri calcaricq̃ etiã a fœminis posset. huc deinde omnẽ transtulit belli apparatũ: ⁊ tamdiu assedit operi donec. c. ⁊. lxx. cuniculis diuisum alueum in. ccc. ⁊. lx. riuos dispergeret: ⁊ siccũ dimitteret in diuersum fluentibus aquis. perijt itaq̃ tempus: ⁊ magna in magnis rebus iactura: ⁊ militũ ardoꝛ quez inutilis labor frægit ⁊ occasio aggrediendi imparatos: duꝛ ille bellũ inductum hosti cum flumine gerit. hic fruor Quid enim aliud voces: romanos quoq̃ contingit. C. enim Cæsar villã in herculanẽsi pulcherrimã: quia mater sua aliquando in illa custodita erat diruit: feditq̃ eius p hoc notabilẽ fortunam stantem enim prænauigabamus nunc causa dirutæ quæritur. Et hæc cogitãda sunt exempla quæ vites: ⁊ illa econtrario quæ sequaris moderata leuia quibus nec ad irascendum causa defuit: nec ad vlciscendum potestas. Quid enim facilius fuit Antigono q̃ duos manipulares vna iubere: qui incũbentes Regi tabernaculo faciebant quod homines ⁊ periculosissime ⁊ libentissime faciunt. de Rege suo male existimant. Audierat omnia Antigonus: vtpote cum inter dicentẽ ⁊ audientẽ parum interesset: quem ille leuiter cõmouit: ⁊ longius inquit discedite ne nos Rex exaudiat. Idez quadã nocte cum quosdam ex militibus suis exaudisset: omnia mala imprecantes Regi: qui ipsos in illud iter ⁊ inextricabilem lutũ deduxisset: accessit ad eos qui maxime laborabant: ⁊ cũ ignorantes a quo adiuuarentur explicuisset. Nũc inquit maledicite Antigono cuius vicio in has miserias incidistis Ei añt bene optate q̃ vos ex hac voragine eduxit. Idẽ immiti animo hostiũ suoꝛ maledicta q̃ ciuiũ tulit. Itaq̃ cũ in puulo quodã castello græci obsiderent: ⁊ fiducia loci contẽnentes hostẽ: multa in deformitatẽ Antigoni iocarent: ⁊ nũc staturam humilẽ: nũc collisum nasuꝫ deriderent. Gaudeo inquit Rex ⁊ aliquid boni sponsi in castris meis si hoc est si mei de me mala loquũtur: leuiꝫ habeo: cũ hos dicaces fames domuisset. captis sicut mos est: vt eos q̃ militiæ viles erant in cohortes describeret: cæteros præconio subijceret. Idq̃ se negauit facturũ fuisse: nisi expediret his dominũ habere: qui tam malaz haberent linguaz. Huius nepos fuit Alexander qui lanceaz in conuiuos suos torquebat: qui ex duobus amicis quos pauloante rettuli: alterũ fere obiecit: alterũ sibi. Ex his duobus tamen qui leoni obiectus est vixit. Non habuit hoc adiutus ille vicũ ne paternũ quidem. Nam si qua alia in Philippo virtus fuit: ⁊ cõtumeliarũ patientia ingens instrumẽtũ ad tutelã regni Demochares ad illũ parasitiades ob nimiã ⁊ procacez linguã appellatus inter alios athenienſium legatos venerat. Audita benigne legatione Philippus: dicite inquit mihi facere quid possum quod sit athenienſibus gratum. Excæpit Demochares te inquit suspendere indignatio circũstantiũ ad tam inhumanũ responsum exorta: quos Philippus conticescere iussit. ⁊ Thesitam illũ saluũ incolumẽq̃ dimittere. At vos cæteri legati inquit nunciate athenienſibus multo superbioꝛes esse qui ista dicũt q̃ qui impune dicta audiũt. Multa ⁊ diuus Augustꝰ digna memoꝛia fecit: dixitq̃ quibus apparet illi iram non imperasse. Timagines historiaꝛ scripto:: quædã in ipsum: quædã in vxoꝛẽ eius: ⁊ in totam domũ eius dixerat: nec perdiderat dicta. magis enim circũfertur: ⁊ in oꝛe hominuꝫ est temeraria vrbanitas. Sæpe enim illum Cæsar monuit vt moderatius lingua vteret: pseuerãti domo sua interdixit. Postea Timagines in contubernio Pollionis asinij consenuit: ac tota ciuitate direct⁹ est. Nullum

illi lumen præcluſa Cæſaris domus abſtulit: hiſtorias quas poſtea ſcripſerat recitauit 7 cō buſſit 7 libros acta Cæſaris Auguſti continentes in ignem. Inimicitias geſſit cum Cæſare Auguſto: nemo amicitiam eius extimuit. Nemo quaſi fulguris ictum refugit. Fuit qui præberet tam alte cadenti ſinum: tulit hoc vt dixi Cæſar patienter. ne eo quidem motus 9 laudibus ſuis rebuſq; geſtis manus attulerat. Nunq; cum hoſpite inimici ſui queſtus eſt hoc dūtaxat Pollioni aſinio dixit Theriotrophis paranti. demus excuſationem: obſtitit. fruere inquit mi Pollio fruere. 7 cū Pollio diceret ſi iubes Cæſar ſtatim illi domū meā in/ terdicam. Hoc me inquit putas facturum: cuz ego vos in gratiam reduxerim. Fuerat enī aliquando Timagini Pollio iratus: nec vllam aliam habuerat cauſam deſinendi q; Cæ ſar cœperat. Dicat itaq; ſibi quiſq; quotiens laceſſitur. Num quidem potentior ſum Phi/ lippo? Illi tamen impune maledictū eſt. Nunquid enim in domo mea plus poſſum q; toto orbe terrarū diuus Auguſtus potuit? Ille tamen contentus fuit a cōiuratore ſuo ſecedere. Quid eſt? quare ergo ſerui mei hilarius reſponſum 7 contumaciorem vultum 7 non perue nientem vſq; ad me murmurationem flagellis 7 compedibus expiem. Quis ſum? cuius aures lædi nefas ſit. Ignouerunt multi hoſtibus. Ego non ignoſcam pigris 7 negligētib⁹ garrulis. Puerum ætas excuſet: fœminaz ſexus: extraneum libertas: domeſticum familia ritas. Num primum offendit: cogitemus q; diu placuerit. ſæpe 7 alias offendit. Feramus quod diu tulimus. Amicus eſt: fecit quod noluit. Inimicus eſt: fecit quod debuit. Prudē tiori credamus. Stultiori remittamus. pro quocūq; illud reſpondeamus nobis. Sapien/ tiſſimos quoq; viros multa delinquere. Neminem eſſe tam circūſpectum cuius non diligē tia aliquando ſibi ipſa excidat. Neminem tam maturum cuius nō grauitatem in aliquod feruidius factum caſus impingat. Neminem tam timidum offenſarum qui non in illas dum vitat incitat. Quomodo homini puſillo ſolacium in malis fuit. Etiam magnoruz vi rorum titubare fortunam: 7 æquiore animo filium in angulo fleuit: qui vidit acerba fune/ ra etiam ex regia duci. Sic animo æquiore feret ab aliquo lædi: ab aliquo cōtemni circūq; venit in mentem nullam eſſe tantam potentiam in quam non incurrat iniuria. Quod ſi etiam prudentiſſimi peccant: cuius non erroz bonam cauſam habet. Reſpiciamus quotiēs adoleſcentia noſtra in officio parum diligens fuerit: in ſermōe parum modeſta: in vino pa rum temperans. Si iratus eſt: demus illi ſpacium quo reſpicere quod fecerit poſſit. Ipſe ca ſtigabit. Deniq; dabit pœnas. Non eſt quod cum illo paria faciamus. Illud non venit in dubium quin ſe exemerit turbæ: 7 altius ſteterit quiſq; deſpexit laceſcentes. propriū eſt ma gnitudinis vere non ſentire percuſſum. Sic immanis fera ad latratum canum lenta reſpexit Sic irritus ingens ſcopulo fluctus aſſultat. Qui non iraſcitur inconcuſſus iniuria perſiſtit Qui iraſcitur motus eſt. At ille quem modo altiorem omni incōmodo poſui tenet quodā amplexu ſummuz bonum. Nec homini tantum ſed ipſi fortunæ reſpondet. omnia licet fa/ cias minor es q; vt ſerenitatem meam obducas. Detat hæc ratio cui vitam regendaz dedi Plus mihi nocitura eſt ira q; iniuria. Quid ni plus illius modus certus eſt. Iſta quouſq; me latura ſit incertum eſt. Non poſſum inquis pati. Graue eſt iniuriā ſuſtinere. Mētiris. Quis enim iniuriam non poteſt ferre? qui poteſt iram? Adiice nunc q id agis vt 7 iram fe ras 7 iniuriam. Quare fers ægri rabiem: 7 frenetici verba? puerorum proteruas manus? Nempe quia videntur neſcire quid faciunt. Quid intereſt quo quiſq; vicio fiat imprudēs imprudētia par in oībus patrociniū eſt. Quid ergo inquis? impune illi erit. Puta te velle Tamen non erit. Maxima eſt enī facta iniuria pœna feciſſe. nec quiſq; grauius afficitur: q; qui ad ſupplicū pœnitentiæ traditur. Deniq; ad conditionē rerū humanarū reſpiciendum eſt. Vt omniuz accidentiū æqui iudices ſimus. Iniquus autē qui cōmune vicīū ſingulis obiecit. Non eſt æthiopis inter ſuos inſignitus color. Nec ruffus crinis 7 coactus i nodū apud germanos vtrūq; decet. Nihil in vno indicabis notabili aut fœdū quod gēti ſuæ publicū eſt. Et iſta quæ retuli vnius regionis atq; anguli conſuetudo defendit. Vide nūc quāto in bis iuſtior venia ſit: quæ per totū genus humanū vulgata ſūt. Omnes incōſulti 7 improuidi ſumus: omnes incerti: queruli: ambitioſi. Quid leuioribus verbis publicuz abſcōdo. Dēs mali ſum⁹. Quicqd itaq; in alio reprehendit: id vnus quiſq; in ſuo ſinu iueniet. Quid illius pallorē? illius macē notas? Peſtilentia eſt. Placidiores itaq; inicem ſumus. Mali inter malos viuim⁹. Vna res nos facere poteſt⁹ quietos. Mutuæ fœlicitatis

conuentio. Ille mihi iam nocuit. Ego illi nondū. Sed iā aliquē fortasse læsisti. Sed lædes Noli existimare hanc horā: aut hunc diem. Totus inspice mentis tuæ habitus: etiā si nihil mali fecisti: potes facere. Quanto satius est sanari iniurā q̄ vlcisci. Multū temporis vltio assumit. Multis se iniurijs obijcit: dum vna volet. Diutius irascimur omnes q̄ lædimur Quanto melius est abire in vniuersum nec vicia viciis cōponere. Num quis satis cōstare sibi videatur: si mulā calcibus repetat: & canes morsu. Ista inquis peccare se nesciūt. Primū q̄ iniquus est apud quē hominē esse ad impetrādā veniā nocet. Deinde si cætera animalia hic iræ tuæ subdunt: q̄ consilio carēt: eo loco tibi sit quisquis cōsilio caret. Quid enī refert an alia multis dissimilia: hāc caliginē mētis peccauit. Hoc enī p̄mū. Hoc enī extremū. Nō est q̄ illū credas etiā si dixit itet nō faciā. Et iste peccabit: & in istū alius: & tota vita inter errores volutabit. Mansuere immansueta tractanda sunt. Quod in luctu dici efficacissime & in ira dicetur. Vtrū aliquando desines an nūq̄. Si aliquādo: satius est iram relinquere q̄ ab ira relinqui. Nā semp hæc cogitatio durabit. Vide impacatas quam tibi denuncies vitā: qualis erit enim semp timentis. Adijce nūc q̄ bene te ipse succenderis: & subinde causas quibus stimulis renouaberis: sua sponte ira discedet: & vires illi dies subtrahet. Quāto satius est a te illam vinci q̄ a se. Nunc irascēris: deinde illi seruis: deinde libertis parentibus: deinde liberis notis: deinde ignotis. Vbiq; enī causæ supsunt vbi deprecator animo accessit. Hinc te illo furor rapiet: & illinc alio. & nouis subinde irritamentis ortientibus continuabitur rabies. Age infœlix & quando amabis. O q̄ bonum tempus in re mala perdis Quanto nunc satius erat amicos parare: inimicos mitigare. R. P. administrare: transferre in res domesticas operas q̄ circūspicere quid alicui possis facere mali: quod aut dignitati aut patrimonio: aut corpori vulnus infringas. Cum id tibi contingere sine certamine aut periculo non possit: etiam si cum inferiore concurses: victum licet accipias: & ad arbitrium tuum omni patientiæ expositum. sæpe nimia vis cedentis aut articulum loco mouit: aut neruum in his quos frægerat dentibus fixit. Multos iracundia mancos: multos debiles fecit: etiam vbi patientia est nacta materiam. Adijce nunc q̄ nihil tam imbecille natum est vt sine elidentis periculo pereat. Imbecillos valentissimis: alios dolor: alios casus exæquat Quid q̄ pluraq; eorum propter quæ irascimur offendunt nos magis q̄ lædunt. Multum autem interest vtrum aliquis voluptati meæ obstet an desit: eripiat an non det. Vt qui in æquo ponimus vtrum aliquis auferat an neget. Vtrum spem nostram præcidat aut differat. Vtrum contra nos faciat an per se. Amore alterius an odio nostri. quidaq; vo non tantum iustas causas standi contra nos sed etiam honestas habent. Filius patrē tuet: alius fratrem: alius patruum: alius amitum. His tamen non ignoscamus id facientibus quod nisi facerent improbaremus. Immo quod est incredibile sæpe de facto bene existimamus: de faciente male. At mehercule vir magnus ac iustus fortissimum quenq; ex hostib⁹ suis: & pro libertate ac salute patriæ pertinacissimum suspicit. & talem sibi ciuem: talem militem contingere optat. Turpe est odisse quem laudes. quanto vo turpius ob id aliquem odisse propter quod misericordia dignus est. si captiuus in seruitutem subito depressus reliquias libertatis tenet: nec ad sordida ac laboriosa ministeria agilis occurrit. Si ex odio piger equum vehiculumq; domini cursu non exæquat: si inter quotidianas vigilias fessum somnus oppressit: si rusticum laborem recusat: aut non fortiter obijt: a seruitute vrbana & feriata trāslatus ad durum opus. Distinguamus vtrum aliquis non possit: an nolit. Multos absoluemus si cœperimus ante iudicare q̄ irasci. Nunc autem primus impetum sequimur. Deinde q̄is vana nos concitauerint: perseueramus ne videamur cœpisse sine causa & quod iniquissimum est pertinatiores nos facit iniquitas iræ. Retinemus enim illā & augemus: quasi argumentum sit iuste irascentis grauiter irasci. Quāto melius est initia ipsa perspicere q̄ leuia sint q̄ innoxia. Quod accidere vides in animalibus mutis idem in homine deprehendes. Friuolis turbamur & inanibus. Taurum color rubicūdus excitat. ad vmbram aspis exurgit. Vrsos leonesq; mappa prouocat. Omnia quæ natura fera ac rabida sunt consternantur ad ima. Iidez inquietis & stolidis ingenijs euenit: rerū suspitione feriuntur. Adeo quidem vt interdum iniurias notent: modica beneficia in quibus frequentissima certe acerbissima iracundiæ materia est. Charissimis enim irascimur q̄ minora nobis præstiterint q̄ mēte concepimus q̄ quæ alij tulerint: cū vtriusq; rei paratū remediū

sit magis alteri indulsit. nostra nos sine cõparatiõe delectent. Nunq̃ erit fœlix quẽ torque/
bit fœlicior. Minus habeo q̃ speraui. Sed forte plus speraui q̃ debui. Hæc pars maxime
metuenda est. Hinc perniciosissimæ iræ nascũtur: 7 sanctissima quæq; inuasuræ. Diuũ Iu
lium plures amici confecerũt q̃ ĩmici: quoꝝ non expleuerat spes inexplebiles. voluit q̃dez
ille. Neq; enĩ quisq̃ liberalius victoria vsus est: ex qua nihil sibi vindicauit: nisi diſpẽsan
di potestatẽ: sed quẽadmodũ sufficere tam improbis desideriis posset: cũ tantũ omnes con
cupiscerent quãtũ poterat vnus. Vidit itaq; strictis circa sellã suã gladiis cõmilitones suos
cimbarũ Tullio acerrimũ pauloante suaꝝ partium defensorem: alioq; post Pompeiũ: de/
muq; post pompeianos. Hæc res sua in Reges arma conuertit fidissimosq; eo cõpulit. vt de
morte eoꝝ cogitaret: pro quibus 7 ante quos votũ mori habuerant. Nulli ad alia respiciẽ/
ti sua placent. Inde diis quoq; iratscimur q̃ aliquis nos antecedat: obliti q̃tuꝫ sequatur a
tergo ingentis inuidiæ. Tanta tamen importunitas hominũ est: vt q̃is multũ accæperint
iniuriæ loco sit plus accipere potuisse. Dedit mihi præturã: sed consulatũ sperauerã. Dedit
duodecim fasces: sed non fecit ordinariũ consulem. Ñ me numerari volũt annum: sed deest
mihi ad sacerdotiũ quo aptaꝰ in collegiũ sum. Sed cur inunũ consũmã dignitatez meã:
sed patrimonio nihil contulit: 7 dedit mihi quæ debebat alicui dare: de suo nihil protulit.
Age potius gratias pro his quæ accæpisti. Keliqua expecta: 7 nondũ plenũ te esse gaude
inter voluptates est superesse quod speres. Omnes vicisti. Primũ te esse in aio amici tui læ
tare. Multi te vincũt. Considera quanto antecedas plures q̃ sequaris. Quod sitiẽte ma/
ximũ vicinz quæris. falsas rationes confidis. data magno extimas: accæpta paruo. Aliud
in alio nos deterreat. Quibusdã timeamus nasci. Quibusdã vereamur. Quibusdã fasti/
diamus. magnã rem sine dubio fecerimꝰ: si seruulum infœlicẽ in ergastulũ miserimꝰ quod
properamꝰ verberare statim crura ptinus frangere. Non peribit potestas ista si differetur: siue
id tempus veniat quo ipsi iubeamus. Nũc ex impio iræ loquemur: cũ illa abierit tunc vi/
debimus quanto sit ista lis extimanda. In hoc enim præcipue fallimur: ad ferrum venimꝰ
ad capitalia supplicia: 7 vinculis carcere: fame vindicamꝰ. Kẽ castigamus flagris leuioribꝰ
Quomodo inquis nos iubes intueri q̃ omnia per quæ lædi videamur exigua misera pue
rilia sint. Ego ño nihil magis suaserim q̃ sumere ingentem animũ: 7 hæc propter quæ li/
tigamus discurrimus: anhelamꝰ: videre q̃ humilia 7 abiecta sint. Nulli qui altũ quiddã
aut magnificum cogitant respiciendа. Circa pecuniam plurimum vociferationis est. hæc
fora defatigat: patres liberoq; committit. Venena miscet. Gladios tam percussoribus q̃
legionibus tradit. Hæc est sanguine nostro delibuta. Propter banc vxoꝝ maritoꝝmq;
noctes strepũt litibus: 7 tribunalia magistratuũ præmit turba. Keges sæuiunt rapiuntq;
7 ciuitates longo sæculoꝝ labore constructas euertunt. Vt auruz argentumq; in cinere
vbium scrutentur. Libet intueri fiscos in angulo iacentes. Hi sunt propter quos oculi da
more exprimãtur. Fremitu iudicioꝝz basilicæ resonant. aduocati vt longinquis regiõibꝰ
iudices sedeant iudicaturi: vtrius iustior auaricia est. Quid si non propter fiscum quidez
sed pugnaz æris: aut imputatũ a seruo denarium: senex sine hærede moriturus stomachõ
dirumpitur? Quid si propter vsuraz aut millesimã valitudinarius fœnerator distortis pe
dibus 7 manibus ad cõparandũ non relictis clamat: ac per vadimonia asses suos in ipsiꝰ
morbi accessionibus vindicat. Si totam mihi ex omnibus metallis quæ cum maxime de
primimus pecuniam proferas. Si in medium proiicias quicquid thesauri tegunt: auaricia
iterũ sub terras referente quæ male gesserat: omnẽ istam congeriẽ non putez quæ frontem
viri boni contrahat. Quanto risu prosequẽda sunt quæ nobis lachrymas educunt. Cedo
nunc persequere cætera: cibos: potiones: horumq; causa paratã: ambitionem: mundicias: 7
verba: contumelias: 7 motus corporum parum honorificos: 7 suspitiones: 7 contumacia
iumenta: 7 pigra mancipia interpretatores malignos vocis alienæ: quibꝰ efficitur vt in/
ter iniurias naturæ numeret sermo homini datus. Crede mihi leuia sunt propter quæ non
leuiter excandescimus: qualia quæ pueros in rixam 7 iurgiũ concitant. Nihil ex his quæ
tam triste agimus sæuum est nihil magnum. Inde inquã nobis ira 7 insania est: q̃ exigua
magna existimatis. Auferre hic mihi hæreditatẽ voluit. Hic me diu spem supremam ca/
ptatus tũc criminatus est. Hic scortum meum concupiuit. Quod vinculũ amoris esse de/
bebat: seditionis atq; odiꝰ causa est. Idem velle iter angustum rixas transeuntium concitat

diffusa ⁊ late patens via ne populos quidem collidit. Ista quæ appetitis quia exigua sunt nec possunt ad alterum nisi alteri erepta transferri eadem affectantibus pugnā ⁊ iurgia excitant. Respondisse tibi indignaris libertumq; ⁊ uxorem ⁊ clientem. Deinde idem de. R. P. libertatem sublatam quæris quam domi sustulisti. Rursus si tacuit interrogatus contumaciam vocas. ⁊ loquatur ⁊ taceat ⁊ rideat coram domino inquis: immo coram patrefamiliæ. Quid clamas? Quid vociferaris? Quid flagella media cœna petis ⁊ serui loquantur ⁊ non eodem loco turba concionis est: ⁊ silentium solitudinis. In hoc habes aures vt non nisi modulata tantuz ⁊ mollia: ⁊ ex dulci tracta compositaq; accipiant: ⁊ risuz audias oportet: ⁊ fletum: ⁊ blanditias: ⁊ lites: ⁊ prospera: ⁊ tristia: ⁊ hominum voces: ⁊ fremitus animalium: latratusq;. Quid miser expaueseis: ⁊ ad clamorem serui: ⁊ ad tinnitum æris: aut ianuæ impulsum? cum tam delicatus fueris: tonitrua audienda sunt. Quod de auribus dictum transferunt ad oculos: qui non minus fastidio laborant si male instituta sunt: maculæ offenduntur: ⁊ sordibus ⁊ argento parum splendido ⁊ stagno non ad solem perlucente. Hi nempe oculi qui non ferunt nisi vanum ac recenti curru nitens marmor: qui mensaz nisi crebris distinctam vinis: qui nolunt domi nisi auro preciosa calcare æquissimo animo foris ⁊ scabras lutosasq; semitas spectent: ⁊ maiorem partem occurrentium squalidam parietes insularum exesos: ruinosos inæquales. Quid ergo aliud est quod illos in publico non offendat: domi moueat: q̄ opinio illic æqua ⁊ patiens: domi morosa ⁊ querula. Omnes sensus perducendi sunt ad firmitatem. natura patientes sunt: si animus illos velit corrumpere: qui quotidie ad rationem reddendam vocandus est. Faciat hoc quod Sextius. Vt consūmato die cum se ad nocturnam quietem recepisset: interrogaret animum suum q̄ hodie malum tuum sanasti: cui vicio obstitisti: qua parte melior es: desinet ira: ⁊ erit moderatior qui sciet sibi quotidie ad iudicem esse veniendum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi totum diē: qualis ille somnus post recognitionē sui sequitur: q̄ tranquillus altus ac liber: cū aut laudatus est animus: aut admonitus: ⁊ speculator sui censorq; secretus cognoscet de moribus suis. Vtor hac potestate: ⁊ quotidie apud me causam dico. cum sublatuz e conspectu lumen est: ⁊ conticuit uxor: mouis iam mei conscia: totum diem mecum scrutor: facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse abscondo: nihil transeo. quare enim quicquid ex erroribus meis timeam cuz possum dicere: vide ne istud amplius facias ne tibi ignosco. In illa disputatione pugnatus locutus es. Noli postea congredi cum imperitis. nolunt discere qui nunq; didicerunt. Illum liberius admonuisti q̄ debebas. itaq; non emendasti sed offendisti. Decætero vide ne non tantum an verum sit quod dicis: sed an ille cui dicitur veri patiēs sit. Admoneri bonus gaudet. Pessim⁹ quisq; conceptorē asperrime patitur. In conuiuio quorundam te sales: ⁊ in dolorem tuum iacta verba tetigerunt Vitare vulgares conuictus memento: solutior est post vinū licentia ḍa ne sobriis quidē pudor est. Iratum vidisti amicū tuum hostiario causidici alicuius: aut vidisti q̄ intrantē sub mouerat: ⁊ ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti. Irascris ergo catenario cani ⁊ hic cum multū latrauit obiecto cibo mansuescit. Recede longius ⁊ ride. Nunc iste aliquem se putat q̄ custodit litigatorum turba limen obsessum. Nunc ille qui intra iacet fœlix fortuna cuiq; est: ⁊ beati hominis ac potentis indicat iudicium difficilem ianuaz. nescit durissimum esse hostiuz carceris. præsume animo multa esse tibi patienda. Num quis se byeme algere miratur? Num quis in mare nauseare: in via concuti? fortis est animus ad quæ præparatus venit minus honorato loco positus. irasci cœpisti cōuiuatori: vocatori: ipsi qui tibi præferebatur. Demēs quid interest quā lecti prætmas partē. Honestiorē te aut turpiorē potest facere puluinū. Non æquis quendaz oculis vidisti: quia de ingenio tuo male locutus est. Recipis hanc legem. Ergo te Ennius quo non delectaris odisset. ⁊ Hortensius simultates tibi indiceret. ⁊ Cicero si derideres carmina eius inimicus esset. Vis tu æquo aīo pati candidatus suffragia. Cōtumeliā tibi fecit aliquis. Nunquid maiorē q̄ Diogeni philosopho stoico. Cui de ira tum maximo disserenti adolescens proteruus inspuit. tulit hoc leuiter ac sapienter. Non quidem inquit irascor: sed dubito tamen an irasci oporteat. quanto videtur melius cui cū causam agenti in frontē mediā q̄tū poterat attracta pingui saliua respuisset Lentulus ille patrū nostroruz memoria factosus ⁊ impotens absterssit faciez: ⁊ affirmabo inquit oībus Lentule falli eos qui te negant os habere. Contingit iam nobis Nouate bene

componere animū si aut nō sentit iracūdiā aut supior est. Videam⁹ quomodo alienā irā leniamus. nec enī sani esse tantū volum⁹ sed sanare. primā irā nō audebim⁹ oratiōe mulcere surda est 7 amens: dabimus illi spacium. remedia in remissionibus prosunt. nec oculos tumentes tentabimus vim rigentem vomendo iniciaturi. Nec cætera vicia dū feruēt initia morborum quies curat. Quantulum inquis prodest remediū tuum: si sua sponte desinentem iram placat. Primū vt citius desinat efficit. Deinde custodierit ne recidat. ipsuz quoqz impetum quem nō audet lenire fallet. Removebit omnia vltionis instrumenta. Simulabit iraz vt tanqz adiutor 7 doloris comes plus auctoritatis in cōsiliȝ habeat. moras nectet 7 dum maiorem petit pœnam præsentem differt. Omni arte requiem factori dabit. Si vehementior erit: aut pudorem illi an non resistit inciciet: aut mœrum. Si infirmior: sermones infert vel gratos: vel novos: 7 cupiditatem cognoscendi vocabit. Medicum aiunt cuz Regis filiam curare deberet: nec sine ferro posset: dum tumentem mammam leuiter fouet: scalpelluz spongia tectū induxisse. repugnasset puella remedia palam admoto: eadem quia non expectauit: dolorez tulit. Quædam non nisi decepta sanant. Alteri dices: Vide ne mimicas iracundia tua voluptati sit. Alteri: vide ne magnitudo animi tui creditumqz apud plærosqz robur cadat. Indignior mehercule 7 non invenio delendi modū: sed temp⁹ expectandum est: dabit pœnas. Serua istud in animo tuo cum potueris 7 pro mora reddes: castigare vo irascentem 7 vltro obuiam ire ei incitari est. Varie aggredieris blandeqz: nisi forte tanta persona eris vt possis iram cōminuere. quemadmodum fecit diuus Augustus cū cœnaret apud Nedium pollionē frægerat vnus crystallinū ex seruis: morte rapi eum Nedius iussit: ne vulgari quidem periturū morte murenis obiȝi iubebat: quas ingēs piscina cōtinebat. Quis non hoc illū putaret luxuriæ causa facere: sæuicia erat. Euasit e manibus puer: 7 cōfugit ad Cæsaris pedes: nihil aliud petiturus qz vt aliter periret ne æsca fieret. motus est nouitate crudelitatis Cæsar: 7 illū quidem dimitti: 7 crystallina ante coram se frangi iussit: cōpleriqz piscinā. Fuit Cæsari sic castigandus amicus: bene vsus est viribus suis. E cōtuitu rapi homines imperas: 7 noui generis pœnis lacerari. Si calix tuus fractus viscera hominis distrahentur. Tantū tibi placebis: vt ibi aliquē duci iubeas vbi Cæsar est. Sic instandū potentiæ est: vt ira ex superiori loco aggredi possit: male tractantez ac talem dūtaxat qualem modo rettuli. Ferā īmanem sanguinariaz quæ iam insanabilis est: nisi maius aliquid extimuit. Pacē demus aio quam dabit præceptorū salutarium assidua meditatio actusqz rerū boni: 7 intenta mens ad vnius honesti cupiditatē. Conscientiæ satisfiat: nil in famam laboremus: sequatur vt mala dū bene merentis. At vulgus animosa miratur 7 audaces in honore sunt. Placidi pro inertibus habentur: primo fortitan aspectu sed simulat qualitas vitæ fidē facit. Non segniciem illam animi esse sed pacem. Veneratur idem populus illos idem colitqz. Nihil ergo habet in se vtile teter iste 7 hostilis affectus. Et omnia e contrario mala: ferrum: ignes: pudore calcato: cædibus inquinauit: manus mēbra liberorum disperſit. Nihil vacuum reliquit a scelere: non gloriæ memor: non infamiæ metuens inemendabilis cum ex ira in odium obcaluit. Careamus hoc malo: purgemusqz mentem 7 extirpemus radicitus ea vicia quæ ēquis tenuia vndecūqz exierint renascentur. 7 irā non temperemus: sed ex toto remoueamus. quod enim malæ rei temperamentū est? Poterim⁹ aūt: adnitamur modo. Nec vlla res magis proderit qz cogitatio mortalitatis. Sibi quisqz 7 alteri dicat: Quid iuuat tanqz in æternum genitos iras indicere: 7 breuissimam ætatem dissipare? Quid iuuat dies quos in voluptatem honestā impendere licet in dolorē alicui⁹ tormentūqz transferre? Non capiūt res istæ iacturā: nec tēpus vacat perdere. Quid ruim⁹ in pugnā? Quid certamina nobis accersimus? Quid imbecillitatis obliti ingētia odia suscepimus? 7 ad frangendū fragiles cōsurgimus? Jam istas inimicitias quas implacabili gerim⁹ aio: febris aut aliud malū corporis vetabit geri. Jam per acerrimuz media mors diriget. Quid tumultuamur? 7 vitā seditiosi cōturbamus. Stat sup caput fatū. 7 pereūtis dies imputat propiusqz ac propius accedit. Istud tempus quod alienæ destinas morti fortasse circa tuā est. Quin potius vitā breuem colligis placidāqz: 7 tibi 7 cæteris præstas. Quin poti⁹ amabilē te dū viuis: oibus desiderabilē cū excesseris reddis 7 contentū: sed supioribus acidū ac molestū exterrere viribus tuis tentas. Quid seruo? Quid domino? Quid Regi? Quid clienti tuo irasceris? Sustine paulū. Venit ecce mors quæ nos pares facat. Videre

ſolemus inter matutina arenæ ſpectacula: tauri ⁊ viſi pugnã inter ſe colligatorum: quos cũ alter alterũ vexarit ſuus confector ſpectat: idem facimus. Aliquem nobiſcum alligatum laceſſimus: cum victo victorq; fines equidem maturus imminеat. Quieti potius pacatiq; quãtulũcunq; ſupereſt exigamus. nulli cadauer noſtrũ iaceat inuiſum. Sæpe rixam conclamantiũ in vicinio incendiũ ſoluit: ⁊ interuentus fere latronẽ viatoremq; diduxit. Colluctari cũ minoribus malis non vacat: vbi mœtus maior apparuit. Quid nobis cũ dimicatione ⁊ inſidijs? Nunquid amplius iſti cui iraſceris mortẽ optas etiã requieſcente morietur: pervis operaq;. Facere vis quod futurũ eſt. Nolo inquis vtiq; occidere: ſed exilio: ſed ignominia: ſed damno afficere. Magis ignoſco ei qui vulnus inimici: q̃ qui inſulam concupiſcit. hic enĩ nõ tantũ mali animi eſt: ſed puſilli: ſiue de vltimis ſupplicijs cogitas: ſiue de leuioribus: quãtulũ eſt temporis quo aut ille pœna ſua torqueat: aut tu malũ gaudiũ ex aliena cupias. Jam ipſum ſpiritum expuimus. Interim dum trahimus: dum inter homines ſumus colamus humanitatẽ. nõ timori cuiq̃: non periculo ſimus. detrimenta: iniurias: conuicia: vellicationes: contemnamus: ⁊ magno animo breuia feramus incõmoda. dum reſpicimus qd̃ aiũt verſamuſq; nos imortalitas aderit. Explicit liber de Ira.

Lucij Annei Senecæ. Liber incipit de mũdi gubernatione diuina prouidentia. Et qualiter multa mala bonis viris accidunt.

Væſiſti a me Lucilli quid ita ſi diuina prouidẽtia mundus ageret: multa bonis viris accidere mala: hoc cõmodius in cõtextu operis redderet: cũ præeſſe vniuerſis prouidentiã probaremus: ⁊ intereſſe nobis deũ. ſed quoniã a toto particulã reuelli placet: ⁊ vnã cõtradictionẽ manẽte lite integra ſoluere: faciã rem nõ difficilẽ causas deor ageti. Supuacuũ eſt in præſentia oſtẽdere nõ ſine aliquo cuſtode tantũ opus ſtare. nec hũc ſiderũ certũ curſum ⁊ diſcurſus fortuiti imperẽ eſſe: ⁊ quæ caſus incitat ſæpe turbari ⁊ cito arietare: banc inoffenſam velocitatẽq; pcedere æternæ legis impio tantũ terra mariq; geſtãtẽ: tantũ clariſſimor luminũ ex diſpoſitiõe lucentiũ nõ eſſe materiæ errantis. Hũc ordinẽ neq; quæ temere exierũt tãta arte penderet: vt terrarũ grauiſſimũ pondꝰ ſedeat imotũ: ⁊ circa ſe pperantis cœli fugam ſpectet: vt infuſa vallibus maria molliat terras: nec vllũ incrementũ fluminũ ſentiat: vt ex minimis ſeminibꝰ naſcant ingẽtia. Nec illa quidẽ quæ videnť cõfuſa ⁊ incerta. pluuias dico nubeſq; ⁊ elyſor fluminũ iactus: ⁊ incẽdia ruptis mõtiũ verticibꝰ effuſa: tremores labẽtis ſoli. alia quæq; tumultuoſa pars rerũ circa terras mouet ſine ratione q̃uis ſubita ſint accidũt. Sed ⁊ illa cauſas habẽt nõ minꝰ q̃ quæ alienis locis cõſpecta miracula ſũt: vt ĩ mediis fluctibus calentes aquæ: ⁊ noua inſularũ in vaſto exilientiũ mari ſpacia. Jam ꝟo ſi q̃s obſeruauerit nudari litora pelago in ſe recedẽte eadẽq; intra exiguũ tẽpus opiri: credet certa quadã volutiõe modo cõtrahi vndas: ⁊ introrſuſ agi: modo erumpere ⁊ magno curſu repetere ſedẽ ſuã cũ ille interim portiõibꝰ creſcũt: ⁊ ad horã ad diẽ ſubeũt ampliores minoreſq; prout illas lunare ſidus elicuit. ad cuiꝰ arbitriũ oceanus exundat ſuo iſta tẽpori reſeruenť. Ego quidem magis quo tu nõ dubitas de prouidẽtia: ſed quæris ĩ gratiã te reducã cũ diis aduerſus optimos optimꝰ ſis. neq; enim natura patiť vt vnq̃ bona bonis nocẽt. Inter bonos viros ac deũ amicitia eſt: cõaliante virtute. Amicitiã dico imo etiã neceſſitudo ⁊ ſimilitudo: quoniã quidẽ bonꝰ tẽpore tantũ a deo differt. diſcipulus eiꝰ æmulatorq; ex natura pueniet: quẽ parens ille magnificus virtutũ nõ lenis exactor ſicut ſæueri patres duriꝰ educat. Jtaq; cũ videris bonos viros acceptoſq; diis laborare: ſudare: p arduũ extẽdere: malos autẽ laſciuire ⁊ voluptatibus fluere: cogita filioꝝ nos moleſtia delectari vernularũ licentia. Illos diſciplina triſtiori contineri. Illos audacia. Idem tibi de deo liqueat. Bonũ virũ in deliciis non habet. Expetitur: indurat: ſibi illum præparat.

De ſuſtinendo impetum aduerſitatis. Rubrica.

Vare multa bonis viris aduerſa eueniunt. Nihil accidere bono viro mali poteſt. Non miſcentur contraria: quemadmodum tot amnes tantum ſuperne deiector imbriũ: tanta mediterranеor vis fontiũ non mutant ſapores maris: neq; remittũt quidẽ. Jta aduerſarũ impetꝰ rerũ viri fortis non vertit animũ. Manet in ſtatu: ⁊ quicq̃d euenit in ſuũ colorem trahit. Eſt enĩ oibus externis potẽtior. nec hoc dico

Non ſentit illa ſed vincit. Alioquin quietus placiduſq; cõtra incurrentia attollit. Omnia aduerſa exercitatiões putat. quis aũt vir modo erectus ad honeſta nõ eſt laboris appetens iuſti: ⁊ ad officia cũ piculo ꝓmptus? Cui non induſtrio ociũ pœna eſt. Athletas videmus quibus viriũ cura eſt cũ fortiſſimis quibuſcũq; cõfligere ⁊ exigere ab his ꝑ quos certamini præparant: vt totis cõtra ipſos viribꝰ vtant: cædi vexariq; patiũtur: ⁊ ſi non iueniũt ſingulos pares pluribus ſimul obiiciũtur. Marcet ſine aduerſario virtus. Tũc apparet quã ſit quantũq; valeat: polleatq; cũ quid poſſit patientia oſtendit. Scias licet idẽ viris bonis eſſe faciendũ: vt dura ac difficilia non formident: nec de fato querant. Quicq̃d accidit boni cõſulant: in bonũ vertant. Nõ q̃d ſed quẽadmodũ feras intereſt. Nõ vides quãto aliter patres: aliter matres indulgeant. Illi exercitari iubẽt libros ad ſtudia obeunda mature feriatis quoq; diebus nõ patiũtur eſſe ocioſos: ⁊ ſudorẽ illis ⁊ interdũ lachrymas excutiũt. At matres fouere in ſinu continere vmbra volunt. Nunq; flere: nũq; cõtriſtari: nũq; laborare. Paternũ deus habet aduerſus bonos viros animuz. ⁊ illos fortius amat: ⁊ opibus: doloribus: ac damnis exagitat: vt verũ colligant robur. Languent ꝑ inertiã ſaginata: nec labore tantũ ſed motu: ⁊ ipſo ſui onere deficiũt. Non fert illũ ictũ illæſa fœlicitas. Ait vbi aſſidua fuit cũ incõmodis ſuis rixas callum ꝑ iniurias duxit. nec vlli malo cedit: ſed etiã ſi ſuccederit de genu pugnat. Miraris tu ſi deus ille bonoꝝ amãtiſſimꝰ: qui illos q̃ optimos atq; excellẽtiſſimos vult: fortunã illis cũ q̃ exerceant aſſignat? Ego vo nõ miror ſi aliquãdo impetũ capiũt. Spectãt diĳ magnos viros colluctãtes cũ aliqua calamitate. Nobis interdũ voluptati eſt: ſi adoleſcens conſtantis animi irruentẽ feram venabulo excipit: ſi leonis ĩcurſum interitꝰ ꝓtulit. tantoq; ſpectaculũ eſt gratius quãto id honeſtius fecit. Nõ ſũt iſta quæ poſſunt deoꝝ in ſe vultũ conuertere. Hæc pueriha ⁊ oblectamenta humanæ leuitatis. Ecce ſpectaculũ dignũ ad quod reſpiciat intentus operi ſuo deus. Ecce par deo dignũ. Vir fortis cum mala fortuna compoſitus vtiq; ſi ⁊ ꝓuocauit. Non video inquã quid habeat in terris Iuppiter pulchrius: ſi conuertere animũ velit: q̃ vt ſpectet Catonẽ iam partibꝰ nõ ſemel fractis ſtantẽ nihilominus inter ruinas publicas rectũ. Licet inquit oĩa in vniꝰ conditiõe conceſſerint: cuſtodiant legionibus terræ: claſſibus maria: ⁊ cæſarianus portas miles obſideat Cato qua exeat habet. Vna manꝰ latã libertatẽ noſtrã faciet. Ferrũ iſtud in ciuili bello purũ ⁊ innoxiũ: bonas tandẽ ac nobiles edet opas. Libertatẽ quã patriæ nõ potuit dare: Catoni dabit. Aggredere animæ diu meditatũ opus. Eripe te rebus humanis. Iam petræ vis ⁊ iuba corruerũt: iacentq; alter alterius manu cæſi: fortis ⁊ egregia fati conuentio. Sed quæ nõ deceat magnitudinẽ noſtrã. Tam turpe eſt Catoni mortez ab vllo petere q̃ vitam. liquet mihi cum magno expectaſſe gaudio deos. Quoniã ille vir acerrimus ſui vindex: alienæ ſaluti conſulit: ⁊ inſtruit diſcedentiũ fugam: dũ etiã ſtudia nocte vltima tractat: duz gladiũ ſacro pectori infigit: dum viſcera ſpargit: ⁊ illam ſanctiſſimã animã indignamq; quæ ferro cõtaminaret: manu educit. Inde crediderim fuiſſe parũ certũ ⁊ inefficax vulnꝰ. nõ fuit diĳs mortalibus ſatis ſpectare Catonẽ ſemel retenta ac reuocata virtus eſt: vt i difficiliori parte ſe oſtẽderet. Nõ enĩ taz magno aĩo moꝝ initiũ q̃ reperiũ. Quid ni libenter ſpectaret alumnum ſuũ tam claro ac memorabili exitu euadentẽ. moꝝ illos conſecrat quoꝝ exitũ etiã qui timent laudant.

Ed iam ꝓcedẽte oratiõe oſtendã q̃ non ſint quæ nõ vident mala: nunc illud dico. Iſta quæ tu vocas aſpera quæ aduerſa ⁊ abominãda. Primũ ꝑ ipſis eſſe quibus accidũt. Deinde ꝑ vniuerſis quoꝝ maior diĳs cura eſt q̃ ſingulorꝝ. Poſt hæc volentibus accidere: ac dignos malo eſſe. ſi nolint his adiiciã: facto iſta ſic eſſe recte eadez lege bonis euenire: q̃a ſũt boni. ꝑſuadebo deinde tibi ne vnq; boni viri miſereris. põt enĩ miſer dici: nõ põt eſſe. Difficilimũ ex oĩbus quæ ꝓpoſui videt pro ipſis eſſe quibꝰ euenunt iſta quæ horremꝰ ac tremimꝰ. Pro ipſis eſt inq̃t in exiliũ ꝓĳci: in ærgeſtatẽ deduci: libros: cõiugem: hæc ferre ignominiã: affici: debilitari. ſi miraris hoc ꝑ aliquo eſſe: miraberis quoſdaz ferro ⁊ igne curari: nec minꝰ fame ac ſiti. Sz ſi cogitaueris tecũ remediĳ cauſa q̃buſdã ⁊ radi oſſa: ⁊ legi: ⁊ extrahi venas: ⁊ quædã amputari mẽbra quæ ſine toti ꝓnitie corpis hærere nõ poterãt. hoc itaq; patieris ꝓbari tibi quædã incõmoda pro his eſſe q̃bꝰ accidũt. Tã mehercule q̃ quædã quæ laudant atq; appetũtur contra eos eſſe quos delectauerũt: ſimilima crudelitatibus: ebrietatibuſq; ⁊ cæteris quæ necant per voluptatẽ. Inter multa magnifica

Demetrij nostri ⁊ hæc vox est. Aqua recēs ſuꝫ ſonat adhuc ⁊ vibrat in auribꝰ meis. Nihil inquit mihi videtur infœlicius eo: cui nihil vnqꝫ aliquid euenit aduerſi. Nō licuit enim illi ſe experiri vbi ex voto illi fluxerūt oīa: vt ante votū. male tamen de illo dij iudicauerūt. Indignus viſus eſt a quo vinceret aliquādo fortuna quæ ignauiſſimū quenqꝫ refugit. Quaſi dicat: Quid ergo iſtum aduerſariū mihi aſſumā? ſtatim arma ſubmittet. Non opus eſt in illum tota patientia mea: leui cōminatione pelletur. Non poteſt ſuſtinere vultū meū. Ali⁹ enī conſpiciatur cū quo conferre poſſimus manū: pudet congredi cū homine vinci parato. Ignominiā iudicat gladiator cum inferiore cōponi: ⁊ ſcit eū ſine gloria vinci qui ſine piculo vincit. Idem facit fortuna fortiſſimos ſibi pares quærit: quoſdam faſtidio tranſit. Contumaciſſimū quenqꝫ ⁊ rectiſſimū aggredit: aduerſus quē ſuam vim intendat. Ignemqꝫ experitur in Mucio. Paupertatē in Fabricio. Exiliū in Rutilio. Tormenta i Regulo. Venenū in Socrate. Magnū exemplū niſi mala fortuna nō inuenit. Infœlix eſt Mucius q̄ dextra ignes hoſtiū præmit: ⁊ ipſe a ſe exigit errorꝭ ſui pœnas: q̄ Regem quē armata manu non potuit exuſte fugat. Quid ergo fœlicior eſſet ſi in ſinu amicitiæ foueret manum. Infœlix eſt Fabricius q̄ rus ſuū q̄ſtū a. K. P. vacauit bellū fodit: quod bellū tam cuꝫ Pyrrho q̄ cū diuitijs gerit q̄ ad focū cœnat illas ipſas radices ⁊ herbas quas in agro triumphalis senex euulſit. Quid ergo fœlicior eſſet ſi in ventrē ſuum longinqui litoris piſces: ⁊ peregrina aues cupia congereret? Si conchylijs ſuperbi atqꝫ inferi maris pigriciaꝫ ſtomachi nauſeantis exigeret? Si ingenti pomorū ſtrue cingeretur? Primæ formæ feras captas multa cæde venantiū. Infœlix eſt Rutilius q̄ qui illū dānauerūt cauſam dicēt oībus ſæculis: q̄ æquiore animo paſſus eſt ſe patriæ eripi q̄ ſibi exiliuꝫ quod Sullæ dictatori ſolus aliquid negauit ⁊ reuocat⁹ nō rātū retroceſſit ſed longi⁹ fugit. viderūt inq̄t hoc iſti quos Romæ deprehendit fœlicitas tua. Videant largū in foro ſanguinē ⁊ ſupra ſeruilianū lacū. Id enim proſcriptionis Syllanæ ſpoliariū eſt: ſenatorū capita: ⁊ paſſim vagatiōes p vrbem pauſſorū greges: ⁊ multa milia ciuiū Romanorū vno loco poſt fidem: imo p ipſam fidem trucidata. Videant iſta qui exulare nō poſſunt. Quid ergo fœlix eſt Lucius Sylla q̄ illi deſcendenti ad forum gladius ſubmouet: q̄ capita conſularium virorū patrē oſtendit: ⁊ preciū cædis p quæſtorē ac tabulas publicas minuat: ⁊ hæc oīa facit ille qui legē corneliam tulit. Veniam⁹ ad Regulum quid illi fortuna nocuit? quid illi documentū fidei: documentū patientiæ fecit? figūt autem claui ⁊ quocūqꝫ fatigatū corpus reclinauit: vulnere incūbit: ⁊ in ꝓpetuā vigiliā ſuſpenſa ſunt lumina. Quanto plus tormenti plus erit gloriæ. Vis ſcire q̄ nō pœniteat hoc precio æſtimaſſe virtutē? refice tu illum: ⁊ mitte in ſenatū: eandē ſententiā dicet. Felicior ergo tu Mecœnatē putas cui amorib⁹ anxiæ ⁊ morioſæ vxoris quotidiana repudia defleti ſomnis p ſymphonarū cantum ex longinquo leue reſonātiū quæritur: mero ſe licet ſopiat ⁊ aquarū fragoribus aduocet: ⁊ mille voluptatibus mentē anxiam fallat: tam vigilauit in pluma q̄ ille in cruce. Sed illi ſolaciū eſt pro honeſto dura tolerare: ⁊ ad cauſam a patiētia reſpicit. Hunc voluptatibus marcidū ⁊ fœlicitate nimia laborantē. Magis his quæ patiē erat cauſa patiēdi. Non vſqꝫ eo in poſſeſſionem generis humani vicia venerūt: vt dubiū ſit an electione facti data plures Reguli naſci q̄ Mecœnates velint. Aut ſi quis fuerit qui audeat dicere Mecœnatem ſe q̄ Regulum naſci maluiſſe. Idem iſte taceat licet naſci ſe Terentia maluit. Male tentatū Socratem iudicas: q̄ illam potionē publice mixtam nō aliter q̄ medicamentū īmortalitatis abduxit: ⁊ de morte diſputauit vſqꝫ ad ipſam. Male cū illo actum eſt: congelatus eſt ſanguis: ac paulatim frigore inducto venarum vigor conſtitit. Quanto magis huic inuidenduꝫ eſt q̄ illis quibus gēma miniſtratur. Quibus exoletus omnia pati doctus exactæ virilitatis: haud dubiæ ſuſpenſam auro niuē diluit. Vi quicq̄d biberint vomitu remittunt triſtes: ⁊ bilem ſuam reguſtantes. At ille venenū lætus ⁊ bibēs hauriet. Quid ad Catonem pertinet? Satis dictum eſt: ſuamqꝫ illi fœlicitatē contigiſſe cōſenſus hominū fatebitur. Quoniā rerū natura delegit: cū quo metuenda collideret. Inimiciciæ potentū graues ſunt. Apponātur ſimul Pompeio Cæſari ⁊ Craſſo. Graue eſt a deterioribus honore ante iri Patinio poſt ferantur. Graue eſt ciuilibus bellis intereſſe: toto terrarum orbe pro cauſa bona tam infœliciter q̄ pertinaciter militet. Graue eſt ſi manus afferre faciat. Quid per hoc conſequar? vt omnes ſciant non eſſe hæc mala quibus ego dignū Catonem putaui.

Rospera sed in plæbem ac vilia ingenia deueniũt. At calamitates terroresq; mortalium sub iugum mittere proprium magni viri est. Semp̃ no esse fœlicem & sine morsu animi transire vitam: ignorare est rerum naturæ alterã partem. Magnus es vir: sed vnde scio? si tibi fortuna nõ dat facultatẽ exhibendæ virtutis descendisti ad olympia. Sed nemo præter te olympiam coronam habet. non gratulor tanq̃ viro forti: sed tanq̃ consulatum: præturamue adepto honore auctus es. Idem dicere & bono viro possum: sed illi nullaz occasionẽ difficilior casus dedit: in qua vna vim sui animi ostenderet. Miserum te iudico q̃ non fuisti miser: transisti sine aduersario vitam. Nemo scit q̃d potueris: nec tu quidem ipse. Opus est enim ad noticiã sui experimẽto: quod quidẽ quisq; posset nisi tentando non didicit. Itaq; quidam vltro se cessantibus malis obtulerũt: & virtuti iter in occasionẽ per quaz enitescerent quæsierũt. Gaudẽt inquit magni viri aliquãdo rebus aduersis: non aliter q̃ fortes milites bello triumpho. Ego Murmillionẽ sub. C. Cæsare de raritate munerum audiui querentem. Ex bella quidem ætas perit. Auida est periculi virtus: & quo tendit non quid passura sit cogitat. Quoniam & quod passura est gloriæ pars est. Militares viri gloriantur vulneribus: læti fluentem melior casu sanguinem ostentant. Idem licet fecerint qui integri reuertuntur ex acie: magis spectatur qui saucius redit. Ipsis inquã deus consulit quos esse q̃ honestissimos cupit: quotiens illis materiã præber aliquid animose fortiterq; faciendi. Ad quam rem opus est aliqua rerum difficultate. Gubernatorem in tempestate: in acie militem intelligas. Vnde possum scire quantũ aduersus paupertatem tibi animi sit: si diuitijs defluis? Vnde possum scire quantum aduersus ignominiã & infamiam: odiumq; populare constantiæ habeas: si inter plausus senescis si te inexpugnabilis & inclinatione quadam mentium pronus fauor sequitur? Vnde scio q̃ æquo animo laturus sis orbitatem filiorum: si quoscunq; sustulisti vides? Audiui te cũ alios consolareris tunc conspexissez: si te ipse consolatus esses: si te ipse voluisses. Nolite obsecro vos expauescere ista quæ dij immortales velut stimulos admouent animis. Calamitas virtutis occasio est. Illos merito quis dixerit miseros q̃ nimia fœlicitate cõpescũt: quos velut in mari lento tranquillitas itineris detinet. Quod quid illis inciderit nouũ veniet. Magis vrgent sæua inexpertos. Graue est ferre ceruicibus iugum. Ad suspitionem vulneris tyro pallescit. Audaciter veteranus cruorẽ suũ spectat: qui scit se sæpe vicisse post sanguinem. Nos itaq; deus: quos probat: quos amat: indurat: recognoscit: exercet. Eos añt quibus indulgere videt: quibus parcere moles venturis malis: seruat. Erratis eni si quez iudicatis exceptũ. Sed venier ad illum diu fœlicez sua portio. Quisquis videt dimissus esse: dilatus est. Quare deus optimũ quenq;: aut mala valitudine: aut luctu: aut incõmodis afficit? Quare in castris quæq; periculosa fortissimis imperantur? dux lectissimos mittit qui nocturnis hostes aggrediantur insidijs? Aut explorẽt iter: aut præsidiũ locum deijciãt Nemo eorũ qui exeunt dicit male de me Imperator meruit: sed bene iudicauit. Idem dicãt quicunq; iubentur pati timidis: ignauisq; flebilia. Digni visi sumus deo in quibus experiretur quantũ humana natura posset pati. Fugite delicias. Fugite eneruatam fœlicitatem: quã animi pertimescũt: & nisi aliquid intervenit quod humanæ sortis admoneat velut perpetua ebrietate sopiti. Quem specularia a flatu abeundi cauerunt: cuius pedes inter fomenta subinde mutata tepuerũt? cuius cœnationes subditus & parietibus circũfusus calor temperauit? hunc leuis aura non sine periculo stringit. Cum omnia quæ excesserint modum noceant: periculosissima fœlicitatis intemperantia est. Mouet cerebrum in varias mentes: & imagines euocat. multũ inter falsũ ac verũ mediæ caliginis fũdit. Quid ne id sati? sit? Propter tuã infœlicitatẽ aduocat a virtute sustinere: q̃ infinitis atq; imodicis bonis rumpi. Leuior iciunio mors est: cruditate dissiliũt. Hanc itaq; rationẽ dij sequũtur in bonis viris: quã in discipulis suis præceptores: qui plus laboris ab his exigunt in quibus certior spes est. Nunquid tu inuisus esses Lacedemonijs liberos suos crudis quorũ experiuntur indolem publice verberibus admotis? Ipsi illos patres adhortantur: vt ictus flagellorũq; fortiter perferant: & lacertos ac semianimes rogant: perseueranter vulnera præbere vulneribus? Quid mirum si dure generosos spiritus deus tentat. Nunq̃ virtus molle documentum est: verberat nos & lacerat fortuna patimur. Non est sæuicia. Certamen est quo sæpius adierimus

fortiores erimus. Solidissima pars est corporis quam frequens vsus agitauit. Præbendi fortunæ sumus: vt contra illam ab ipsa duremus. Paulatim nos sibi pares faciat. Contemptū periculoꝝ assiduitas periclitādi dabit. Sic sunt naucia corpora efferēdo mari dura. Agricolis manus terræ. Ad excutienda tela militares lacerti valent. Agilia sūt mēbra cursoribus. Idem quoq; solidissimū est quod exercuit. Ad contenendam patriā vel malorum potentiā animus patiētia peruenit. Quæ quid in nobis efficere possit scies: si aspexeris gētū nationibus nudis ⁊ inopia fortioribus labor præstet. Omnes considera gentes in quibus romana pax desinit. Germanos dico ⁊ quicquid circa istrum vagarū gentiuꝝ occursat: perpetua illos byems: triste cœlum præmit. Maligne solū steriles sustentat: imbrem culmo aut fronde defendūt: super durata glacie stagno prosultant: in alimentū feras captāt. Miseri tibi videntur. Nihil miserum est quod in naturā consuetudo produxit. Paulatim enī voluptati sunt: quæq; necessitate cœperunt. Nulla illis domicilia: nullæq; sedes sunt: nisi quas lassitudo in diem posuit. Vilis ⁊ hic quærendus est manu victus: horrenda iniq̄tas cœli in tecta corpa. hoc q̄ tibi calamitas videt tot gentiuꝝ vita est. quid miraris bonos viros vt confirment concuti. Non est arbor solida nec fortis nisi ī quā frequēs vent⁹ incursat ipsa enī vexatiōe constringit: ⁊ radices certius figit. Fragiles sunt quæ in aprica valle creuerunt. pro ipsis ergo bonis viris est vt esse interriti possint. Multum inter formidulosa versari: ⁊ quo aio ferre quæ nō sunt mala nisi male sustinenti.

Dijce nunc quod pro omnibus est optimū quenq; vt ita dicaꝝ militare ⁊ edere operas. Hoc est propositum deo q̄ sapienti viro ostēderet hæc quæ vulgus appetit: quæ reformidat nec bona esse nec mala. Apparebunt autem bona esse si illa nō nisi bonis viris tribuerit: ⁊ mala esse si malis tantū irrogauerit. Detestabilis erit cæcitas si nemo oculos p̄diderit nisi cui eruendi sunt. Itaq; careāt luce Appius ⁊ Metellus. Non sunt diuitiæ bonū. Itaq; habeat illas ⁊ Ellius leno vt homines pecuniaꝝ cum in tempus consecrauerint videant: ⁊ in fornice. Nullo modo magis potest deus concupita transducere q̄ si illa ad turpissimos differt: ab optimis abigit. Et iniquū est bonuꝝ virum debilitari: aut confringi: aut alligari. malos integris corporibus solutos ac delicatos incedere. Quid porro non est iniquū fortes arma sumere: ⁊ in castris pernoctare: ⁊ pro vallo ligatis stare vulneribus. Interim in vrbe securos esse procisos ⁊ professos impudicitiam. Quid porro nō est iniquū nobilissimas virgines ad sacra facieda noctib⁹ excitari. Altissimo somno inquinatas frui. Labor optimus citat. Senatus per totū diē cōsuluit sæpe cum illo tēpore vilissimus quisq; aut in campo ociuꝝ suū oblectet: aut in pompa lateat: aut tempus in aliquo circulo terat. idem in bacre magna publica fit. boni viri laborant impediuntur. Volentes quidē non trabuntur a fortuna: sed sequūtur illam: ⁊ æquo gradu si scissent antecessissent. Hanc quoq; animosaꝝ Demetrij fortissimi viri vocem audisse me memini. Hoc vnū inquit dij īmortales queri possum q̄ non ante mihi voluntatē vestram notaꝝ fecistis. Prior enim ad ista venissem ad quæ nūc vocatus assum. Vultis liberos sumere illos vobis offero. Vultis aliquā partem corporis sumite. Non magnam rem promitto: cito totuꝝ relinquā. Vultis spiritū. Quid ni nullam moram faciam quo minus recipiatis quod dedistis? Et volente feretis quicquid petieritis. Quid ergo est maluisse offerre q̄ tradere? Quid opus fuit auferre? Accipere potuistis? sed nec nunc quidez auferetis. Quid nihil eripitur nisi retinenti. Nihil cogor. Nihil patior inuitus: nec seruio deo sed assentio. Eo q̄dez magis quo scio omnia certa: ⁊ in æternum dicta lege decurrere. Fata nos ducūt: ⁊ quantuꝝ cuiq; temporis restet: prima nascentiū hora disposuit. Causa pendet ex causa priuata ac publica: longus ordo rerum trahit. Ideo fortiter omne faciendum est. Quia non vt putam⁹ incidunt cuncta sed veniunt. Olim constitutum est quid gaudeas? quid fleas? ⁊ q̄uis magna videat varietate singuloꝝ vita distingui summa in vnuꝝ venit. Accepimus peritura perituri. Quid ita indignamur? quid querimur? Ad hoc parati sum⁹. Vtatur vt vult suis natura corporibus. Nos læti ad omnia ⁊ fortes cogitemus nihil perire de nostro. Quid est boni viri præbere se fato? Grande solacium est cum vniuerso rapi. Quid est quod nos sic viuere sic mori iussit? eadem necessitate ⁊ deos alligat: irreuocabilis humana pariter ac diuina cursus vehit. Ille ipse omniū conditor ac rector scripsit quidez fata: sed sequit. Semper paret: semel iussit. Quare tamē deus tam iniquus in distributiōe fati fuit. Vt bonis viris

paupertatem vulnera ⁊ acerba funera aſcriberet. Nō poteſt artifex mutare māteriam. Hæc paſſa eſt. Quædam ſeparari a quibuſdam non poſſunt cohærent: indiuidua ſunt: langui da ingenia: ⁊ in ſomnū itura: aut in vigiliam ſomno ſimilimam: inertibus nectuntur ele/ mentis: vt efficiatur vir. cuī cura dicens fortiore fato opus eſt. Non erit illi planuſ iter ſur ſum oportet ac deorſuſ eat: fluctuetur ac nauigiū in turbido regat. Contra fortunam illi te/ nendus eſt curſus. Multa accident dura: aſpera: quæ molliant ⁊ cōplanēt. Ipſe ignis au/ rum probat: miſeria fortes viros. Vide q̄ alte extendere debeat virtus: ſciens illi non per ſecura vadendum eſſe. Ardua prima via eſt: ⁊ q̄uis inane recentes enitantur æque me/ dio eſt altiſſima cœlo. Vnde mare ⁊ terras ipſi mihi ſæpe videre. Fit timor: ⁊ pauida tre/ pidet formidine pectus. Vltima prona via eſt: ⁊ æget moderamine certo. Tunc quæ etiaī me ſubiectis excipit vndis. Ne ferar impræceps Thetis ſolet ipſa vereri. Hæc cuī audiſſet ille generoſus adoleſcens. Placet inquit via. Aſcendo. Eſt tanti per iſta ire caſuro. Nō de/ ſinit quæ te terreant. at tene animū mœtu territāte. Vtq̄ viā teneas: nulloq̄ errore traha/ ris. Per tamē aduerſi gradieris cornua tauri. Hemonioſq̄ arcus violētiq̄ ora leōis. Poſt hæc ait: Junge datos currus his quibus deterrime putas. incitor. Libet illic ſtare vbi ipſe ſol trepidat. humilis ⁊ inertis eſt tuta ſecare ꝑ alta virtus eſt.

Vare tamen bonis viris patiatur aliquid mali deus fieri. Ille vo non patitur Omnia mala ab illis remouit: ſcelera ⁊ flagitias: ⁊ cogitatiōes improbas: ⁊ aui da conſilia: ⁊ libidinem cæcam: ⁊ alieno imminentem auariciam. Ipſos tuetur aut vendicat. Nunquid hæc quoq̄ a deo aliquis exigit: vt bonoruī viroꝝ etiā ſarcinas ſeruet. Remittūt ipſi hanc deo curam. Externa contemnūt. Democritus diuitias proiecit: ⁊ onus illas bonæ mentis exiſtimans. Quid ergo miraris ſi id deus bono acci/ dere patitur: quod vir bonus aliquando vult ſibi accidere? Filios amittūt viri boni: quid ni cum aliquando ⁊ occidant: in exiliū mittuntur. Quid ni cum aliquando ipſi patriā nō repetituri relinquant occiduntur. Quid ni cī aliquando ipſi ſibi manus inferant qui etiā quædam dura patiuntur: vt alios pati doceant. Nati ſunt in exemplar. Puta itaq̄ deuſ dicere: Quid habetis quod de me queri poſſitis vos quibus recta placuerunt. Illīs bona falſa circundedi: ⁊ animos inanes: velut longo fallaciq̄ ſomnio luſi. Auro illos argento ⁊ ebore adornaui. Intus boni nihil eſt. Iſti quos pro fœlicibus aſpicitis ſi non qua currunt ſed qua latent videritis: miſeri ſunt: ſordidi: turpes: ad ſimilitudinē parietum ſuorum ex trinſecus culti. Non eſt iſta ſolida ⁊ ſyncera fœlicitas: cruſta eſt equidē tenuis. Itaq̄ deuſ illis licet ſtare: ⁊ arbitrium ſuum oſtendi nitent ⁊ imponunt. Cum aliquid inciderit quod diſturbet ac detegat tūc apparet quantū altæ ac veræ fœditatis alienus ſplendor abſconde/ rit. Vobis dedi bona certa manſura quātomagis verſaueritis: ⁊ vndiq̄ inſpexeritis. Me lioꝝ maioraq̄ permiſi vobis: metuenda contemnere: cupiditates faſtidire. Non fulgetis extrinſecus. Bona veſtra introrſus obuerſa ſunt. Sic mundus exteriora contemſit: ſpecta culo ſui lætus. Intus omne poſuit bonum. Non ægere fœlicitate: fœlicitas veſtra eſt. Ut multa incidūt triſtia: horrenda: dura toleratu. Quia non poterā vos iſtis ſubducere: aīos veſtros aduerſus omnia armaui forte fortiter: hoc eſt q̄ deuſ antecedatis. Ille extra patien tiam malorum eſt. Nos ſupra patientiam. Contemnite paupertatem. Nemo tam pauper viuit q̄ natus eſt. Contemnite dolorem: quia aut ſoluetur: aut ſoluet. Contemnite fortunā Nullum illi telum quo feriret animum dedi. Ante omnia curaui ne quis vos teneret inui/ tos. Patet exitus. Si pugnare non vultis licet fugere. Ideoq̄ ex omnib⁹ rebus quas eſſe vobis neceſſarias volui: nihil feci facilius q̄ mori. Prono animaꝝ loco poſui. Trahit. At/ tendite modo ⁊ videbitis q̄ breuis ad libertatē ⁊ q̄ expedita ducat via. Nō tam longas in exitu vobis q̄ intrantibus moras poſui. Alioquin magnū in vos regnū fortuna tenuiſſet ſi homo tam tarde moreretur q̄ naſcitur. Omne tempus omnis vos locus doceat q̄ faciſe ſit renunciare naturæ: ⁊ munus ſuum illi impingere. Inter ipſa altaria ⁊ ſolennes ſacrificā tium ritus: dum optatur vita mortem condiſcat: corpora optima taurorum exiguo cōcidūt vulnere: ⁊ magnarum virium animalia: humanæ manus ictus impulit: tenuit ferro com miſſura ceruix arrum pitur. ⁊ cuī articulus ille qui caput collumq̄ cōmittit inciſus eſt tanta illa moles corruit. Non in alto latet ſpiritus nec vtiq̄ ferro eruendus eſt. Nō ſunt vulnere impreſſo ſcrutata præcordia. In proximo mors eſt. Nō certum ad hos ictus æſtimaui locū

Quacūq; vi paruū est ipsuz illud quod vocatur mozi quo anima discedit a cozpore breuis est q̄ sentire tanta velocitas possit: siue fauces nodus elisit: siue spiramentū a qua præclusit siue vi cozpus lapsum subiacentis soli duricia cōminuit: siue haustus ignis cursuz animæ remeantis intercidit. Quicquid est properat: ꝛ quicquid erubescatis q̄ tam cito sit timetis diu. Explicit liber de prouidentia dei.

Incipit liber Lucij Annei Sene
cæ ad Galionem de vita beata.

Juere Galio frater omnes beate volunt. Sed ad prouidendū quid sit q̄ beatā vitam efficiat caligant. Adeoq; non est facile consequi beatam vitam vt ab ea quisq; eo longius recedat quo ad illam concitatius ferꝛ. Si via concitatiꝰ lapsus est. quæ ibi in cōtrariū ducit ipsa velocitas maioris interualli causa fit. Proponendū est itaq; primuz quid sit quod appetamus. Tunc circūspiciendus est qua contendere illo celerrime possimus: intellecturi in ipso itinere: si modo rectū erit quantū quotidie proficiamꝰ: quantoq; propius ab eo simꝰ ad quos nos cupiditas naturalis impellit. Adiu quidē passim vagamur nō ducem secuti: sed fremitū ꝛ damozem dissonum in diuersa vocantiū: conteꝛet vita inter errozes breuis etiam si dies nocteſq; bonæ menti laboremus. Decernatur itaq; ꝛ quo tendamus: ꝛ qua non sine perito aliquo cui explorata sint ea in quæ procedimus. Quoniamquidem non eadem hic quæ in cæteris perigrinationibꝰ cōditio est. In illis comprehensus aliquis limes: ꝛ interrogati incolæ nō patiūtur errare. Hic certissima quoq; via ꝛ celeberrima maxime decipit Nihil ergo magis præstandū est q̄ ne pecoꝝ ritu sequamur antecedentiū gregem pergētes nō quo eundum est: sed quo itur. Atqui nulla res nos maioribus malis implicat q̄ q̄ ad rumoꝛē componimur. optima rati ea quæ magno assensu recepta sunt: quidq; exempla bonis multa sunt: nec ad rationem sed ad similitudinē viuimus. Inde ista tanta coaceruatio alioꝝ supza alios ruentiū. Quod in strage hominū magna euenit cū ipse populus præmit Nemo ita cadit: vt nō aliū in se attrahat. Primi exitio sequentibus sunt. Hoc in omni vita accidere videas: licet nemo sibi tantū errat: sed alieni errozis causa ꝛ auctoꝛ est. Nocet enī applicari antecedentibus: ꝛ dū vnusquisq; mauult credere q̄ iudicare. Nunq; de vita iudicatur semper creditur. Versatq; nos ꝛ præcipitat traditus per manus errozi alieniſq; perimꝰ exemplis. Sanabimur si modo separemur a cœtu. Nūc vo stat cōtra rationē defensoꝛ mali sui populus. Itaq; idem venit quod in comitijs in quibus eos factos prætoꝛes idem qui fecere miranꝰ: cum se mobilis fauoꝛ circūagit. Eadez probamus: ꝛ eadem improbamus ꝛ reprehendimus. Hic exitus est omnis iudicij: in quo ꝑm plures daꝰ cū de beata vita ageꝰ Non est q̄ mihi illud dissensionū moze respondeas. Hæc pars maior esse videꝰ. Ideo enim peioꝝ est. Non tam bene cum rebus humanis geritur: vt meliora pluribus placeant. Argumentū pessimi turba est. quæramus quid optime factū sit: nō quid vsitatissimū: ꝛ qō nos in possessionem fœlicitatis æternæ cōstituat. Non quid vulgo veritatis pessimo interprete probatū sit. Vulgus autē tam chlamydatos q̄ cozonatos voco. Non enī colorē vestium quibus prætexta cozpoza sunt aspicio. Oculis de homine nō credo. Habeo meliꝰ certiusq; lumen quo a falsis vera diiudicez. Animi bonū animus iueniat. Hic si vnq; ille respirare ꝛ recedere in se vacauerit. O q̄ si ipse verū toztus a se fatebiꝰ ac dicet: quicq̄d feci adhuc infectū esse mallem. Quicq̄d dixi cū recogito in multis video. Quicq̄d optaui inimicoꝝ execrationē puto. Quicq̄d timui dij boni quāto leuius fuit q̄ q̄ concupiui. Cum multis amicitias gessi: ꝛ in gratiā ex odio si modo vlla inter malos gratia est redij. mihi ipsi nondum amicus sum. Omnē operam dedi vt me multitudini educerem: ꝛ aliquam votem notabilem facerē. Quid aliud q̄ telis me opposui etiam maliuolentiæ quod moꝛderet ostendi. Vides tu istos qui eloquētiā laudant: qui opes sequūtur: qui gratiæ adulanꝰ: qui potentiam extollūt: Omnes autē sūt hostes: aut quod in æquo est esse possūt. Q̄ magnus mirātiū tā magnus iuuidentiū populus est. Quin potiꝰ quæro aliq̄d vsu bonū quod sentiam nō ostendā. Ista quæ spectant ad quæ cōsistitur: quæ alter alteri stupens monstrat: foris nitēt introrsus misera sunt. Quæramus aliquod non in specie bonum: sed solidū ꝛ æquale: ꝛ a secretioze parte formosius. Hoc eruamus. Nec longe positū est inueniet. Scire tantū opus

eſt quo manū porrigas. Nunc velut in tenebris vicina tranſimus: offenſantes ipſa quæ deſideramus: ſed ne te per circuitus trahā: alioꝝ quidem opiniones præteribo. Nam & enumerare illas longū eſt: & coarguere. Noſtrā accipe. Noſtrā vo cū dico nō alligo me ad vnuꝫ aliquē ex Stoicis proceribus. Eſt & mihi cenſendi vis. Itaqꝫ aliquē ſequar: aliquē iubebo ſententiā diuidere. Fortaſſe & poſt omnes citatus nihil improbabo ex his quæ priores decreuerint. & dicam: Hæc amplius cenſeo. Interim q̄ oēs ſtoicos cōuenit rerū naturæ aſſentio. Ab illa nō deerrare: & ad illius legem exemplūqꝫ formari ſapientia eſt. Beata eſt ergo vita cōueniens naturæ ſuæ: quæ nō aliter contingere poteſt: q̄ ſi primū ſana mens eſt & in perpetua poſſeſſione ſanitatis ſuæ. Deinde ſit fortis ac vehemens: pulcherrima & patiens anxij apta temporis corporis ſui pertinentiumqꝫ: ad id curioſa non anxia. Tamen illarum rerum quæ vitam inſtruunt diligens ſine admiratione cuiuſq̄ vſura fortunæ muneribus non ſeruitura. Intelligis etiam ſi non adijciam ſequi perpetuam tranquillitatē: libertatem Depulſis his quæ aut irritant nos: aut tentant nos. Nam voluptatibus etiam pro illis quæ parua aut fragilia ſunt: & ipſis flagitijs noxia. Ingens gaudium ſubit inconcuſſum & æquale: & pax & concordia animi: & magnitudo cum manſuetudine. Omnis enim ex infirmitate feritas eſt. Quemadmodum idem exercitus modo latius panditur: modo in anguſtuꝫ coartatur. Et aut in cornua ſummata: media parte curuatur: aut tecta fronte explicatur. Vis illi vtiq̄ ordinatus eſt: eadem eſt & voluntas pro eiſdem partibus ſtandi. Ita diffinitio ſummi boni alias diffundi poteſt & porrigi: alias colligi: & in ſe cogi. Idem vtiq̄ erit ſi dixero: Summum bonum eſt animos fortuita deſpiciens: virtute lætus: aut inuicta vis animi: perita rerum placida in actu: cum humanitate multa: & conuerſantium cura. Libet itaqꝫ diffinire vt beatū dicamus hominem illum: cui nullum bonum malūqꝫ ſit: niſi bonus maluſq̄ animus. Honeſti cultor: virtute contentus: quem non extollunt fortuita nec frangunt: qui nullum maius bonum eo quod ſibi ipſe dare poteſt nouerit. cui natura voluntas erit voluptatum contentio. Licet ſi euagari velis idem in aliam atq̄ aliā faciem ſalua & integra poteſtate transferre. Quid enim prohibet nos beatum dicere liberum animum: & erectum: & interritum ac ſtabilem extra mœtum: extra cupiditatem poſitū Cui vnum bonum ſit honeſtas: vnum malum turpitudo? Cæteta vilis turba rerum. Nec detrahens quicq̄ beatæ vitæ: nec adijciens ſine actu ac detrimento ſummi boni veniens ac recedens. Hunc ita fundatum neceſſe eſt velit nolit: ſequatur hilaritas continua: & lætitia alta atq̄ ex alto veniēs. Vt quæ ſuis gaudeat: nec maiora domeſticis cupiat. Quid ni iſta periſſet bene cum ūmicis & friuolis & non perſeuerantibus corpuſculi motibus. Quo die infra voluptatem fuerit: & in dolore erit. Vides autem q̄ malam & noxiam ſeruitutem ſeruiturus ſit: quæ voluptates: doloreſq̄ incertiſſima diuina: impotentiſſimaqꝫ alterius poſſi debunt. Ergo exeundum ad libertatem eſt. Hanc non alia res tribuit q̄ fortunæ negligentia. Tum illud oritur inæſtimabile bonum: quies mentis in tuto collocare: & ſublimitas expulſiſqꝫ terroribus ex cognitione veri gaudium grande & immotum comitanſqꝫ & diffuſio animi quibus delectabitur non vt bonis: ſed vt ex bono ſuo ortis. Quoniam liberaliter agere cœpi: poteſt beatus dici qui nec cupit nec timet: beneficio rationis. Quoniā & ſaxa timore & triſtitia carent: nec minus pecudes. Non ideo tamen quiſq̄ fœlicia dixerit: quibus non eſt fœlicitatis intellectus. Eodem loco pone homines quos in numerū pecoruꝫ & animalium redegit hebes natura & ignoratio ſui. Nihil intereſt hos & illa. Quoniam illis nulla ratio eſt. His prauæ: & malo ſuo atq̄ in peruerſuꝫ ſolers. Beatus enim nemo dici poteſt extra veritatē proiectus. Beata ergo vita eſt in recto certoq̄ iudicio ſtabilita & immutabilis. Tunc enim pura mens eſt: & ſoluta omnibus malis: cum non tantū laceratiōes ſed etiā vellicatiōes effugerit ſtatura ſemp vbi conſtitit: ac ſedem ſuam etiā irata & infeſtāte fortuna vendicatura. Nam quod ad voluptatē pertinet licet circūfundatur vndiq̄ per oēs vias influat: animūqꝫ blandimentis ſuis leniat. Alia quæ ex alijs admoueat. Quibus totaſq̄ partes noſtri ſollicitēt? Quis mortaliū cui vllū ſupereſt nullū hominis veſtigiū: per diem noctemqꝫ titillari velit: & deſerto alio corpori operā dare. Sed & animus quoqꝫ inquit voluptates habebit ſuas. Habeat ſane ſedeatqꝫ luxuriæ & voluptatum arbiter impleat ſe oībus eis quæ oblectare ſenſus ſolent. Deinde præterita reſpiciat & exoletaq̄ voluptatum memor exultet præſentibus: futuriſqꝫ iam immineat. Ac ſpes ordinet ſuas. Et dū corpus in

præsenti sagina iacet: cogitationes ad futura præmittat. Hoc mihi videtur miserior: quoniam mala pro bonis amplecti dementia est. Nec sanitate quisq; beatus est: nec sanus cui futura pro optimis appetuntur. Beatus est ergo iudicij rectus. Beatus est præsentib⁹ qualiacunq; sunt contentus amicusq; rebus suis. Beatus is cui omnem habitum rerū suarū ratio commendat. Videant 7 in illis qui summum bonum dixerunt: q̄ turpi illud loco posuerint. Itaq; negant posse voluptatem 7 a virtute deduci: 7 aiunt nec honeste quenq̄ viure: vt non iucunde: vt non honeste quoq;. Non video quomodo ista diuersa in eandē copulam coīciantur. Quid est oro vos cur separari voluptas a virtute non possit: videlicet quod omne bonis ex virtute principiū est. Ex huius radicibus etiaz ea quæ vos 7 amatis 7 expeditis oriuntur. Sed si ista indiscreta essent non videremus: quædam iucunda 7 honesta. Quædam vo honestissima sed aspera: per dolores exigēda. Adūce nunc q voluptas etiā ad vitam turpissimam venit. At virtus malā vitam non admittit. Et infœlices quidā non sine voluptate immo ab ipsa voluptate sunt: quod nō eueniret si virtuti se voluptas immiscuisset. Curia virtus sæpe caret nunq̄ indiget. Quid dissimilia immo diuersa cōpositis. Altum quiddam est virtus excelsuz 7 regale: inuictum: infatigabile. Voluptas: humile: seruile: imbecillum: caducum: cuius statio ac domicilium fornices 7 popinæ sunt. Virtutem in templo inuenies: in foro: in curia: pro muris stantem: puluerulentam: coloratam callosas habentem manus. Voluptatem lautantem sæpius: ac tenebras captantez. Circa balnea ac sudatoria: ac loca ædilem metuentia mollem eneruem. Nero atq; vnguēto madentem: pallidam ac fucatam: 7 medicamentis pollutam. Summū bonum immortale est nescit exire: nec satietatem habet: nec pœnitentiaz. Nunq̄ recta mens vertitur: nec sibi odio est nec quicq̄ mutauit: quia semp secuta est optima. At voluptas tunc cū maxime delectat extinguitur. Nec multum loci habet itaq; cito implet: 7 tedio est: 7 post primum impetum marcet. Nec id vnq̄ certum est: cuius in motu natura est. Ita non potest quidez vlla eius esse substantia quod venit transitue celerrime in ipso vsu sui periturum. Eo enim peruenit vbi desinit: 7 dum incipit spectat ad finē. Quid quod tam bonis q̄ malis voluptas inest. Nec minus turpes dedecus q̄ honestos egregia delectāt. Ideoq; præcæperūt veteres optimam sequi vitam: non iucūdissimam: vt rectæ ac bonæ voluptatis nō dux sed comes voluptas sit. Natura enim duce vtendum est. Hanc ratio obseruat: hanc consulit. Idem est ergo beate viuere 7 ꝑm naturam. Hoc quid sit iam aperiam: si corporis dotes 7 apta naturæ conseruabimus diligenter: 7 impauide tanq̄ in diem data 7 fugacia: si non subierimus eoz seruitutē: nec nos aliena possederint: si corpori grata 7 aduēticia eo nobis loco fuerint: quo sunt in castris auxilia 7 armatura leuis. Seruiāt ista nō imperēt. Ita demū vtilia sunt menti. Incorruptus vir sit externis 7 insuperabilis: miratorq; sui tantū fidens animo atq; in vtrunq̄ paratus artifex vitæ. Fiducia eius non sine scientia sit: nō sine constantia. Maneāt illi semel placida: nec vlla in decretis eius litura sit. Intelligitur etiā si nō adiacero cōpositū ordinatumq̄ fore talem virum: 7 in his quæ aget cū comitate magnificum erit vera ratio sensibus insita: 7 capiens inde principia. Nec enim habet alium vnde conetur. Aut vnde ad verum impetum capiat: 7 in se reuertatur. Nam mundus quoq; cūcta complectens: rectorq; vniuersi deus: in exteriora quidem tendit 7 redit. Idē nostra mens faciat cū secuta sensus suos per illos se ad externa porexit: 7 illoz 7 sui potēs sit. Hoc modo vna efficietur vis ac potestas concors sibi: 7 ratio illa certa nascetur: nō diffidens nec hæsitās in opinionibus comprehensionibusq;: nec in sua persuasione. Quæ cū se disponit: 7 partib⁹ suis consensit: 7 vt ita dicā concinit: summum bonum tetigit. Nihil enim praui: nihil subiti supererit: nihil in quo arietet aut labet. Omnia faciet ex imperio suo. Nihilq; inopinatū faciet. Sed quicquid aget in bonum exibit facile 7 parate: 7 sine tergiuersatione agentis. Nā pigricia 7 hæsitatio pugnam 7 inconstantiā ostendit. Quare audacter licet profitearis summum bonum esse animi concordiam. Virtutes enim ibi esse debebunt: vbi consensus atq; vnitas erit. Discident vicia: sed tu quoq; inquis virtutē non ob aliud colis q̄ quia aliquā ex illa speras voluptatē. Primum vo si voluptatem præstatura virtus est: ideo ꝓpter hāc petitur. Non enim hanc præstat: sed nec huic laborat. Sed labor eius cuius aliud petat: hoc quoq; assequetur. Sicut in auro quod segeti prodisum est aliqui flores internascuntur. Nō tamen hic herbulæ cuius delectet oculos tantum operis in sumptum est. Aliud fuit serēti

proposituꝫ. Hoc superuenit. Sic voluptas non est merces: nec causa virtutis: sed accessio Nec quia delectat placet: sed quia placet delectat. Summum bonum in ipso iudicio est: & habitu optimæ mentis: quæ cum sinum impleuit: & finibus se suis cinxit. Consummatus est summum bonus: nec quicq̃ amplius desiderat. Nihil est extra totum non magis q̃ vltra finem. Itaq̃ erras cum interrogas quid sit illud propter quod virtutem petam. Quæris enim aliquid supra summum. Interrogas quid petam extra virtutem ipsam. Nihil enī habet melius: ipsa pretium sui est. An hoc parum magnum est. Cum tibi dicam summū bonum est infragibilis animi rigor: & prouidentia: subtilitas: sanitas: & libertas: concordia: & decor. Aliquid etiam nunc exigis maius ad quod ista referuntur: quid mihi voluptatem nominas hominis bonum. Quæro non ventris: qui pecudibus ac bruis laxior est. Dissimulas nūquid quid a me dicatur. Ego enim nego quenq̃ posse iucūde viuere: nisi simul & honeste viuat. Quod non potest mutis contingere animalibus: nec bonum suum cibo metientibus. Clare inquā ac palam testor hanc vitam quam ego iucundam voco: nō sine adiecta virtute contingere. At quisquis ignorat plenissimos esse voluptatibus vestris stultissimos: & nequiciam abundare iucundis: animumq̃ ipsum non tantum genera voluptatis praua: sed multa suggerere. Imprimis insolentiam & nimiam æstimationem sui: tumoremq̃ elatum super cæteros: & amorem rerum suarum: cæcum & improuidum. Delicias fluentes ex minimis ac puerilibus causis exultationem iam dicacitatem & loquacitatem: ac superbiam contumelijs gaudentem: desidiam: dissolutionemq̃ segnis animi indormientis sibi. Hæc omnia virtus discutit: & aurem pertellit: & voluptates æstimat antecq̃ admittat nec quas probauit magnipendit. Vtiq̃ enim admittit: nec vsu earum: sed temperantia læta est. Temperantia autem cum voluptates minuat summi boni iniuria est. Tu voluptatē complecteris: ego compesco. Tu voluptate frueris: ego vtor. Tu illam summū bonum putas: ego nec bonum. Tu omnia voluptatis causa facis: ego nihil. Cum dico me nihil voluptatis causa facere: de illo loquor sapiente: cui soli concedis voluptatem. Non voco autem sapientem supra quem quicq̃ est: neduz voluptas. at qui ab hac occupatus: quomodo resistet labori ac periculo: ægestati: & tot humanam vitam circūstrepentibus minis. Quomodo cōspectū mortis: quomodo doloris feret: quomodo mūdi fragores: & acerrimo q̃ hostiū tam molli aduersario victus. Quicquid voluptas suaserit faciet. Age: non vides q̃ multa suasura sit. Nihil inquis poterit suadere turpiter: quia adiūcta virtuti est. Non tu vides iterum quale sit summum bonum: cui custode opus est: vt bonum sit. Virtus autem quomodo voluptatem reget: quam sequatur. cum sequi parentis sit: regere imperātis. At tergo ponis quod imperat. Egregium autem virtutis apud nos officium voluptates præstare. Sed videbimus an apud quos tā contumelioſe tractata virtus est: adhuc virtus sit: quæ habere nomen suum non potest si loco cessit. Interim de quo agitur multos ostendam voluptatibus obsessos: in quos fortuna omnia munera sua effudit: quos fatearis necesse est malos. Aspice Momentaneum & Rapicium: terrarum ac maris vt isti vocant bona cōquerentes: & super mensam recognoscentes omnium generum animalia. Vide hos eosdem esuccessuros: expectantes popinam suam: aures vocum sono spectaculis oculos. Saporib⁹ palatum suum delectantes: mollibus lenibusq̃ fomentis: totum lacessitur eorum corpus. Et ne nares interim cessent: odoribus varijs inficitur locus ipse: in quo luxuriæ parentat. Hos esse in voluptatibus vices: nec tantum illis bene erit: quia non bono gaudent. Male inquit illis erit: quia multa interuenunt quæ perturbant animum. Et opiniones inter se contrariæ mentem inquietabunt. Quod ita esse concedo. Sed nihilominus illi ipsi stulti: & inæquales: & sub ictu pœnitentiæ positi: magnas percipiunt voluptates. Vt fatendum sit tam longinquum illos ab omni molestia abesse: q̃ a bona mente. Et quod plærisq̃ contingit bilarem insaniam: insanire ac per risum furere. At contra sapientium remissæ voluptates & modestæ: ac pene languidæ sunt cōpressæq̃: & vix notabiles. Vt quæ neq̃ accersite veniant: nec q̃uis per se accesserint in bonorem sint. Neq̃ vllo gaudio percipientium exceptæ. Nascent enī illas: & interponūt vitæ: vt ludum locumq̃ inter seria. Desinant ergo inconuenientia iungere: & virtuti voluptatem implicare. Per quod vicium pessimis quibuscunq̃ adulantur. Ille effusus in voluptates: ac vagabundus semper atq̃ ebrius: quia scit se cum voluptate viuere credit & cum virtute. audit enim voluptatem a virtute separi

non posse. Deinde vicijs suis sapientiam inscribit: & abscondenda profitetur. Itaq; nō ab Epicuro repulsi luxuriantur: sed vicijs dediti luxuriam suam in philosopiæ sinu abscōderunt. Et eo concurrunt: vbi audiant laudari voluptatem. Nec æstimabitur voluptas illa Epicuri. Ita mehercule enī sentio q̄ sobria ac sicca sint: sed ad nomen ipsum aduolant: quærentes libidinibus suis patrocinium aliquod ac velamentum. Itaq; quod vnuz habebāt in malis bonum perdunt peccandi verecundiam. Laudant etenim ea quibus erubescebant & vicio gloriantur. Ideoq; ne resurgere quidem adolescentiæ licet honestus turpi desidiæ titulus accessit. Hæc est cur ista voluptatis laudatio perniciosa sit: quia honesta præcepta intra latent quod corrupit: apparet in ea quidem ipsa sententia. Sunt inuitis hæc nostris popularibus dicam. Sancta Epicuruz & recta præcipere: & si propius accesseris tristia. Voluptas enim illa ad pronum & exile reuocatur. Et quam nos virtuti legem dicimus: eam ille dicit voluptati. Jubet illam parere naturæ. Parum est autem luxuriæ: quod naturæ satis est. Quid ergo est ille quisquis desidiosum ocium: & gulæ ac libidinis vices fœlicitatem vocat? Bonum malæ rei quærit auctorem: & duz ille venit blando nomine inductus: sequitur voluptatem: non quam audit: sed quam attulit. Et vicia sua cum cœpit putare similia præceptis: indulget illis: non timide nec obscure luxuriatur: etiam inde peracto capite. Itaq; non dico quod plærisq; nostrorum sectam Epicuri flagitiorum magistram esse. Sed illud dico male audit. Infans est: & immerito hoc scire quisq; potest: nisi interius admiserit. Frōs ipsa dat locū fabulæ: & ad malā spem irritat. Hoc tale est: quale vir fortis stola indut⁹. Cōstāte tibi pudicitia veritas salua est. Nulli corp⁹ tuū patiētiæ vacat: sed in'manu tympanū est. Titulus itaq; honestus eligatur: & inscriptio ipsa excitans animū ī quē statim venerunt vicia. Quisquis ad virtutem accessit: dedit generose indolis spem. Qui voluptatem sequitur videtur eneruis: fractus: degenerans vir peruenturus in turpia: nisi aliquis distinxerit illi voluptates. Vt sciat quæ ex eis intra naturale desiderijū desistant: quæ præceps ferantur: infinitæq; sint: & quo magis implentur: eo magis inexplebiles. Agedū virtus antecedat: tutum erit omne vestigium: & voluptas nocet nimia. in virtute non est verendum: ne quid nimium sit: quia in ipsa est modus. Non est bonum quod magnitudine laborat sua: rationabilē porro fortitus naturā: quæ meli⁹ res q̄ ratio proponit. Et si placet illa iunctura. Si hoc placet scilicet ad beatā vitā ire comitatu. Virtus antecedat: comitet voluptas: & circa corpus vt vmbra versetur. Virtutem quidem excellentissimam omniuz voluptati tradidere ancillam. Nihil magnum animo capientis est. Prima virtus ad hæc ferat signa. Habebimus nihilominus voluptatem: si domini eius & temperatores erimus Aliquid nos exorabit: nihil coget. At hi qui voluptati tradidere principia vtroq; carere Virtutem enim amittunt. Cæterum non ipsi voluptatē: sed ipsos voluptas haberet. Cuius aut inopia torquentur: aut copia strangulantur. Miseri si deserūtur ab illa: miseriores si obruūtur. Sicut deprehensi mari syrtico: modo in sicco relinquūtur: modo torrēte vnda fluctuantur. Euenit autem hoc nimia intemperantia: & amore cæcæ rei. Naz mala p̄ bonis petenti periculosum est assequi. Vt feras cum labore: periculoq; venamur: & captarū quoq; illarum sollicita possessio est. Sæpe enim laniant dominos. Ita habentes magnas voluptates in magnum malum euasere captasq; cœpere. Quæ quo plures maioresq; sunt: eo ille minor. Ac plurimum seruus est: quem fœlicem vulgus appellat. Permanere licet in hanc etiam nunc huius rei imaginem. quemadmodum qui bestiarū cubicula indagat: & laqueo captare feras magno æstimat: & laceratas canibus circundare: intus vt illaruz vestigia præmat: potiora deserit: multisq; officijs renunciat. Ita qui sectatur voluptatem: omnia postponit: & primā libertatez negligit: ac pro ventre dependet. Nec voluptates sibi emit: sed se voluptatibus vendit. Quid tamen inquit prohibet inunū virtutē voluptatēq; cōfundi: & ita effici summū bonū. Idem & honestū & iucundus sit. Quia pars honesti non potest esse nisi honestum & iucundū sit. Nec summū bonum habebit synceritatez suam: si aliquid in se viderit dissimile meliori. Nec gaudium quidem quod ex virtute oritur cuius bonum sit: absoluti tamen boni pars est: nō magis q̄ lætitiæ tranquillitas: cuius ex pulcherrimis causis nascantur. Sunt enim ista bona: sed consequentia summum bonum non consummantia. Qui vo voluptatis veritatisq; societatē facit: & ne ex æquo quidem fragilitate alteri⁹ boni

quicquid in altero vigoris est hæc ætat: libertatemq; illa voluptas. Ita demum si nihil se pretiosius nouit in vitam sub iugum mittit. Nanq; quod maxima seruitus est: incipit illi opus esse fortuna. Sequitur vita anxia: suspiciosa: trepida: casum pariens. Temporũ suspensa momenta sunt. Non das virtutis fundamentum: graue: immobile: sed iubes illam in loco volubili stare. Quid autem tam volubile est q̃ fortuitorum expectatio: & corporis rumq; corpus afficientium varietas. Quomodo hic potest deo parere: & quicquid euenit bono animo excipere. Nec de fato queritur casum suorum benignus interpres: si ad voluptatum dolorumq; punctiunculas concitatur. Sed nec patriæ quidem bonus tutor: aut vindex est: nec amicorum propugnator: si ad voluptates verget. Illo ergo summũ bonum ascẽdat: vnde nulla vi detrahitur: quo neq; dolori: neq; spei: nec timori sit aditus. Nec vlli rei quæ deterius summi boni ius faciat. Ascendere autez illo sola virtus potest. Illius gradu diuus iste frangẽdus est. Illa virtus fortiter stabit: & quicquid euenerit feret: nõ patiẽs tantum: sed etiam volens. Omnemq; temporum difficultatem scaet legem esse naturæ. Et vt bonus miles feret vulnera: enumerabit cicatrices: & transuerberatus telis: morientes amabit eum: pro quo cadet Imperatorem. Habebit in animo illud vetus præceptum: deum sequere. Quisquis autem cogitur: queritur: & plorat: & gemit imperata facere: vi cogitur. & inuitus rapitur ad iussa nihilominus. Quæ autem dementia est potius trahi q̃ sequi. Tã mehercule q̃ stultitia & ignorantia conditionis est suæ dolere: quod est aliquid tibi. Aut incidit durius æque mirari: vel indigne ferre ea quæ tam bonis accidunt q̃ malis. Morbos dico: funera: debilitas: & cætera ex transuerso in vitam humanam concurrentia. Quicquid ex vniuersa constitutione patiendum est: magno visu eripiatur animo. Ad hoc sacramentum adacti sumus: ferre mortalia: nec perturbari bis quæ vitare nostræ potestatis nõ est. In regno nati sumus: deo parere libertas est. Ergo in virtute posita est vera fœlicitas. Quid hæc tibi virtus suadebit. Ne quid aut bonuz aut maluz existimes. Quod nec virtute nec malicia contingeret. Deinde vt sis immobilis: & cõtra malũ ex bono: vt qua phas est deum effingas. Quid tibi pro hac expeditione promittitur. Ingenua & æqua diuinis. Nihil cogeris: nullo indigebis: liber eris: tutus: indẽnis. Nihil frustra tentabis: nihil prohiberis. Omnia tibi ex sententia cedent. Nihil aduersum accidet. Nihil contra opinionez ac voluntatem. Quid ergo? virtus ad viuendum beate sufficit perfecta illa & diuina. Quid ni sufficiat immo superfluat. Quid enim deesse potest extra desiderium omniũ posito? quid extrinsecus opus est ei qui omnia sua in se collegit? Sed ei qui ad virtutem tendit: etiaz si multum processit: opus est eniz aliqua fortunæ indulgentia. Adhuc inter humana luctãtur dum nodum illum exoluit: & omne vinculum mortale. Quid ergo interest q̃ a me alligati sunt: alij astricti: alij districti quoq;. Hic qui ad superiora progressus est: & se altius extulit: laxam cathẽnam trahit: nondum liberziam tamen pro illo libero. Si quis itaq; ex istis qui philosophiam conlatrant: quod solent dixerint. Quare ergo tu fortius loqueris q̃ viuis Quare ex superiori verba sumitis: & ad pecuniam necessariam tibi instrumentuz existimas & damno moueris: & lachrymas iũgis audita: aut anima morte dimittis: & respicis famã & malignis sermonibus tangeris? Quare cultius rus tibi est q̃ naturalis vsus desiderat. Cur non ad præscriptum tuum cœnas? Cur tibi nitidior supellex est? Cur apud te vinũ ætate tua vetustius bibitur? Cur autem domus disponitur? Cur arbores præter vmbraz nihil daturæ conseruantur? Quare vxor tua locupletis domus censum auribus gerit? Quare pædagogus preciosa veste succingit? Quare ars est apud te ministrare: nec temere: & vt liber collocatur argẽtum: si perite seruatur: & aliquis est scindendi obsonij magister? Adijce si vis cur trans mare possides. Cur plura q̃ nosti turpiter: aut tam negligens es: vt non noueris pauculos seruos. Aut tam luxuriosus vt plures habeas q̃ quoruz notitia memoriæ sufficiat. Adiuuabo postmodum conuicia: & plura mihi q̃ putas obijciam. Nunc hoc respondeo tibi non tanq̃ sapiens solum: sed vt maliuolentiam tuam pascã. Nec erro. Exigo itaq; a me vt non optimis par sim: sed vt malis melior. Hoc mihi satis est: quotidie aliquid ex vicijs meis demere: & errores meos obiurgare. Non peruenI ad sanitatem: ne veniaz quidẽ delinimenta magis q̃ remedia podagræ meæ compono: contentus si rarius accidit: & si minus vera minatur. Pestris quidem pedibus comparatus debilis cursor sum. Hæc pro me

non loquor. Ego enim in alto viciorū omniū sum: sed pro illo cui aliquid apti est. Aliter inquit loqueris. Aliter viuis. Hoc per malignissima capita: & optimo cuiq; inimicissima. Platoni obiectū est. Obiectum Epicuro. Obiectum Zenoni. Omnes enim isti dicebāt non quemadmodum ipsi vixerunt: sed quemadmodum ipsis viuendum esset. De virtute non de me loquor. Et cum vicijs conuicium facio. In primis meis facio: cum potuero viuā quomodo oportet. Nec malignitas me ista multo veneno contincta deterrebit ab optimis. Nec virtus quidem istud quo alios spargitis: quo vos necatis me impediet quo minus perseuerem laudare vitam: non quam ago: sed quam agendam scio: quo minus virtutem adorem. & ex interuallo ingenti reptabundus sequar. Expectabo scilicet vt quicq; maliuolē tiæ inuiolatum sit. Cui Cæsar nec Rutilius fuit: nec Cato. Cur & aliquis non istis diues mimis videatur: quibus Demetrius cynicus parum pauper est. Virum acerrimum & contra omnia naturæ desideria pugnantem. Hunc pauperiorem q̄ cæteros cynicos: q̄ cui sibi interdixerit habere interdixit & poscere. Negant satis ægere. Vides enī non virtutis scientiā sed ægestatis professus est. Diodorum Epicurum philosophum: qui intra paucos dies finem vitæ suæ manu sua imposuit. Negant ex decreto Epicuri fecisse quod sibi gulam præsciuit. Alij dementiam videri volunt factum hoc eius: alij temeritatem. Ille interim beatus ac plenus bona conscientia reddidit sibi testimonium. Præcedens vita laudabitq; eius ætatis in portu: & ad hanc bonam vitæ actæ quietem: & dixit q̄ vos inuidi audistis quasi vobis quoq; faciendum sit. Vixi: & quem decerat cursum fortuna perægi. De alterius vita: de alterius morte disputatis: & ad nomem magnorum ob aliquam eximiam laudez virorum: sicut ad occursum ignotorum hominum minuti canes latratis. Expedit enim vobis neminem videri bonum: quasi aliena virtus exprobatio delictorum omnium sit. Inuidi splendida cum sordibus vestris confertis. Nec intelligitis quanto id vestro detrimento auditis. Nam si illi qui virtutem sequūtur: auari: libidinosi: ambitiosiq; sunt. Quid vos estis quib⁹ ipsum nomē virtutis odio est? Quid miruz cū loquant? forma ingentia omnes humanas tempestates euadētia: cum refigere se crucibus conentur: in quas vnusquisq; vestrum dauos suos ipse adijcit. Ad supplicium tamen acti stipitibus singulis pendent. Di qui in seipsis animum aduertunt quot cupiditatibus tot crucibus distrahuntur: aut maledicta in alienam contumeliam venusti sunt. Crederem illis hoc vagare nisi quidā ex patibulo suos spectatores conspuerunt. Non præstant philosophi quæ loquuntur: multuz tamē præstant quod loquuntur quod honesta mente concipiunt. Nam quidem si & paria dictis agerent: quid esset illis beatius? Interim non est quod contemnas bona verba: & bonis cogitationibus plena præcordia. Studiorum salutarium: etiam citra affectum laudanda tractatio est. Quid mirum si non ascendunt in altum ardua aggressi? sed virtures suscipe: etiā si decidunt. Magna conantis generosa res est respicere non ad suas: sed ad naturæ suæ vires conari alta tentare: & mente maiora concipere q̄ etiam ingenti animo adornatis effici possunt. Quis sibi proposuit hæc? Ego morte eodē vultu audiam quo iubebo & videbo. Ego laboribus quanticunq; illi erunt parebo: animo fulciens corpus. Ego diuitias & præsentes & absentesq; contemnam. Nec si alicubi iacebunt tristor: nec si circa me fulgebūt animo ducor. Ego fortunam nec venientem sentiam: nec recedeneem. Ego terras omnes tāq; meas videbo: meas tanq; omnium. Ego sic viuam: quasi sciam alijs me natum: & naturæ rerum hoc nomine gratias agamus. Quo enim melius genere negocium meum agere potuit. vnuz me donauit omnibus: vni mihi omnes. Quicquid habebo: nec sordide custodiam: nec prodige spargam. Nihil magis possidere me credam q̄ bene donata non numero: nec pondero beneficia: nec vlla nisi accipientis æstimatione perpendam. Nunq; id mihi multum erit quod dignus accipiet. Nihil opinionis causa omnia conscientiæ faciā: populo spectante fieri credam quicquid mihi consciо faciam. Edendi erit: bibendiq; finis. desideria naturæ restringere: non implere aluum & exinanire. Ego amicis iucundus: inimicis mitis & facilis exorabor. Ante q̄ cogor honestis precibus occurram. Patriam meam esse mundum sciam: & præsidere hos deos supra me: circa quæ me stare factorum dictorūq; censores. Quandocunq; autem natura spiritum repetet: aut ratio dimittet: testatus exibo: bonam me conscientiam amasse: bona studia: nullius per me libertatem

diminutam: a nemine meam. Qui hoc facere proponi volet tentabit: ad deos iter faciet Nec ille etiam si non tenuerit: magnis tamen excidit causis. Vos quidem qui virtutem cultorem q3 eius odistis: nihil noui facitis. Nam 7 solem lumina ægra formidant: 7 aduersantur: eundem splendidum nocturna animalia: quæ ad primum eius ortum stupent: 7 latibula sua passim petunt: abducuntur in aliquas rimas timida lucis. Gemite 7 infœlicē linguam bonorum exercete conuicio. Instate commordete citius multo frangetis dentes q̄ imprimetis. Quare ille philosophiæ studiosus est: 7 tam diues vitam agit? Quare opes contemnendas dicit: 7 habet. vitam contemnendam putat: 7 tamen viuit? Valitudinem contemnendam: 7 tamen illam diligentissime tuetur: atq3 optimam mauult? Et exilium nomen vanum putat. 7 ait: quid est enim mali mutare regiones: 7 tamen senilis senescit in patria? Et inter longius tempus 7 breuius nihil interesse iudicat. Tamen si nihil prohibet extendit ætatem: 7 in multa senectute placidus viuet. Et ista debere contēni: nōne habebat sed ne sollicitus habeat. Non abiget illa a se: sed abeunda securus prosequitur. Diuitias quidem vbi tutius fortuna deponet q̄ ibi: vnde sine querela reddētis recæptura est. Marcus Cato cum laudaret Curium 7 Corum canium: 7 sæculum illud in quo necessarium crimē erat. Paucæ argenti armillæ. Possidebat ipse quadragies sestertium minus sine dubio q̄ Crassus plus q̄ censorius Cato: maiore spacio si comparentur proauū vicerat q̄ a Crasso vinceretur. Et si maiores illi obuenissent opes: non sprexisset. Nec enim se sapiens indignū vllis muneribus fortuitis putat. Non amat diuitias: sed mauult. Non in animum illam gaçam: sed in domum recipit. Nec respuit possessas diuitias: sed continet. Et maiorem virtutis suæ materiam subministrari vult. Quid autem dubij est quin hæc maior materia sapienti viro sit: animum explicandi suum in diuitijs q̄ in paupertate. Cum in hac vnum genus virtuti sit: non inclinari: nec deprimi. In diuitijs 7 temperantia: 7 liberalitas: 7 diligentia: 7 dispositio: 7 magnificentia: campum habeat patentem. Non contemnet se sapiēs: etiā si fuerit minime staturæ: esse tamen se procerum vellet: 7 exilis corpore ac amisso oculo valebit: mallet tamen sibi corporis esse robur. Et hæc ita vt scias esse aliud in se valentius: mallam valitudinem tolerabit: bonam optabit. Quædam enim etiam si in summam rei parua sunt: vt 7 subduci sine ruina principalis boni possint: adijciunt tamen aliquid ad perpetuā lætitiam: 7 ex virtute nascentem. Sic illum afficiunt diuitiæ 7 exhilarant: vt nauigantem secundus 7 ferens ventus: vt dies bonus: 7 in bruma ac frigore apricus locus. Quis porro sapientium nostrorum dico: quibus vnum est bonum: virtus negat etiam hæc quæ indifferentia vocamus: habere in se aliquid precij: 7 alia alijs esse potiora. Quibusdam ex his tribuit aliquid honoris: quibusdam multis. Ne erres itaq3 intra potiora diuitiæ sunt Quid ergo inquis: me derides? cum eundem apud te locum habeant quem apud me. Vis scire quod non habeant eundem locum: mihi diuitiæ si affluxerint nihil auferent: nisi semetipsas. Stupebis 7 videbis tibi sine te relictus: si illæ a te recesserint. Apud me diuitiæ meæ sūt. Tu diuitiarū es. Desine ergo philosophis pecuniā interdicere. Nemo sapientiam paupertate damnauit. Habebit philosophus amplas opes: sed nulli detractas: nec alieno sanguine cruentas: sine cuiusq̄ iniuria partas: sine sordidis questibus: quarum tam honestus sit exitus q̄ introitus: quibus nemo ingemescat nisi malignus. Inquantum vis exaggerat illas honestæ sunt: in quibus cum multæ sint quas quisq̄ suas dicere: nihil est quod quisq̄ suum possit dicere. Ille vero fortunæ benignitatem a se non submouebit: 7 patrimonio per honesta quæsito: nec gloriabitur nec erubescet. Habebit tamen etiam quo glorietur: si aperta domo 7 admissa in res suas ciuitate poterit dicere quod q̄sq̄ agnouerit tollat. O magnum virum optime diuitem: si post hanc vocem tantundem habuerit ita dico si tuto 7 securus scrutationem populo præbuerit. Si nihil quisq̄ apud illum inuenerit quo manus iniciat audacter: 7 propalam erit diues. Si sapiens nullum denarium intra limen suum admittet male intrantem. Idem magnas opes munus fortunæ fructūq3 virtutis non repudiabit: nec excludet. Quid enim est quare illis bono loco inuideat. veniant hospitentur. Nec iactabit illas: nec abscondet. Alterum infrunitu animi est: alterum timidi: 7 pusilli velut magnum bonum intra suum continentis: nec vt dixi ejcietillas e domo. Quid enim dicet? Vtrum ne inutiles estis: an ego vn diuitijs nescio? Quemadmodū

qui pedibus suis poterit iter conficere: ascendere tamen vehiculum mallet. Sic pauper si poterit esse diues volet: & habebit itaq; opes sed tãq; leues & aduolaturas: nec vlli alij: nec sibi graues esse patietur. Quid donabit? erexistis aures. Quid expeditis sinum? Donabit autẽ bonis: aut eis quos facere poterit bonos. Donabit cuꝫ summo consilio dignissimos eliges vt qui meminerint tam expensorum q̃ acceptorum rationem esse reddendam. Donabit ex recta & probabili causa. Nam inter turpes iacturas malum munus est. Habebit sinum facilem: non perforatum ex quo multa exeant & nihil excidat. Errat si quis æstimat facilem rem esse donare. Plurimum ista res habet difficultatis: si modo consilio tribuit: nõ casu & impetu spargitur. Hunc promereor. Illi credo. Huic succurro. Huic misereor. Illum instruo. Dignum quem non deducat paupertas: nec occupatum teneat. Quibusdam non dabo q̃uis desit: quia etiam si dedero erit defecturum. Quibusdam offeram. Quibusdam etiaꝫ inculcabo. Non possum in hac re esse negligens: nunq̃ magis nomina facio q̃ cum dono. Quid tu inquis recepturus donas immo non perditurus. Eo loco sit donatio vnde repeti non debeat: reddi possit. Beneficium collocetur quemadmodum thesaurus alte obrutus: quem non eruas nisi fuerit necesse. Quid domus ipsa diuitis viri quantã habet benefaciendi materiam. Quis enim liberalitatem tantum ad togatos vocat hominibus prodesse naturam iubet: & serui liberiue sint: ibi ingenui an libertini iustæ libertatis: an inter amicos date. Quid refert vbicunq; homo est: ibi beneficio locus. Potest itaq; pecuniaꝫ intra limẽ suum diffundere: & liberalitatem exercere: quæ non quia liberis debetur: sed quia a libero animo proficiscatur: ita nominata est hæc apud sapientem. Nec vnq̃ in turpes indignosq; impingitur. Nec vnq̃ ita defatigata erit: vt non quotiens dignum inuenerit quasi ex pleno fluat. Non est ergo quod perperaꝫ exaudiatis: quæ honeste fortiter animose a studiosis sapientiæ dicuntur. Et hoc primum attendite. Aliud est studiosius sapientiæ. Aliud iam adeptus sapientiaꝫ. Ille tibi dicet optime loquor: sed adhuc inter mala voluptor plurima Non est q̃ me ad formulam meam exigas: cuꝫ maxime facio me & formo & ad exemplar ingenis attollo si processero quãcunq; proposui exige: vt dictis facta respondeant. Assectatus ꝓ humani boni summam aliter tecum aget. & dicet primum: Non est quod tibi permittas de melioribus ferre sententiam. Mihi iam quod argumẽtum est recti contingit malis displicere. Sed vt tibi rationem reddam quam nulli mortalium inuideo. Audi quod promittam & quanti quenq; æstimem. Diuitias nego bonum esse. nam si essent bonæ bonos facerent. Nunc quod apud malos deprehenditur dici bonuꝫ non potest. Hoc illis nomen nego. Cæterum & habendas esse & vtiles & magnas: cõmoda vitæ conferentes fateor. Quid ergo est? quare illas non in bonis numerem. Et quid ni illis præstem aliud q̃ vos quoniam inter vtrosq; conuenit habendas audire. Pone in opulentissima me domo. Pone aurum argentumq; in promiscuo vsu sit. Non suspiciam me ob ista quæ etiam si apud me: extra me tamen sunt. In sublicĩ pontẽ me transfer: & inter gentes abige. Non ideo tamen me despiciam q̃ in illorum numero consedeo: qui manum ad stipem porrigunt. Quid enim ad rem: an frustum panis desit: cui non deest mori posse? Quid ergo est bonum illaꝫ splendidam malo q̃ potentem. Pone in instrumentis splendentibus: & delicato apparatu nihilo me fœliciorem credam: quod mihi male erit amiculuꝫ: quod purpura cõuiuis meis substernetur. Malam magnam meam: nihilo miserius ero: si lapsa ceruix mea in manipulo fœni acquiescet: si super circense tormentum per sarcinas veteris lintei effluens incubabo Quid ergo est? malo quid mihi animi sit ostẽdere præextatus & candidatus q̃ nudis scapulis: aut sententijs omnes mihi ex voto decidant. Nouæ gratulationes prioribus subtexantur: non ob hoc mihi placebo. Muta in contrarium banc indulgentiam temporis: hinc illinc percutiatur animus. Damno luctu: incursionibus varijs. Nulla horã sine querela sit. non ideo me dicam inter miserrima miserum. Non ideo aliquẽ execrabor: diẽ. proiisum est enim a me ne quis mihi alter dies esset. Quid ergo est? Malo gaudia temperare q̃ dolores compescere. Hoc tibi ille Socrates dicet. Fac me victorẽ vniuersæ gentiũ. Delicatus ille liberi currus cuius triũphantem vsq; ad thebas a solis ortu vehat iura Reges penatũ petant. Me hominẽ maxime cogitabo: cũ de his vndiq; cõsultabor. Huic tã sublimi fastigio coiungere protinus præcipitẽ mutationẽ alienã imponã. Fericulũ exornatur? victoris superbi ac feri pompã: non humilior sub alieno curru agar q̃ in meo steterã. Quid

ergo est? vincere tamen q̄ capi malo. Totum fortunæ regnum despiciam: sed ex illo si dabit̄ electio: meliora sumam. Quicquid ad me venerit bonum fiet: sed malo faciliora ac iucūdiora veniant: & minus vexatura tractantem. Non est enim q̄ æstimes vllam sine labore virtutem. Sed quædam virtutes stimulis: quædam frænis egent. Quemadmodum corpus in procliuo retineri debet: animus in ardua impelli. Ita quædam virtutes in procliui sunt: quædam diuum subeunt. In dubium sit quin ascendat nitatur obluctetur patientia fortitudo: perseuerantia: & quæcunq̄ alia. duris opposita virtus est: & fortunam subigit. Quid ergo non æque manifestum est per deuexum ire: liberalitatem: temperantiam: manſuetudinem. In his continemus animum ne prolabatur. In illis exhortamur: incitamusq̄ acerrimis. Ergo paupertati adhibebimus illas: quæ impugnate fiunt fortiores: diuitijs illas diligentiores: quæ suspensum gradum ponunt: & pondus suum sustinent. Cum hoc ita diuisum sit: malo has in vsu mihi esse quæ exercende tranquillius sint: q̄ ea quarum experimentū sanguis & pudor est. Ergo non ego inquit aliter sapiens viuo q̄ loquor: sed vos aliter audistis. Sonus tantūmodo verborum ad aures vestras peruenit. Quid significet non quæritis? Quid ergo inter me stultum & te sapientem interest? Si vterq̄ habere volumus plurimum. Diuitiæ autem apud sapientem viruz in seruitute sunt: apud stultum in imperio. Sapiens diuitijs nihil permittit. vobis diuitiæ omnia. Vos tāq̄ aliquis vobis æternam possessionem earum promiserit: assuescitis illis & hæretis. sapiens tunc paupertatē præcipue meditatur: cum in mediis diuitijs constitit. Nunq̄ Imperator ita paci credit: vt non se præparet bello: quod etiam si non geritur indictum est. Vos domus formosa: tāq̄ nec ardere nec ruere possit. Insolentes vos opes tanq̄ periculum omne trascēderint: maiores q̄ sint nobis q̄ quibus consummendis satis viriū habet fortuna obstupefaciūt. Odiosi diuitijs luditis nec prouidetis illarum periculum: sicut barbari plærumq̄ inclusi: & ignari machinarum segnes laborem obsidentium spectent: nec quo illa pertingenda quæ ex lōgin quo instruuntur intelligunt. Idem nobis euenit. Marcetis in vestris rebus: nec cogitans quot casus vndiq̄ immineant. Iamiamq̄ preciosa spolia laturo sapienti quisquis abstulerit diuitias: omnia illi sua relinquet. Viuit enim præsentibus lætus: futuris secur⁹. Nihil magis facit ille inquit: aut aliquis alius cui idem ius aduersus humana: atq̄ eadem potestas est. Persuasi mihi quam ne ad opiniones vestras actum vitæ meæ flecterem: solita conferre vndiq̄ verba: non conuiciari vos putabo: sed vagire velut infantes miserrimos: hæc dicet ille cui sapientia contingit: quem animus vicioruz immunis increpare alios: nō quia odit: sed in remedium iubet. Adijciet his illa æstimatio me vestra non meo nomine: sed vestro monet. Quia calamitas est odisse: & lacessere virtutē bonæspei cuitatio est. Nullā mihi iniuriā facitis: sed ne quidē dijs hi qui aras euertunt: sed malum propositū apparet: malumq̄ consilium: etiam vbi nocere non potuit. Sic vestras alucinationes fero quemadmodum Iuppiter optimus: maximus: ineptias poetarum: quorum alius illi alas imposuit. Alius cornua. Alius adulterinum illum indixerit: & obnotantem. Alius sæuum in deos. Alius iniquū in homines. Alius raptorem ingenuorum corruptorem: & cognatoruz quidem. Alius patricidam: & regni alieni paterniq̄ expugnatorem. Quibus nihil aliud actum est q̄ vt pudor hominibus peccandi demereretur: si tales credidissent. Sed q̄q̄ ista me nihil lædant: vestra tamen vos moneo causa: suspicite virtutem. Credite his qui illam diu secuti: magnum quiddam ipsos: & quod in diem magnus appareat: sequi clamant. Et ipsam vt deos & professores eius & antistites colite: & quotiens mentio sacrarum litterarum interuenerit fauete linguis. Hoc verbum non vt plæriq̄ existimant: a fauore trahitur: sed imperatur silentiū: vt rite peragi possit sacrum: nulla voce mala obstrepente. Quod multo magis necessarium est imperari vobis: vt quotiens aliquid ex illo profertur oraculo intēti & cōpressa voce audiatis. Cum sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur: cum aliqs secandi lacertos suos: artifex brachia atq̄ humeros: suspensa manu cruentat. Cum aliqua genibus per viam reperiens vlulat. laurumq̄ linteatus senex: & medio lucernā die perferēs conclamat: iratū aliquem deorum concurretis & auditis: ac diuinuz esse eum inuicē mutuō alentes stuporem affirmatis: ecce socer ex illo carcere: quē intrando purgauit. Omniq̄ honestiorem cura reddidit proclamat. Quis iste furor? quæ ista inimica dijs hominibusq̄ natura infamare virtutes: & malignis sermonibus sancta violare. Si potestis bonos laudate:

si minus transite. quod si vobis exercere tecum istam licentiā placet: alter in alterū incursi/
tate. Nam cū in cœlum insanitis: nō dico sacrilegiū facitis: sed operā perditis. Præbui ego
aliquando aristophani materiā iocorum: tota illa comicorū poetarū manus in me venena/
tos: sales suos effudit. Illustrata est manus mea: p ea ipsa per quæ petebat. Produci enim
illi & tentari expedit. Nec vlli magis intelligunt quanta sit cōp qui vires eius lacessendo sen
serunt. Duricia silicis nulli magis cōp ferientibus nota est. Præbeo me non aliter cōp rupes
aliqua in vadoso mari destituta: quā fluctus nō desinūt vndecūq; moti sunt verberare. nec
ideo aut loco eā mouent: aut per tot ætates crebro incursu suo consūmūt. At silice facite im/
petū feriēdo vos: vnicā in ea quæ firma & exuperabilia sunt quicq̄d incurrit. In malo suo
vim suā exercet: qui firma & insuperabilia aggredit. Proinde quærite aliquē mollem cædē
temq; materiā in qua tela vestra figant. Vobis autē vacat aliena scrutari mala: & sentētias
ferre de quocūp. Quare hic philosophus lapsius habitat. Quare hic lautius cœnat. Papu
las obseruatis alienas obsiti plurimis vlceribus. Hoc tale est quale si quis pulcherrimorū
corpor neruos: aut verrucas derideat: quā vera scabies depascit. Obijcite Platoni q petie
rit pecuniā. Aristoteli q acceperit. Democrito q neglexerit. Epicuro q cōsumpserit: mihi
ipsi alibi: & se & pediū obiectare. O vos vsu maxime fœlices: cum primū vobis imitari vi/
cia vestra contigerit: quin potius mala vestra circūspicitis: quæ vos ab omni parte confo/
diunt. Illia crassantia extrinsecus. Illia in visceribus ipsis ardentia. Non eo loco res hu/
manæ sunt: etiā si statum vestr parū nostis: & vobis tantum ocius supersunt: vt in probra
melior agitare: lingua vacet. Hæc vos nō intelligitis: & alienū fortūæ vestræ vultū geritis
Sic plurimis quibus in Circo aut in theatro desidentib⁹: iam funesta domus est. Nec an/
nunciatū malū. At ego ex alto prospiciens: video quæ tēpestates: aut imineāt vobis pau/
lo tardius ruptur in crebrū suum: aut tam vicine vt vos ac vestra ruptur propius acces
serint. Quid porro nōne hunc quoq; etiā si parum sentitis turbo quidā aio nostros rotat:
& inuoluit fugientes: petēteq; eadē. Et nunc in sublime alleuatos: nunc in infima allisos
rapit. Cur nobis magno cōsensu vicia cōmendant: licet nihil aliud cōp quod sit salutare ten/
temus? Proderit autē primo in seipsum secedere. Meliores erimus singuli. Quid quod
secedere ad optimos viros & aliquod exēplū eligere: ad quod vitā dirigamus: licet admo/
nitio nota sit: tunc poterit obtinere quod semel placuit. Vbi nemo interuenerit qui iudicium
adhuc imbecillū populo adiutore detorqueat. Tūc poterit æquali vita: & vno tenore produ/
cere: quā propositis diuersissimis scindimus. Nam inter cætera mala illud pessimus est: q
vicia ipsa mutamus. Sine hoc quidē nobis contingit permanere in malo iam familiari.
Aliud ex alio placet: vexatq; nos. Hoc quoq; quod iudicia nostra non tantū prauа: sed
etiā leuia sunt. fluctuamus aliudq; ex alio cōprehendimus: petita relinquimus: relicta re
petimus. alternæ inter cupiditatem nostrā: & pœnitentiæ vices sunt. Pendemus enim toti
ex alienis iudicijs: & id optimū nobis videtur quod petitores laudatoresq; multos habet.
Non id quod laudandum petendumq; est. Nec viam bonam ac malā per se æstimamus
sed turbam vestigiorum in quibus nulla sunt redeuntium. Dices mihi: quid agis Seneca
deseris partes. Certe stoici nostri dicunt: Vsq; ad vltimum vitæ finem in actu erimus: nō
desinemus communi bono operam dare: adiuuare singulos: opem ferre etiam inimicis
eniti manu. Nos sumus qui nullis annis vacationes damus: & quod ait ille vir diserti/
simus: Caniciē galea præmimus. Nos sumus apud quos vsq; eo nihil ante mortē ocio/
sum est. Vt si res patitur non sit ipsa mors ociosa. Quid nobis Epicuri præcepta in ipsis
Zenonis principijs loqueris quod tu bene noueris si partiū piget trāsfugis potius cōp pro/
dis. Hæc tibi in præsentia respondebo. Nunquid vis amplius cōp vt me similem ducib⁹
nostris præstem? Quid ergo est? non quo miserint me illi: sed quo duxerint ibo. Nunc pro
bo tibi non decedere me a præceptis stoicorum. Nam ne ipsi quidem a suis desciuerunt:
& tamen excusatissimus essem: etiam si non præcepta illorum sequerer: sed exempla. Hoc
quod dico in duas diuidam partes. Primum vt possit aliquis vel a prima ætate contem
plationi virtutis: totum se tradere: rationē viuendi quærere: atq; exercere secreto. Deinde
vt possit hoc aliquis e meritis iā stipendijs profligatæ ætatis iure optimo facere: & ad alios
actus animos referre: virginum vestalium more: quæ annis inter officia diuisis discūt fa/
cere sacra: & cum didicerunt docent. Hæc stoicis quoq; placere ostendam: non quia legem

dixerim: mihi nihil contra dictū Zenonis Chrysippiue cōmittere: sed quia ipsa patitur me re in illoꝝ sentētiā: quā si quis semp vnius sequit non iniuriæ: sed in factionis. Vtinam quidē iam tententur oīa ⁊ inoperta: confestim veritas esset: nihilq; ex decretis mutaremus. Nunc veritatē cum eis ipsis qui docent quærimus. Duæ maximæ in hac re dissidēt sectæ Epicuroꝝ ⁊ Stoicoꝝ. Sed vtraq; ad ocū diuersa via mittit. Epicurus ait: Non accedet ad. K. P. sapiens: nisi si quid interuenerit. Zenon ait: Accedet ad. K. P. nisi q̄d impedierit. Alter ociuꝫ ex proposito petit. Alter ex causa. Causa autē late illa patet: si. K. P. cōmodior est: quam adiuuari possit: si osculata est malis. Non nitetur sapiens in superuacuum nec se nihil pro futuris impendet: si parum habebit auctoritatis aut virium. Nec illum erit admissura. K. P. si valitudo illum impediet: quomodo naue cassam nō deduceret in mare quomodo nomen in militiam nō dare debilis. sic aditum quem inhabilem sciet: non accedet. Potest ergo ⁊ ille cui omnia adhuc in regno sunt: anteq; vllas experiatur tempestates: in tuto subsistere: ⁊ protinus cōmendare se nouis artibus: ⁊ in illum beatum ocium exigere virtutum cultor: quæ exerceri etiam quietissimis possunt. Hoc nempe ab homine exigit: vt prosit hominibus: si fieri potest multis: si minus paucis: si minus proximis: si minus sibi Nam cum se vtilem cæteris efficit: cōmune agit negocium. Quoniam qui se deteriorem facit: non sibi tantūmodo nocet: sed etiam omnibus eis quibus melior factus prodesse potuisset. Sed si quis bene de se meretur: hoc ipso alijs prodest: quod illis profuturum parat. Duas. K. P. animo complectamur. Alteram magnam ⁊ vere publicam: qua dij atq; homines continentur: in qua non ad hunc angulum respicimus: aut illum: sed terminos ciuitatis nostræ cum sole metimur. Alteram cui nos ascripsit conditio nascendi. hæc autem Athenienſium erit: aut Carthaginenſium erit: aut alterius alicuius: quæ nō ad omnes pertineat homines: sed ad certos. Quidam eodem tempore vtriq; K. P. dant operam: maiori minorue. Quidam tātū minori: quidam tantuꝫ maiori. huic maiori. K. P. ⁊ in ocio deseruire possumus: immo vo nescio an in ocio melius: vt quæramus quid sit virtus: vna pluresue sint. Natura an ars bonos viros faciat. Vnum sit hoc quod maria terrasq; ⁊ maria a terris inserta complectitur. An multa deus corpora eiusmodi sparserit. Continua sit omnis ⁊ plena materia ex qua cuncta gignuntur an diducta ⁊ solidis inane permixtum sit deus sedens opus suum spectet an tractet. Vtruꝫ ne extrinsecus illi circumfusus sit: an toti inclytus. Immobilis sit mundus: an inter caduca: ⁊ ad tempus nata numerandus. Hæc qui contēplatur: quid deo præstat? Ne tanta eius opera sine teste sint. Solemus dicere summum bonum esse sm naturam viuere. Natura ad vtruq; genuit: ⁊ contemplationi rerum ⁊ actioni. Nunc improbemus quod prius diximus. Quid porro hoc non erit probatum: si se vnusquisq; consuluerit: quantam cupiditatem habeat. ignota noscendi: quam ad oēs fabulas excitetur. Nauigant quidam: ⁊ labores peregrinationis longissime vna mercede perpetiuntur: cognoscendi aliquid abditum remotumq;. Hæc res ad spectacula populos contrahit. Hæc cogit præclusa rimari: secretiora exquirere: antiquitates euoluere: mores barbararum audire gentium. Curiosum nobis natura ingenium dedit: ⁊ artis sibi ac pulchritudinis suæ conscia spectatores. nos tantis rerum spectaculis genuit: perditura fructuꝫ sui: si tā magna: tā clara: tā subtiliter ducta: tā nitida ⁊ non vno generi formosa solitudini ostenderet. Vt scias illam spectari voluisse: non tantum aspici vide quem nobis locum dederit. In media nos sui parte constituit: ⁊ conspectum omniuꝫ nobis dedit: nec erexit tantūmodo hominem sed etiam ad contemplationem factum: vt ab ortu sidera in occasum labentia prosequi posset: ⁊ vultum suū circūferre: cum toto sublime fecit illi caput: ⁊ collo flexibili imposuit. Deinde sena per diem: sena per noctem signa perducent: nullam non partem sui explicuit. Vt per hæc quæ obtulerat eius oculis cupiditatem faceret etiam cæterorum. nec enim omnia: nec tanta visimus quanta sunt: sed acies nostra aperit sibi inuestigando viam ⁊ fundamenta vera iacit. Vt inquisitio transeat ex apertis in obscura: ⁊ aliquid ipso mundo inuenīat antiquꝰ: vnde ista sidera exierint. Quis fuerit vniuersi status anteq; singula in partes descenderint: quæ ratio mersa incōfusa deduxerit? Quis loca rebus assignauerit: suapte naturæ grauia descenderint: ⁊ volauerint leuia. An propter visuꝫ pondꝰ corporū altior aliqua vis legem singulis dixerit: an illud verum sit quod a me probatur. homines diuini spiritus esse partem: ac veluti scintillas quasdam sacrorum in tecta resiluisse

atq; ex alieno loco exisse. Cogitatio cœli munimenta perrumpit: nec contenta est id quod ostenditur scire. Illud inquit scrutor quod intra mundum iacet: vtrum ne profunda vastitas sit. An & hoc ipsum terminis suis claudatur qualis sit habitus exclusis inermia & confusa sunt: an in omnem partem tantundem loci obtinentia: an & illa in aliquem cultus descripta sint: huic cohæreant mundo: an longe ab hoc secesserint: & hic in vacuo volutentur individua sint: per quæ struitur omne id quod natum futurumq; est: an continua eorum materia sit: & per totum mutabilis. Vtrum contraria inter se elementa sint: an non pugnet sed per diuersa conspirent. Ad hæc quærenda natus æstima: quod non multum accesserit temporis: etiã si illud totũ sibi vendicat: cui licet nihil facilitate eripi: nihil negligẽtia patiatur excidere: licet horas suas auarissime seruet: eiusq; in vltimæ ætatis humanæ terminos procedat. Nec quicq; illi ex eo quod natura constituit fortuna concutiat: tamen homo ad immortalium cognitionem nimis mortalis est. Ego fm naturam viuo: si totum me illi dedi: si illius admirator cultorq; sum. Natura autem vtrunq; facere me voluit: & agere: & contemplationi vacare. Vtrunq; facio: quoniam ne contemplatio quidem sine actione est Sed refert inquis an ad hanc voluptatis causa accesserit. nihil aliud ex illa petens q; assiduam contemplationem: quæ sine exitu est. Est enim dulcis: & habet illecebras suas. Aduersus hoc tibi respondeo. æque refert: quo animo ciuilem agas vitam: an semper inquietus sis. Nec vnq; sumas illud tempus: quo ab humanis ad diuina respicias. Quomodo res appetere sine vllo virtutũ amore: & sine cultu ingenij: ac nudas edere operas minime probabile est. Misceri enim inter se ista & considerari debent: sic imperfectum ac languidum bonum est in ocium sine actu proiecta virtus: nunq; id quod didicit ostendẽs. Quis negat illum debere profectus suos in opere tentare? nec tantum quid faciendum sit cogitare? sed etiam aliquando manus exercere: & ea quæ meditata sunt ad verũ perducere. Quid si per ipsum sapientem non est mora: si non actor deest: sed agenda desunt? Hæc quid illi secum esse permittes: quo animo ad ocium sapiens secedit? Vt sciat secum quoq; ea acturus per quæ posteris prosit. Nos certe sumus qui dicimus: & Zenonem & Chrysippus maiora egisse q; si duxissent exercitus: gessissent honores: leges tulissent: quas non vni ciuitati: sed toti humano generi tulerunt. Quid ergo est? quare tale ociũ nõ cõuenit bono viro: per quod futura sæcula ordinet: nec apud paucos cõcionetur: sed apud omnes omnium gentium homines quicunq; erunt. Ad summã quæro an ex præceptis suis vixerint Cleantes & Chrysippus & Zenon. Nõ dubie respondebis sic illos vixisse quemadmodum dixerant esse viuendum. Atqui nemo illorum. H. P. administrauit. Non fuit inquis: aut ea fortuna: aut dignitas ea quæ admitti ad publicarum rerum tractionem solet. sed idem nihilominꝰ nõ segnem egere vitam. Inuenerunt quemadmodum plus quies illorum hominibus prodesset: q; aliorum discursus & sudor. Ergo nihilominus hi multum egisse visi sunt: q; quis nihil publice ageret. Præterea tria genera sunt vitæ: inter quæ quid sit optimus quæri solet. Vnum voluptati vacat. Alterum contemplationi. Tertium actioni. Primum q; de posita contentione: depositoq; odio quod implacabile est diuersa sequentibus indiximus videamus an hæc omnia ad idem sub alio atq; alio titulo perueniunt. Nec ille qui voluptatem probat sine contemplatione est: nec ille qui se contẽplationi inseruit sine voluptate est: nec ille cuius vita actionibus destinata est: sine contemplatione est. Plurimum inquis discriminis est: vtrum aliqua res proposita: an propositi alterius accessio sit? Sane grande discrimen. Tamen alterum sine altero non est. Nec ille sine actione contemplatur: nec is sine contemplatione agit. Nec ille tertius de quo male existimare consensimus: voluptatem inertem probat: sed eam qua ratione efficit firmas. Ita & hæc ipsa voluntaria secta in actu est. Quid ni in actu est quando ipse dicat Epicurus aliquando se recessurum a voluptate: dolorem etiam appetiturum. Si aut voluptati imminebit pœnitentia: aut dolor minor pro graviore sumetur. Quid pertinet hoc dicere? vt appareat contemplationem placere omnibus. Alij petunt illam. Nobis statio est: non portus hæc. Adijce nunc huc quod de lege Chrysippi viuere otiose licet. Non dico vt ocium patiatur: sed vt eligat. negant nostri sapientem ad quemlibet. H. P. accessurum. Quid autem interest quomodo sapiẽs ad ociũ veniat: vtq; quia. H. P. illi deest: an quia ipse. H. P? Si omnibus futura. H. P. est: semper autem deerit fastidiose quærentibꝰ. Interrogo ad quã. H. P. sapiẽs accessurꝰ sit

Ad athenienſium in qua Socrates damnat. Ariſtoteles ne damnaretur fugit: in qua op/primit iuidia virtutes. Negabis mihi acceſſurū in banc. K. P. ſapientē. Ad carthaginen/ſium ergo. K. P. ſapiens accedit: in qua aſſidua ſeditio: ⁊ optimo cuiq; infeſta libertas eſt Summa æqui ac boni vilitas aduerſus hoſtes inhumana crudelitas etiaz aduerſus ſuos hoſtilitas: ⁊ banc fugiet. Si percenſere ſingula voluero: nullam iuenero quæ ſapientez aut quam ſapiēs pati poſſit. Quod ſi non iuenitur illa. K. P. quam nobis fingimus incipit omnibus eſſe ocium neceſſariū. Quia quod vnuz præferri poterat ocio nuſq; eſt. Si quis dicit optimū eſſe nauigare: deinde negat nauigandū in eo mari in quo naufragia fieri ſole/ant: ⁊ frequenter ſubitæ tempeſtates ſint: quæ rectorē in cōtrariū rapiant: puto hic me vi/tat nauē ſoluere quā laudet nauigationē. Explicit liber de vita beata.

Lucij Annei Senecæ Incipit li/ber de conſolatiōe ad Martiam.

Iſi te Martia ſcirē tā longe ab infirmitate muliebris animi q̄ a cæ/teris vicijs receſſiſſe: ⁊ mores tuos velut antiquū aliq̄d exēplar aſpici nō auderē obuiā ire voloi tuo: cui viri quoq; libenter hærēt ⁊ incū/bunt. Nec ſpem accæpiſſem tam iniquo tempore: tam iniquo iudice taz iuiodioſo crimine poſſe me afficere: vt fortunā tuā abſolueres. Fi/ducia mihi dedit: exploratū iam robur animi: ⁊ magno experimēto approbata virtus tua. Non eſt ignotū qualē te in perſona patris tui geſſeris: quē non minus q̄ liberos dilexiſti. Excepto eo q̄ non opta/bas ſuperſtitem: nec ſcio an ⁊ optaueris. Permittit enim ſibi quæda contra bonum morez magna pietas mortem acrem vti cordi parentis tui quanti poteras inbibuiſti. Poſtq̄ tibi apparuit inter ſalāmanos ſatellites illam vnam patriæ ſeruituti fugam: non fauiſti cōſilio eius: ſed dediſti manus victa: fudiſtiq; lachrymas palam: ⁊ gemitus deoraſti: quæ nō ta/men hilari frōte texiſti. Et hoc illo ſæculo quo magna pietas erat nihil impie facere. Vt vo aliqua tractum mutatio temporis dedit ingeniū patris tui: de quo ſumptū erat ſupplicium in viſum hominū reduxiſti: ⁊ a vera vindicaſti morte: ac reſtituiſti in publica monumenta liberos quos vir ille fortiſſimus ex ſanguine ſuo ſcripſerat: optime meruiſti de romanis ſtu/dijs. Magna illoz pars arſerat: optime de poſteris ad quos veniet incorrupta reruz fides auctori ſuo magno imputata: optime de ipſo cuius viget: vigebitq; memoria q̄diu fuerit in precio romana noſti: q̄diu quiſq; erit qui reuerti velit ad acta maioruz: q̄diu quiſq; erit qui velit ſcire quid ſit vir roman⁹: qui ſubactis iaz ceruicib⁹ omniū: ⁊ ſyllanū iugū adactis ⁊ domitus ſit homo ingenio: animo: manu liber. Magnū mehercule detrimētū. K. P. cœ/perat: ſi illū ob dictas ptes pulcherrimas in obliuionē conceptum: in eloquentiā ⁊ libertatē nō eruiſſes legitur: floret in manus hominū in pectora receptus vetuſtatem nullā timet. Et illorum carnificum cito ſæcula quoq; quibus ſolis memoriā meruerunt tacebūt. Hæc ma/gnitudo animi tui vetuit me ad ſexum tuum reſpicere. Vetuit ad vultum quez tot annoz cōtinua triſticia vt ſemel obduxit tenet. Et vide quā non ſurrepaz tibi: nec furtū facere affe/ctibus cogitem. Antiqua mala in memoriā reduxi: ⁊ vis ſcire banc quoq; plagam eſſe ſa/nandā oſtendi tibi æqui magni vulneris cicatricem. Illij itaq; molliter agūt ⁊ blandiunt. Ego conſligere cū tuo mœroze conſtitui: ⁊ defeſſos exhauſtoſq; oculos: ſi verum audire vis: magis iam ex conſuetudine q̄ ex deſiderio fluentes continebo: ſi fieri potuerit fauente te re/mediis tuis ſi minus vel in vita teneas: licet ⁊ amplexeris dolorem tuū quē tibi in filij lo/cum ſuperſtitem feciſti. Quis enī erit finis. Omnia i ſuperuacuū tentata ſunt. Fatigate allo/cutiones amicorū auctoritates magnorū ⁊ affinium tibi viroz ſtudia: hæreditarium: ⁊ pa/ternum bonū: ſurdes aures irrito: ac vix ad breuem occupationez proficientes ſolacio tran/ſeunt. Iſtud idem remedium naturale tēporis quod maximas erūnas componit: in re vna vim ſuam perdidit. tertius iam præterijt annus cū interim nihil ex illo impetu cecidit reno/uat ſe: ⁊ corroborat quotidie luctus: etiā ſibi vis mora fecit. Eoq; adductus eſt vt putet tur/pe deſinere. Quemadmoduz omnia vicia penitus infidunt: niſi dum ſurgunt oppreſſa ſunt ita quoq; triſticia ⁊ miſeria ⁊ in ſe ſæuiēta ipſa nouiſſime acerbitate paſcūtur ⁊ fit infœlicis animi praua voluptas doloz. Cupiſſem itaq; primis tēporibus ad iſtaz curationē accedere leuioz medicina fuiſſet: oriens adhuc reſtringēda vis. Vehemēti⁹ cōtra iueterata pugnādū

est. Nam vulnerum quoq; sanitas facilis est dum a sanguine recentia sunt. Tunc ꝛ vnꝰ ꝛ in altū reuocanꝫ: ꝛ digitos scrutantiū recipiunt: vbi corrupta in malum vlcus verterunt difficilius curantur. Non possum nunc per obsequiū nec molliter assequi tam duruꝫ dolorē Frangendus est.

Cio a præceptis incipere omnes qui monere aliquē volunt: ꝛ in exempluꝫ desinere Mutari hunc interim ordinem expedit. Aliter enim cum alio agenduꝫ est. Quosꝰ dam ratio ducit. Quibusdā nomina clam apponenda sunt: ꝛ auctoritas quæ liberum non relinquat animuꝫ ad speciosa stupenda. Duo tibi ponam ante oculos maxima ꝛ sexus ꝛ sæculi nostri exempla. Alterius fœminæ quæ se tradidit ferendā dolori. Alterius quæ pari affecta casu maiore damno: non tamen dedit longum in se malis suis dominiū sed cito animū in sedem suā reposuit. Octauia ꝛ Liuia. Altera sorꝛ Augusti. Altera vxor amiserunt filios iuuenes: vtraq; spe futuri principis certa. Octauia Marcellū cui ꝛ auūculus ꝛ socer incumbere cœperat: in quez onus imperij reclinaret: adolescentem animo alacrē ingenio impotentē: sed frugalitatis continentiæq; in illis autē annis aut operibus nō mediocriter admirandæ: patientez laborꝫ voluptatibus alienū: quātumcunq; imponere illi auūculus. ꝛ vt ita dicam: inædificare voluisset laturū bene legerat nulli cessura ponderi fundamenta. Nullum finem per omne vitæ suæ tempus flendi gemēdiq; fecit. Nec vllas admisit voces salutare aliquid afferentes. Nec auocari quidem se passa est: intenta in vnam rem ꝛ toto animo affixa. Talis per omnem vitam fuit: qualis in funere. Non dico ex nunc ex causa consurgere: sed alleuiari recusans secundam orbitatem iudicans lachrymas amittere. Nullam habere imaginem filij charissimi voluit: nullam sibi fieri mentionē. Oderat omnes matres: ꝛ in Liuiam maxime furebat: quia videbatur ad illius filiuꝫ transisse: sibi promissa fœlicitas tenebris ꝛ solitudini familiarissima. Nec ad fratrem quidem respiciens Carmina celebrandæ Marcelli memoriæ composita alioq; studiorꝫ honores eiecit: ꝛ aures suas aduersus omne solacium clausit: a solennibus officijs seducta ꝛ ipsam magnitudinis fraternæ nimis circū lucentem fortunam exosa defodit se ꝛ abdidit. Absidentibus liberis nepotibus lugubrem vestem non disposuit: non sine contumelia omniū suorꝫ quibus saluis orba sibi videbatur.

Jua Liuia amiserat filium Drusum magnuꝫ futurū principem iam magnū ducez Intrauerat ipse penitus germaniam: ꝛ ibi signū romani fixerunt: vbi vix illos esse romanos notum erat in expeditione ter decesserat: ipsis illum hostibus ægrum cū veneratione: ꝛ pace mutua prosequentibus: nec optare quidem expediebat audientibꝰ: accedebat ad hanc mortem quā ille pro republica obierat. Jngens ciuium prouinciarumq; ꝛ totius Italiæ multitudo Eside per quam effusis in officium lugubre mancipijs coloniscq; vsq; in vrbem ductum erat funus triū phoꝝ similimū. Non licuerat matri vt filij oscula grataq; extremi sermonez oris hauriret: longo itinere reliquias Drusij sui prosecuta tot per omnē Italiam ardentibus rogis quasi totiens illuꝫ amitteret irritata. Vt primum tamen intulit tumulo simul ꝛ dolorem suum posuit: nec plus voluit q̄ aut honestum erat: aut Cæsare aut æquo maius. non desijt itaq; Drusij sui celebrare nomen vtiq; illū sibi priuari publiceq; repræsentare: ꝛ libentissime de illo loqui. de illo audire cum memoriam alterius vix nemo potest retinere ꝛ frequentare: qui illam tristez sibi reddit. elige itaq; vtr exemplū putas probabilius: si illud prius sequi vis eximis te numero viuoꝝ. Aduersaberis ꝛ alienos liberos ꝛ tuos. Jpsumq; desiderabis triste matribus omen occurrere. Voluptates honestas permissas tanq; paruꝫ decorans fortunæ tuæ reijciens: inuisa habebis in luce ꝛ ætati tuæ q̄ non præcipite q̄ primū ꝛ finiat infestissima eris. Quid turpissimum effrænissimūq; animo tuo in meliore noto parte ostendes te viuere nolle: mori non posse. Si ad hoc maximum fœminæ exemplum applicueris: moderatius mitius non eris in erumnis: nec te tormentis macerabis. Quæ enim maior est amētia pœnas a se illicitas exigere: ꝛ mala sua augere: quam in omni vita seruasti. Morum probitatem ꝛ verecundiaꝫ in hac quoq; re præstabis. Etenim quædam ꝛ volendi modestia illum ipsum iuuenem: dignissimuꝫ: quietum semper nominatum cogitatum faciat. Meliore pones loco si matri suæ qualis viuus solebat hilaris qui ꝛ cum gaudio occurrit.

Ec te ad fortiora ducā præcepta: vt humana ferre humana iubeā: modo vt ipse fu
nebri die oculos matris exiccem. Ad arbitrium tecum veniā. Hoc inter nos quæ
retur vtr magnus esse debeat an ꝑpetuus. nō dubito q̄n Liuiæ Augustæ quaꝫ fa
miliariter coluisti magnum tibi placeat exēplum. Illa te ad suum consilium vocat. Illa in
primo furore cū maximo impatiētes ferocesq; sunt miseriæ se cōsulero philosopho viri sui
præbuit: ⁊ multū eaꝫ rem ꝑfuisse sibi cōfessa plusq; philosophū romanū quē nolebat tristē
tristicia sua facere: plusq; Augustū qui subducto altero auunculo titubat. Nec luctu suorū
inclinandꝰ erat: plusq; Tyberum filium: cuiꝰ pietas efficiebat: vt in illo acerbo ⁊ defleto gē
tibus funere nihil sibi nisi numerū deesse sentiret. Hic vt opinor adiꝰ illi fuit: hoc p̄cipiuꝫ
apud fœminā opiniōis suæ custodē diligentissimū vsq; in hunc diē. Liuia quantū quidē
ego sciā: assiduus virtutis comes: cui nō tantum quæ in publicum emittunt vota: sed oēs
sunt secretiores animoꝝ nostroꝝ motus: dedisti operā ne quid esset quod in te quisq; repræ
hēderet. Nec id in maioribꝰ modo obseruasti: sed in minimis: ne quid faceres: cui famam
vberrimā principium iudicē velles ignoscere. Nec quicq; pulchrius existimo fastigio collo
catis q̄ multaꝝ reruꝫ veniā dare: ⁊ nullius petere. Seruandus itaq; tibi in hac re tuꝰ mos
est. Ne quid cōmittas quod minus aliterue facturum velis.

Einde rogo atq; obsecro: ne te difficilē amicis ⁊ intractabilem præstes. Non est enī
quod ignores oēs hos nescire. quēadmodum aliquid loquant coraꝫ te de Druso.
Nn nihil ne aut obliuio clarissimi iuuenis illis faciat iniuriā: aut mentio tibi cū fece
rimus ⁊ inunū cōuenimus facta eius dictaq; quāto meruit suspecta celebramus: coram te
altum nobis de illo silentiuꝫ est. Cares itaq; maxima voluptate filij tui laudibus: quas nō
dubito quin vel impedimēto vitæ si potestas detur: in æuuꝫ omne sis prorogatura: quare
patere imo accerse sermones quibus ille narret: ⁊ apertas aures præbe ad nomē memoriāq;
filij tui. nec hoc genere dixeris cæteroꝝ qui in eiusmodi casibus partē mali putāt audire so
lacia. Nunc incubuisti tota in alterā partē: ⁊ oblita melioꝝ fortunaꝫ tuam quæ deterior est
aspicis. Non cōuertisti te ad cōuictus filij tui occursusq; iucundus: nō ad pueriles dulcesq;
blanditias. Non ad incremēta studioꝝ. Vltimam illam faciē reruꝫ præmis. Illi tāq; ipsa
per se parū horrida sit: quicq̄d potes congeris. Ne obsecro te cōcupieris peruersissimā gloriā
infœlicissimamq; videri.

Emilius cogita nō esse magni animi se rebus prosperis fortem gerere: vbi secundo
cursu vita ꝓcedit. Nec gubernatoris quidē artem: tranquillum mare ⁊ obsequens
ventus ostendit. Aduersi aliquid incurrat oportet quod animum ꝓbet. Proinde
ne submiseris te imo cōtra fige stabilem gradum: ⁊ quicquid onerum supra cecidit sustine
ꝓmo quantaxat strepitu contēta. Nulla re maior inuidia fortunæ fit q̄ æquo aio. Post hoc
ostendit illi filium incolumē: ostendit ex amisso nepotes. Tuum illic Martia negociū actuꝫ
tibi aureus assedit: ⁊ mutata ꝓsona cōsolatus est. sed puta Martia ereptum tibi amplꝰ q̄
vnq; vlla mater amiserit. Nō ꝓmulceo te: nec extenuo calamitatē tuam. Si fletibꝰ fata vin
cuntur cōferamus. Eat oīs inter luctus dies: noctē sine somno tristicia consūmet. ingerātur
lacerato pectori manus: ⁊ in ipsam faciē impetus fiat. Et causas omni genere sæuiciæ pro
fecturus mæror exerceat. Sed si nullis planctibus defuncta reuocant: sed sors īmota: ⁊ in
æternum fixa. nulla miseria mutat ⁊ mors tenuit quicq̄d abstulit: desinat dolor qui perierit
petit: quare rogamur. Nec nos ista vis trāsuersos auferat. Turpis est nauigij rector: cui gu
bernacula fluctus eripuit: qui fluctuantia vela deseruit: ꝓmisit tempestati nauē. Et ille vel in
naufragio laudandus: quē obruit mare nauē tenentē ⁊ obnixum.

Tenim naturale desiderium suoꝝ est. Quis negat q̄diu modicum est: nā discessu
nō solum charissimoꝝ amissiōe necessarius morsus est: ⁊ firmissimoꝝ quoq; aioꝝ
contractio. Sed plus est quod opinio adūcit q̄ quod natura iperauit. Aspice mu
torum animalium q̄ cōcitata sunt desideria ⁊ tamē q̄ breuia. Vaccarum vno die alteroue
mugitus auditur. Nec diutius equarum vagus ille amensq; discursus est. feræ cum vesti
gia catulorum consectatæ sunt: ⁊ siluas puagatæ: cum sæpe ad cubilia expilatæ redierint:
rabiem intra exiguum tēpus extinguūt. Aues cum stridore magno inanes nidos circūfre
munt: intra momentuꝫ cum quiete volatus suos repetunt. Nec vlli animali longū fœtus
sui desiderium est. Nisi homini qui adest dolori. nec tantū quātū sentit sed quātū constituit

afficitur. Vt sciat autē non esse naturale luctibus frangi. Primū magis fœminas q̄ viros magis barbaros q̄ placidos eruditæq̄ gentis hoies: magis indoctos q̄ doctos eadē orbi tas vulnerat. at qui ea quæ a natura vim accæperunt eadē in omnib⁹ seruant. Apparet nō esse naturale quod varium est. Ignis omnes ætates: omniū vbiuis ciues tam viros q̄ fœminas: quia naturaliter vrit: ferrum in omni corpore exhibebit secandi potentiam. Quare? quia vires illi a natura datæ sunt quæ nihil impiū constituit. Paupertatē: lucrū: ambitionem: alius aliter sentit: prout illum consuetudo infecit: & imbecillus impatientemq̄ reddit præsumpta opinio de non timendis terribilis.

Einde quod naturale est non decrescit mora. Dolorē dies consumit: licet contumacissimū quotidie insurgentē: & contra remedia efferuescentē: tamē illū efficacissimus mitigandæ ferociæ tēpus eneruat. Manet quidē tibi Martia etiam nūc ingens tristicia: & iā videtur duxisse callum non illū cōcitata qualis in illo fuit: sed pertinax & obstinata. Tamen hanc quoq̄ ætas tibi minutatim eximet: quotiens aliud ægeris animus relaxabitur: nūc re ipsa custodis. Multum autem interest vtrū tibi obmittas mærere an impetres: quātomagis hoc morū tuorum elegantiæ cōuenit: finē luctus potius facere q̄ expectare: nec illū aperiri diē quo te iuita dolor desinat: ipsa illi renuncia.

Nde ergo tanta nobis pertinacia in deploratiōe nostri: si id nō fit naturæ iussu: q̄ nihil nobis mali anteq̄ eueniat proponimus. Sed vt īmunes ipsi & aliud paratiⁿ ingressi iter: alienis non admoniti casibus illos esse cōmunes: tot præter domū nostram ducant exequiæ: de morte nō cogitamus. tot acerba funera nos togaz nostrox infantium: nos militiam & paternæ hæreditatis successionē animo agitamus: tot diuitū subita paupertas in oculos incidit: & nobis nunq̄ in mentē venit: nostras quoq̄ opes æque in lubrico positas. necesse est itaq̄ magis corruamus qui quasi ex inopinato ferimur. Quæ multoante prouisa sunt: languidius incurrūt. vis tu scire te ad oēs expositum ictus stare: & illa quæ alios tela fixerūt circa te vibrasse velut murū aliquem: aut obsessum multo hoste locū & arduū ascensum inermis adeas expecta vulnus: & illa superne volantia cū sagittis pilisq̄ saxa puta in tuū libratа corpus: quotiēs aut ad latus: aut penes tergum ceciderūt exclama Non decipies me fortuna. Nec securū aut negligentē opprimes. Scio quid pares: aliū percussisti: me petisti. Quis vnq̄ res suas quasi periturus aspexit? Quis vnq̄ nostrū de exilio de ægestate: de luctu cogitare ausus est? Quis nō admoueatur suis tanq̄ ægrū durum respuat: & in capita inimicorū: aut ipsius intēpestiui monitoris abire illa iubeat. nō putaui futuruz quicq̄. tu putas nō futurū quod multis scis posse fieri: quod multis vides euenisse. Egregiū versum & dignum audiui. est enim: & cui vis potest accidere quod cuiq̄ potest. Ille amisit liberos: & tu admittere potes. Ille damnatus est: & tua īnocentia sub ictu est. Terror decipit. Hic effœminat dū patimur: quæ nūq̄ pati nos posse præuidim⁹. Aufert vim præsentibus malis qui futura prospexit.

Vicquid est hæc materia circa nos ex aduentitio fulget. Liberi: honores: opes: ampla arua: & exclusorū clientiū turba. Referam vestibula clara: nobilis aut formosa cōiunx: cæteraq̄ ex incerta & mobili forte prudentia alieni cōmodatiq̄ sunt: nihil dōnatuz collaticijs: & ad dominū redituris instrumētis scæua adornatur. Illa ex his p̄mo die: alia secūdo referuntur. Pauca vsq̄ ad finem perseuerabūt. Ita non est quod nos suspicamus: tanq̄ inter nostra positi mutuo accæpimus. Vsufructus noster est: cuius tempora ille arbitrer muneris sui temperat. Nos oportet in promptu habere quæ in certū diem nata sunt: & appellatos reddere. Pessimi est debitoris creditori facere conuicīū. Omnes ergo nostros: & quos superstites lege nascendi optamus: & quos præcedere iustissimū ipsoz votuz est: sic amare debere tāq̄ nihil nobis de ꝑpetuitate īmo nihil de diuturnitate eoz promissuz sit. Sæpe admonendus est animus metiri: vt casura īmo tanq̄ recedētia quicquid a fortuna datū est tanq̄ exemplū auctore possideas. Rapire ex liberis voluptates. fruendos vos iuicē liberis date: & sine dilatione omne gaudiū aduertite. Nihil de hodierna die promittit. Animis magnā aduocationē dedi. Nihil de hac hora festinandū est. Instat a tergo iam deficiet iste comitatus. Iam contubernia ista sublato clamore soluent. Rapina rerū omniū est. Mi seri nescitis in fugam viuere. Si mortuū tibi filiū doles: eius temporis quo natus est crimē est. Mors enim illi nascenti determinata: & in hanc legem data. Hoc factū ab vtero statim

prosequebatur in regnū fortunæ: ⁊ quod durum atq; inuictuz peruenimus: illius arbitrio digna atq; indigna passuri: corporibus nostris impotenter: cōtumelioſe: crudeliter abutet: alios ignibus puret: vel in pœuā admotis: vel incerta nudos maria iactabit: ⁊ luctatos cū fluctibus: ne in arenā quidem aut litus exploraueſſet in alicuius ventre īmensæ bluæ detrudet. Alios morboꝝ variis generibus emaceratos: diu inter vitaz mortēq; detinebit: vt varia ⁊ libidinoſa mancipioꝝq; suoꝝ negligens domina: ⁊ pœnis ⁊ muneribus errabit. Quid opus eſt partes deflere? Tota vita flebilis eſt. Vrgebunt noua incōmoda priuſq; ve teribus ſatiſfecerit. Moderandus eſt itaq; nobis animus ad hæc maxime quæ imoderate factis: ⁊ in mœtus: ⁊ in dolores humanum pectus diſpenſandum.

Hæc demū iſta suæ publicæq; conditiōis obliuio eſt? Mortalis nata es: mortalis peperiſti. Putre ipſa fluidumq; corpus: ⁊ cauſis morbos repetita ſepaſti: tam imbe cilla materia ſolida ⁊ æterna geſtaſſe. Deceſſit filius tuus: id eſt decurrit ad hunc finē: ad quē quæ fœliciora partu tuo putas: properant. Ad hæc omnis iſta quæ in foro li tigat: in theatris: in templis precatur: turba diſpargi gradu vadit. Et quæ diligis vnera ris: ⁊ quæ deſpicis vnus exequabit cinis. hic rudet: illa phytbicis oraculis aſcripta noſcit. Quid eſt homo? quodlibet quaſſum vas: ⁊ quodlibet fragile iactu: nō tempeſtate vt diſſipe ris eſt opus. Vbicūq; adiæctaueris ſolueris. Quid eſt homo? imbecilliſſimū corpus: ⁊ fra gile: nudū: ſuapte naturæ: inerme: alienæ opis indigēs: ad omnē fortunæ cōtumeliā pro iectū: cū bene lacertos exercuit cuiuſlibet ferę pabulum: cuiuſlibet victima: ex infirmis flui diſq; contextū: ⁊ liniamentis exterioribus nitidū: frigoris: æſtus: ⁊ laboris impatiēs. Ipſo rurſus ſitu ⁊ ocio iturū in ocium in tabem: alimēta metuens ſua: quoꝝ modū inopia rūpit Anxiæ ſollicitæq; tutelæ: precarij ſpiritus: ⁊ male inhærētis qua parū repentinum audiet ex improuiſo ſonus auribꝰ grauis excutit. Soli ſemp ſibi nutrimentuz vicioſum ⁊ inutile. Miramur in hoc mortē vnius: quæ ſingulis opus eſt. Nunq̄d eniz vt cōcidat: res magni emolumēti eſt. Odor illi ſapor̄q; ⁊ laſſitudo: ⁊ vigilia: ⁊ humor: ⁊ cibus: ⁊ ſine quibus vi uere nō pōt: mortifera ſunt. Quocūq; ſe mouet infirmitatis ſuæ ſtatim conſciū. non omne cœlū feres: aquaꝝ nouitatibꝰ: flatuq; nō familiari aura: ⁊ tenuiſſimis cauſis atq; offenſio nibus morbidū: putre: cauſaq; fletus vitā auſpicatū. cū interim quātos tumultus hoc taz contemptū animal mouet. In quātas cogitatiōes oblitum cōditionis ſuæ venit: īmortalia æterna voluptat aīo: ⁊ in nepotes pronepoteſq; diſponet. Cum interim longa conantē eum mors opprimit: ⁊ hæc quid ſenectus vocat: pauci ſunt circuitus annozum.

Dolor tuus o Martia: ſi modo tibi vlla ratio eſt: vtrū ſua ſpectat cōmoda: an eius qui deceſſit. Vtq; te amiſſo filio mouet: q̄ nullas ex illo voluptates cœpiſſet: an q̄ maiores ſi diu vixiſſet percipe potuiſti. Si nullas te percæpiſſe dixeris tolerabilius efficies detrimentū tuū. Minus enim deſiderant ea: ex quibꝰ nihil gaudij lætitiæq; percæ perāt: ſi confeſſa fueris percæpiſſe magnas voluptates: oportet te nō de eo quod cōtractū eſt queri: ſed de eo gratias agere q̄ collegiſti. Peruenerūt ei ſatis magni fructus laboꝝ suoꝝ ex ipſa educatiōe: niſi forte bi qui catulos aueſq; ⁊ friuola aīoꝝ oblectamēta ſūma diligen tia nutriunt: ⁊ fruunt aliqua voluptate ex viſu tactuq; ⁊ blanda adulatiōe mutoꝝ: liberos nutrietibꝰ nō ipſa fructꝰ educatiōe acquirit. Licet itaq; tibi nihil induſtria eiꝰ cōtulerit: licet nil diligētia cuſtodierit: nihil prudentia ſua ipſum quod habuiſti: quod amaſti: fructꝰ eſt. Vt potuit longior eſſe nō maior. Melius tamen tecū actum eſt q̄ ſi omnino nō contigiſſet. Quoniā ſi ponat electio vtrum ſatius ſit nō diu fœlicē eſſe an nunq̄. Eſt melius diſceſſura nobis bona q̄ nulla contingere. Vtrū ne malles degenerē aliquē: ⁊ numerū tantū nomēq; filij expletum habuiſſe: an tantæ indolis quātæ tuꝰ fuit: iuuenis cito prudēs: cito maritus cito pater: cito omnis officij curioſus: cito ſacerdos: omia tanq̄ proſpera nulli referta: ⁊ ma gna bona ⁊ diuturna contingunt. Nō durat: nec ad vltimum exit verbi lenta fœlicitas. Fi lium tibi diu īmortales non diu dant. Statim tibi talē dederunt qualis diu eſſici pōt. Ne illud dicere quidē potes eiectante a dijs: cui frui nō liceret filio. Circue p omnē notorum ⁊ ignotorum frequentiā oculos occurrent paſſim vbiq; quæ maiora ſenſerūt. Iſta magni iu dices ſenſerunt principes. Ne deos quidē fabulæ īmunes reliqui querūt: puto vt noſtroz funerū leuamentū eſſet: etiā diuina concidere. Circūſpice inquā oēs: nullā miſerā nomiabis domū quæ nō īueniat in miſeriore ſolacū. Non mehercule taz male de morbis ſentio: vt

ſeria hominis.

putē posse leuius pati casum tuū: q̄ si tibi ingentē numerū lugentiuz ꝓduxero. Maliuoli solaciū genus est turba miseroꝝ. Quoscdā tamē nō referam: nō vt scias hoc solere hōibus accidere. Ridiculū est enī mortalitatis exēpla colligere: sed vt scias fuisse multos qui lenierūt aspera ferendo placide. A fœlicissimo incipiā. Lucius Sylla filiū amisit: nec ea res: aut malicia eius 7 acerrimā virtutē in hostes diuesq̄ cōtulit: aut effecit: vt cognomē illud vsurpasse saluo videret: quod amisso filio assumpsit. nec odia hominum virtus: quoꝝ illos male nimis secundæ res cōstant. nec īuidiā deoꝝ: quoꝝ illud crimē erat Sylla tā fœlix. sed istud inter res nōdum iudicatas habeat: qualis Sylla fuerit: 7 īimici fatebunt bene illum arma sumpsisse: bene posuisse. hoc de quo agitur cōstabit nō esse maximū malū: quod etiā ad fœlicissimos pucnit. Nec nimis admiretur græda illum patrē: qui in ipso sacrificio nūciata filij morte tibicinē tantū tacere iussit: 7 coronā capiti detraxit: cætera rite pfecit.

Vluillus hoc fecit pontifex: cui postē tenenti 7 capitoliū dedicanti mors filij nuncia
ta est: quam ille exaudisse dissimulās: 7 solennia pōtificalis carminis verba con
cæpit gemitu nō interrumpente precationē: 7 ad filij sui Ioue nomen ꝓpiciato pu
tasses: eius luctus aliquē finē esse debere: cui prim⁹ dies: primus impetus ab altaribus publicis: 7 fausta nuncupatione nō abduxit patrē. Dignus mehercule fuit memorabili dedicatione: dignus amplissimo sacerdotio: qui colere deos ne iratus quidē destitit. Idem tamen vt rediit domū: 7 implcuit oculos: 7 aliquas voces flebiles misit: 7 pactis quæ mos erat præstare defunctis: ad capitoliū hilari rediit vultu. Paulus circa illos nobilissimi triumphi dies: quo victum ante currū ægit Persæi inclyti Regis nomē duos filios in adoptionem dedit: quos sibi seruauerat extulit. quales retentos putas: cū inter commodatos suspitio fuisset. Nō sine motu vacuum Pauli currus po. Ro. aspexit. Cōcionatus est tamē: 7 ægit diis gratias q̄ compos voti factus esset. Precatū enī se vt si quid ob ingentē victoriam īuidiæ dandus esset: id suo potius q̄ publico damno solueret. Vides q̄ magno animo tulerit: orbitati suæ gratulatus est. 7 qui magis poterat mouere tanta mutatio solacia simul atq̄ auxilia perdidit. Nō cōtingit tamē tristem Paulum Persæ videre. Quid nūc te ꝑ īnumerabilia magnoꝝ viroꝝ exempla ducam? 7 quæraz miseros quasi nō difficilius sit īuenire fœlices? Quæq̄ dom⁹ vsque ad exitū oibus partibus suis cōstitit in qua nō aliquid turbatū sit. Vnū quenq̄ aio occupa: 7 ex eo magistratu circa Lucū si vis Bibulum 7 C. Cæsarez videbis int̄ collegas 7 īimicissimos cōcordem fortunam. Luci Bibulo meliores q̄ fortioris viri duo simul filij interfecti sunt. Alegyptio quidez militi ludibrio habiti vt nō minus ipsa orbitate auctor eius digna res lachrymis esset. Bibulus tamen qui toto honoris sui anno ob īuidiam collegæ domi latuerat. postero die q̄ geminū funus renunciatum est processit ad solita in publicū officia. Quid minus potest q̄ vnū diem duobus filijs dare. Tam cito liberoꝝ luctū finiuit: qui cōsolatū anno luserat. C. Cæsar cuz britanniā pagraret: nec apto anno fœlicitatē suam cōtinere posset: audiuit decessisse filiam publica se cum fata ducentē. In oculis erat iam. Cn. Pompeius nō æquo laturus aio quenq̄ alium esse in. R. P. magnū 7 modū impositurus incremētis: quoniaz grauia illi videbant. 7 cū in cōmune crescerēt tamē intra tertium diem imperatoria obiit munera. 7 tam cito dolorem vicit: q̄ omnia solebat.

Vid alioꝝ tibi funera Cæsaꝝ referam: quos in hoc mihi interim videt violare fortuna: vt sic quoq̄ generi hūano prosint ostēdentes. Ne eos q̄dē q̄ diis geniti: deosque genituri dicant: sic suā fortunā ī potestate habere quēadmodū alienaz.

Iuus Augustus amissis liberis: nepotib⁹: exhausta Cæsaris turba: adoptione desertam domū luxit. Tulit tamē fortit̄ tanq̄ eius iam res agebat: cuiusque maxime intererat de diis neminē queri. C. Cæsar 7 quē genuerat: 7 quē adoptauerat amisit. ipse tamē pro rostris laudauit filiū: stetitq̄ in cōspectu posito corpore: interiecto tantū modo velamento quod pōtificis oculos a funere arceret. 7 flente po. Ro. nō flexit vultum: experiendū se dedit Seiano ad latus stanti q̄ patienter posset suos perdere. vides ne quāta copia viroꝝ maximoꝝ sit quos nō excæpit. hic oīa prosternēs casus: in quos tot animi bona: tot ornamenta publice priuatimq̄ congesta erant. Sed vide vt in orbe ista tēpestas: 7 sine delectu vastat omnia agitque vt sua. Jube singulos conferre rationem. Nulli contigit impune nasci.

Cio quid dicas: oblitus es fœminã te consolari. virorꝫ refers exempla. Quis enĩz dixit naturã maligne cũ mulieris ingenio ægisse: ꝙ virtutẽ illaꝫ in arctũ retraxisse? Par illis ratio crede. vigor par: ad honesta libera facultas: doloꝛẽ: laboꝛẽ ex æquo si consueuere patiunt. In qua istud vide dij boni loq̃mur: in qua Regẽ romanis capitib⁹ Lucretia ꝙ Brutus deiecerunt. Bruto libertatẽ debem⁹?: Lucretiæ Brutũ. In qua Coclã contempto hoste ꝙ flumine ob insignẽ audaciã tantũ nõ in viros transcripsim⁹?: equestri im/sidens statuæ: in sacra via celeberrimo loco Coclã exprobat: iuuenib⁹ nostris puluinũ ascẽdentibus in ea illos vide sic ingredi: in qua etiã fœminas equo donauimus. qd̃ tibi si vis exempla referri fœminaꝝ quæ suos fortẽ desideraueruñ: nõ hostiatim quæraz? Ex vna tibi familia duas Cornelias dabo. Primã Scipionis filiaz: Gracchoꝝ matrẽ. duodecim illa partus: totidẽ funerib⁹ recognouit. Et de cæteris facile est: quos nec editos: ne amissos ciuitas sentit. T. Gracchum ꝙ. G. quos etiã q̃daz bonos viros negaueriꝫ: magnos fatebit: ꝙ occisos vidit ꝙ insepultos: consolantib⁹ tamẽ miserãcꝫ dicentib⁹. Nuncꝫ inq̃t nõ fœlicez me dicam: quæ Gracchos peperi. Cornelia diui Drusij clarissimũ iuuenẽ illustris ingenij vadentẽ p gracchana vestigia: imperfectis tot rogationib⁹ intra penates interemptũ suos amisserat. Incerto cædis auctore tamẽ ꝙ acerbam mortẽ filij ꝙ iustam tam magno aio tulit: cũ ipe leges tulerat. Iaz cũ fortuna ĩ gratiaz Martia reuertereris: si tela quæ in Scipiones: scipiõnũcꝫ matres ac filios egit: q̃bus Cæsares perit: ne a te quidẽ cõtinuit. plena ꝙ infesta varijs casib⁹ vita est: a q̃bus nulli longa pax: vix iuuenciæ sunt. quattuoꝛ liberos sustuleras Martia. Nullũ aũt frustra cadet telũ qd̃ in confertũ agmẽ immissum est. Mirũ est tantã turbã iaz potuisse sine iniuria damnoue præteruehi. adhuc iniquioꝛ fortuna fuit: q̃ non tantũ filios eripuit: sed elegit. Nuncꝫ tamẽ iniuriã dixeris ex æquo cũ potẽtioꝛe diuidere. duas tibi relinq̃t filias: ꝙ hanꝫ nepotes: ꝙ ipsum quẽ maxime luges ꝑtis oblita nõ ex toto abstulit. Habes ex illo duas filias similes patri. Fers magna onera si bene magna solacia: ĩ hoc te ꝑduxit: vt illas cũ videris admoneaꝛis filij nõ doloꝛis. Agricola euulsis arboꝛib⁹: quas aut vetus radicitus euulsit: aut cõtoꝛtus repentino impetu turbo pfregit: sobolẽ ex illis residuã fouit ꝙ amissaꝝ semina statim plantasꝫ disponit: ꝙ momẽto. Nã vt in damna: ita ad incrementa rapidũ veloxꝫ tempus est. Adolescũt amissis lætioꝛa. Has nũc Metilij filij tui filias in eius vicez substitue: ꝙ vacantẽ locũ exple. Vnũ doloꝛẽ geminato solacio leua. Quidẽ hoc natura mortaliũ est: vt nihil magis placeat cũ quod amissum est. Iniquioꝛes sum⁹ aduersus relicta ereptoꝝ desiderio. Sed si æstimare volueris cũ tibi valde fortuna etiã cuz sæuierit ꝑpercerit: scies te habere plusꝫ solacia. Respice tot nepotes duas filias.

Ec me putes ad leuāda incōmoda paupertatis quā nemo graue sentit: nisi qui putat vti tantum præceptis sapientū. Primū aspice quāto maior pars sit pauperū: quos nihilo notabis tristiores sollitioresqz diuitibus: immo nescio an eo lætiores sint: quo animꝰ eoꝝ in pauciora distrahitur. Transeam⁹ a pauperibus: eam⁹ ad locupletes q̄z multa sunt tpa quibus pauperibus similes sunt. Circūcisæ sunt peregrinantiuz sarcinæ ⁊ quotiēscunqz festinantē necessitas itineris exigit comitū turba dimittit. Militās quotā partē rerū suarū secū habent: cū omnē apparatum castrensis disciplina submoueat. nec tantum conditio illos tēpore aut locorum inopia pauperibus exequat. sentiunt quosdam dies cum iam illos diuitiarum tedium cœpit: quibus humi cœnent: ⁊ remoto auro argentoqz ficulibus vtantur. Demētes hoc quod aliquādo cōcupiscūt semp timent. O quāta illos caligo mentiū: quāta ignorātia veritatis exercet: qui voluptatis causa mutant. Ne quidem quocūqz antiqua exēpla respexi: paupertatis vti remedijs pudet. Quoniāquidē eo tēpore luxuria prolapsa est: vt maius viaticuz exuluz sit q̄z olim patrimoniū principū fuit. Vnū fuisse Homero seruum: tres Platoni: nullum Zenoni: a quo cœpit stoicorū rigida ac virilis sapiētia satis cōstat. Cum ergo quisq̄z eos miseros vixisse dicet: vt nō ipse miserrim⁹ obhoc oibus videat monem⁹. Agrippa qui inter patres ac plæbem publicæ gratiæ sequestor fuit: ære collato funeratus est. Attili⁹ Regul⁹ cū pœnos in Africa funderet ad senatum scripsit mercenariū suū decessisse: ab eo desertū esse rus q⁹ senatui publice curari: duz abesset Regulus placuit. Fuit ne tanti seruū nō habere vt colonus ei⁹ po. Ro. esset. Scipiōis filiæ ex ærario dotē recæperunt: qa nihil illis reliquerat pater. æquū mehercule erat po. Ro. tributū Scipioni semel cōferre: cū a carthagine semp exigeret. O fœlices viros puellaz quib⁹ Ro. po. loco socer fuit. beatiores istos ne putas quoz pantomime decies sestertio nubūt q̄z Scipionē cui⁹ libere a senatu tutore suo in dotē æs graue accæperūt. dedignat aliqs pauperatez cui⁹ tā claræ imagines sūt. Indignat exul aliq̄d sibi deesse cū defuerit Scipiōi dos. Regulo mercenari⁹. Ne nemo funus cū omnib⁹ illis id q̄ derat: ideo honestius suppletuz sit q̄ defuerat. his ergo aduocatis nō tantū tuta est: sed etiā gratiosa paupertas.

Espōderi pōt quid artificiose ista deducis quæ singula sustineri possūt. Cōmutatio loci tolerabilis est: si tantum locum mutes: paupertas tolerabilis est: si ignominia ei absit: quæ sola opprimere aīos solet. aduersus hunc quisqs me malorum turbo terrebit. His verbis vtendū erit: si cōtra vnā quālibet partē fortunæ satis tibi roboris est Idē aduersus oēs eris: cū semel animū virt⁹ indurauit: vndiq̄z īuulnerabilem præstat. Si auaricia dimisit vehemētissima generis humani pestis: mora tibi nō faciet: si vltimū diem nō quasi pœnā: ⁊ quasi naturæ legē aspicis: ex quo pectore mortis mœtū eieceris: i id nulli⁹ rei timor audebit ītrare: si cogitas libidinē nō voluptatis causa hoī datā: ⁊ ppagādi generis q⁹ non violauerit hoc secretū ⁊ infixū viscerib⁹ ipsis exitū oīs alia cupiditas intactum præteribis. Nō singula vicia ratio: ⁊ pariter oīa ꝓsternit ī vniuersū semel vincit. Ignominiā tu putas quēq̄z sapiētē moueri posse: q̄ oīa in se reposuit: q̄ ab opinionib⁹ vulgi secessit plus etiā q̄z ignominia est mors ignominiosa. Socrates tamē eodē illo vultu quo aliquādo sol⁹. xxx. tyrānos ī ordinē redegerat: carcerē intrauit ignominiā ipsi loco detractur⁹: nec enī poterāt carceres videri in quib⁹ Socrates erat. q̄s visq̄z eo ad cōspiciendā veritatē excæcatus est: vt ignominiā putet. M. Catonis fuisse duplicē in petitiōe præturæ: ⁊ cōsulatus repulsaz. Ignominia illa præturæ ⁊ cōsulat⁹ fuit: quib⁹ ex Catōe honor habebat. nemo ab alio contēnit nisi a se contēpt⁹ est. humilis ⁊ piacul⁹ anim⁹ fit isti cōtumeliæ opportun⁹: qui ꝙo aduersus sæuissimos casus se extollit: ⁊ ea mala quibus alij opprimuntur euertit: ipsas miserias insularum loco habet quando ita afflicti sumus: vt nihil æque magnā apud nos

admirationē occupēt: q̄ fortiter miser ducebat Athenis ad suppliciū. Aristides cui q̄squis occurrebat deijciebat oculos: ⁊ īgemiscebat nō tā q̄ in hoiem iustū: sed tā q̄ in ipsam iusticiā aīaduerteret. Inuēt⁹ est tamē q̄ in faciē ei⁹ īspueret: poterat ob hoc nō moleste ferre q̄ sciebat neminē id au suū animi puriorīs. At ille absterſit faciem ⁊ subridens ait comitatui magi⁹ stratui. Amoue istū ne postea tā improbe obstitet. hoc fuit cōtumelia ipsi cōtumeliam facere scio quosdā dicere cōtemptu nihil esse graui⁹ mortē ipsis potiorē videri. his ego respōdebo ⁊ exiliū sæpe cōtentiōe omni caret: si magn⁹ vir cecidit: magn⁹ iacuit. Nō magis illū putes cōtemni q̄ cū ædiū sacraꝝ ruinæ calcant: quas religiosi quoq; æque ac stātes adorant.

Doniā meo noīe nihil habes mater charissima: q̄ te in infinitas lachrymas agat. sed seq̄tur vt causæ tuæ te stimulēt. Sunt autē duæ. nā aut istud te mouet q̄ præ sidiū aliqd̄ videris admisisse: aut illud q̄ desideriū ipsuꝝ p te pati nō potes. Prior pars mihi leuiter pstringēda est. Noui enī animū tuū nihil in suis præter ipsos amantem Videt illæ matres quæ potentiā liberoꝝ muliebri impotētia exercēt: quæ q̄a fœminis hoꝰ nores nō licet gerere: p illos ambitiose sunt: quæ patrimonia filioꝝ: ⁊ exhauriūt ⁊ captant qui eloquentiā cōmodando alijs fatigant. Tu liberoꝝ tuoꝝ bonis plurib⁹ gauisa es: minimum vsa. Tu libertati naturæ semp imposuisti modū cū tuæ nō imponeres. Tu filiafamilias locupletib⁹ filijs vltro cōtulisti. Tu patrimōia nostra sic admīstrasti: vt tā q̄ in tuis laborares tā q̄ alienis abstineres. Tu gratiæ nostræ tā q̄ alijs reb⁹ vtereris pepcisti: ⁊ ex bonoꝝ rib⁹ nostris nihil ad te nisi voluptas ⁊ īpensa ptinuit. Nūq̄ indulgētia ad vtilitatez respexit. Nō potes itaq̄ in erecto filio desiderare: quæ incolumi nūq̄ ad te ptinere dixisti.

Alio oīs consolatio mihi vertēda est: vnde vera vis materni doloris oriē. Ego complexu filij charissimi careo. nō cōplexu ei⁹: nō sermōe fruor: vbi est ille quo viso tristem vultū relaxassem: in quo oēs sollicitudines meas dispposui: vbi colloq̄a quoꝝ inexplebilis erā: vbi studia quib⁹ libenti⁹ q̄ fœmina familiari⁹ q̄ mater intererā: vbi ille occursus: vbi mater visa ⁊ filialis puerilis hilaritas. Adijcis istis loca ipsa gratulationuꝝ ⁊ cōuictuū: ⁊ vbi necesse est efficacissimas ad vexādos aīos recētis cōuersatiōis notas. Nam hic quoq; aduersus te crudeliter fortuna molita est: q̄ te ante. xiij. diē q̄ pcussus sū: securā nec quicq̄ tale metuentē aggredi voluit. bene nos lōginq̄tas locoꝝ diuiserat. Bene aliquot annoꝝ absentia huic te malo præparauerat: rediſti nō vt voluptatē ex filio pcipes: sed ne cōsuetudinē desiderij pderes si multo antea fuisses fortius tulisses ipso interuallo desideriū molliēte: si vo recessisses vltimū certe fructū biduo diu⁹ videndi filiū tulisses. Nūc crudele fatū ita cōposuit: vt ne fortunæ meæ īteresses: nec absenti assuesceres. ℔ quanto ista duriora sunt tāto maior tibi vir⁹ aduocāda est: ⁊ velut cū hoste noto: ac sæpe iā victo acrius est cōgrediendū. nō ex intacto corpe tuo sanguis hic fluxit: p ipsas cicatrices pcussa es. non est q̄ vtaris excusatiōe noīs muliebris: cui pene cōcessum est: īmo datū in lachrymas ius nō īmēsum tamē. ⁊ ideo maiores. x. mēsiū spaciū lugētib⁹ viros dederūt: vt cū ptinacia muliebris mæroris publicā cōstitutionē desideret: nō ꝓhibuerūt luct⁹ ℔ finierūt. naz ⁊ infinito dolore cum aliquē ex charissimis amiseris affici: stulta indulgētia est: ⁊ nimis inhumana duricia. Optimū inter pietatē ⁊ irā tēperamētū est: ⁊ sentire desideriū ⁊ opprimere.

Dn est q̄ ad quasdā fœminas respicias quaꝝ tristiciā sumptam mors finit. Nosti quasdā quæ amissis filijs impposita lugubria nunq̄ exuerūt. At te plus exigit vita ab initio fortior: nō pōt muliebris excusatio cōtingere ei a quo oīa vicia muliebria abfuerunt. Nō te maximū sæculi malū impudicitia in numeꝝ pluriū adduxit. Nō gēmæ te margaritæ fulserūt. Nō tibi diuitiæ velut maximū generis humani bonū reflexerūt. Nō te bene ī antiqua ⁊ sæuera īstituta domo pniciosa etiā pbis prior detorsit imitatio quātæ fæcūditatis tuæ quasi exprobaret ætatē puduit. Nūq̄ in ore aliaꝝ quib⁹ oīs cōmendatio ex forma petit: tumescētē vterū abscōdisti: quasi indecēs onus: nec intra viscera tua cōceptus spes liberoꝝ elisisti. Nō faciē lenocinijs aut colorib⁹ polluisti: nūq̄ tibi placuit vestis quæ ad nihil aliud est exigēda q̄ vt nuda cōponeret. vnicū tibi ornamentū pulcherrima ⁊ nulli obnoxia ætati forma maximū decus visa est pudicitia. Nō potes itaq̄ ad obtinendū dolorez muliebre nomen prætendere: ex quo te virtutes tuæ seduxerunt. tantum debes a fœminaꝝ lachrymis abesse: q̄tū a vicijs. nec fœminæ quidē te sinēt intabescere vulneri tuo: ℔ leuioꝝ

necessario mœrore cito defunctã iubebũt exurgere. Si modo illas intueri voles fœminas q̃s cõspecta virt⁹ intra magnos viros posuit. Cornelia ex. xij. liberis ad duos fortuna redegit. Si numerare funera Corneliæ velles: amiserat. x. si æstimare amiserat gracchos: flentibus tamen circa se: & factum eius execrantib⁹ interdixit ne fortunã accusarent: quæ sibi filios gracchos dedisset: ex hac fœmina debuit nasci qui diceret in concione: tu matri meæ maledicas: quæ me pepit: multo mihi videt animosior vox matris. Fili⁹ magno æstimabat gracchor⁹ natales mater & funera. Inutilia coctã filium secuta est in exilium: & vsq; eo fuit indulgentia constricta: vt mallet exilium pati q̃ desiderium: nec autẽ in patriã q̃ cum filio rediit. Eũdẽ iam reductũ: & in. H. P. florentẽ tam fortiter amisit q̃ secuta est: nec quicq̃ lachrymis eius post elatũ filiũ notauit: in expulso virtutẽ ostendit: in amisso prudentiã. Nã & nihil illaz a pietate deterruit: & nihil in tristicia superuacua stultaq; detinuit. cum his te numerare fœminis volo: quarũ vitã semp imitata es: earũ in coercenda cõprimendaq; ægritudine optime sequeris exẽplum. scio rẽ nõ esse in nostra potestate: nec vllum affectũ seruire. Nimirũ eo cum qui ex dolore nascit. Ferox enĩ & aduersus omne remediũ cõtumax est. volum⁹ eũ interim obruere: & deuorare gemitus: p ipsuz tamẽ cõpositũ fictũq; vultũ. Sz cũ lachrymæ pfundunt: ludis interim aut gladiatoribus animũ occupamus. Aut illũ inter ipsa quibus aduocamur spectacula leuis aliqua desiderij nota subiuit. Ideo melius est illũ vincere q̃ fallere. Nam qui delusus & voluptatib⁹: aut occupationibus abductus est: refugit. & ipsa quiete impetum ad sæuiendum colligit. Aut quisquis rationi cessit: imperpetuum componitur. Non suz itaq; mõstraturus illa: quib⁹ vsus multos esse scio: vt pegrinatiõe te vel longa detineas: vel amœna delectes: vt rationũ accipiẽdaz diligẽtia patrimonij admĩstratiõe multum occupes tẽporis: vt semp nouo te aliquo negocio iplices. Nã ista ad exiguũ momẽtuz pfunt: nec remedia doloris: sed impedimẽta sũt. Ego aũt malo illũ desinere q̃ decipi. Itaq; illo te duco quo oĩbus qui fortunã fugiũt cõfugiendũ est: ad liberalia studia. illa sanabunt vulnus tuũ: illa oẽm tristiciã tibi euellẽt. bis & si nunq̃ assuesces nũc vtenduz erat: si q̃tuz tibi patris mei antiqu⁹ rigor pmisit oẽs bonas artes: nõ q̃dẽ cõprehẽdisti: attigisti tamen Vtinã quidẽ virorz optimus pater meus minus maiorz cõsuetudini deditus: voluisset te sapiẽtiã præceptis erudiri pot⁹ q̃ inbiberi. Nõ parãdũ tibi nũc cõtra fortunã esset auxilium sed pferendũ: ppter istas quæ litteris nõ ad sapiẽtiã vtunt: sed ad luxuriã construũt: min⁹ enĩ indulgere studijs passus est: beneficio tamẽ rapacis ingenij pluscq̃ p tpe hausisti. Iacta disciplinaz omniũ fundamẽta. Nũc ad illas reuertamur: tutam te præstabũt: illę consolabuntur: illę delectabunt: illę si bona fide animum tuum intrauerint: nunq̃ amplius intrabit dolor: nnnq̃ sollicitudo: nunq̃ afflictionis irritæ superuacua vexatio. Et nulli horũ patebit pectus tuum. Nam cæteris vicijs iampridẽ dusuz est. Hæc quidẽ certissima præsidia sunt: & quæ sola te fortunæ eripere possunt. sed quia dũ in illũ portũ quem tibi studia promittũt pueneris: adminiculis quib⁹ imitaris opus est: volo & interim solacia tua tibi ostẽdere. Respice fratres meos: quib⁹ salvis fas tibi nõ est accusare fortunã. In vtroq; habes q̃ te diuersa virtute delectet. alter honores industria cõsecut⁹ est: alter sapiẽter cõtẽpsit. Æquę esce alteri⁹ filij dignitate: alteri⁹ quiete: vtriusq; quoq; pietate. Noui fratz meoz intimos affectus: alter in hoc dignitatẽ excolit: vt tibi ornamẽto sit: alter i hoc se ad tranquillã quietamq; vitã recæpit: vt tibi vacet: bene liberos tuos: & in auxiliũ: & in oblectamẽtũ fortuna disposuit. poteris alteri⁹ dignitate defendi: alteri⁹ ocio frui. Certabũt vitæ officijs: & vnius desideriuz duoz pietate supplebit: audacter possum promittere: nihil tibi deerit præter numerũ. ab his nepotes quoq; respice. N. blãdissimũ: ad cuius cõspectũ nulla põt durare tristicia. nihil tã magnũ: nihil tã recẽs in cuiusq; pectore fuerit: q̃ nõ circũfusus ille pmulceat cui⁹ nõ lachrymas illius hilaritas supprimat: cui⁹ nõ contractũ sollicitudine animũ illi⁹ argutiæ soluãt: quẽ nõ in iocos vocabit illa lasciuia: quæ dũ in se cõuertet & abducet infixuz cogitatiõibus: illa neminẽ saciatura garrulitas. Deos oro cõtingat hũc habere nobis superstitẽ. In me oĩs fatoz crudelitas laxata cõsistat. quicq̃d matri dolendũ fuerit in me trãsierit Floreat reliqua in suo statu turba: nihil de orbitate: nihil de cõditiõe mea querar. Fuerim tantũ nihil ampli⁹ dolituræ domus piamẽtũ. tene in gremio tuo cito tibi daturã pnepotes nouaculã quã sicĩ me trãstulerã: sic mihi ascripserã vt possiz videri q̃ me amisit q̃uis saluo patre pupillã hãc: & p me dilige. Abstulit illi nup fortuna matrẽ suã: tua põt efficere pietas

vt pdidisse matrem doleat tantum nō ⁊ sentiat. nūc mores eius cōpone: nūc formā. Ab his præcepta descēdūt: quæ teneris imp̄munē ætatib⁹: tuis assuescat sermōib⁹. Ad tuū formet arbitriū: multum sibi dabis etiā si nihil dederis præter exēplum. Hoc iā tibi solenne offi/ ciū pro remedio erit. Nō pōt animū pie dolentē a sollicitudine auertere: nisi aut oratio: aut honesta occupatio. numerares inter magna solacia patrē quoq; tuū nisi abesset. nūc tamen ex affectu tuo quid illi⁹ intersit cogita: intelliges quāto iustius sit te illi seruari q̄ mihi im/ pendi. quoties te īmodica vis doloris inuaserit: ⁊ sequi te videbis patrē cogita. Tu tot qui dem nepotes pronepotesq; dando effecisti: ne vnica esses. cōsūmatio tamen ætatis a te fœli/ citer in te vertitur. Illo vno nefas est te q̄ vixeris queri.

Maximū adhuc solaciū tuū tacuerā sororē tuā illud fidelissimum pectus tibi: in quo oēs curæ tuæ p̄ indiuiso trāsferunt: illū aīm oīb⁹ nobis maternū cū hac tu lach/ymas tuas miscuisti: in hac tu primū respirasti. Illa quidē affectus tuos sequit. In mea tamē p̄sona nō pro te dolet: illius manib⁹ in vicem prolat⁹ sum: illius pro materno q̄ nutricio p̄ longū tēpus æger conualui. Illa p̄ questura mea gloriā extendit ⁊ gratiā: ⁊ quæ nūc sermōis q̄dez: aut date salutatiōis sustinuit audaciā: p̄ me vicit indulgētia: verecūdia: nihil illi seductū vitæ gen⁹: nihil modestia: ⁊ in tāta fœminæ p̄tulātia rustica: nihil q̄es: nihil secreti ⁊ ad ociū repositi mores obstiterūt. quomin⁹ p̄ me etiā ambitiosa fieret. hæc est mater charissima solaciū quo reficiaris. Illi q̄tū potes te iūge: illi⁹ artissimis amplexib⁹ al/ligata solēt. merētes ea quæ maxime diligunt fugere: ⁊ libertatē dolori suo quærere. Tu ad illā te ⁊ quicq̄d cogitaueris confer: siue seruare habitū illū voles: siue deponere apud illam īuenies vel finē dolori tuo: vel comitē. sed si prudētiā p̄fectissime fœminæ noui nō patiet te nihil p̄ futuro mœrore consumi: ⁊ exēplū tibi suū cuius ego etiā spectator fui narrabit. Pri/mus virū amiserat auūculū nostr̄: cui virgo nupserat: in ipsa quidē nauigatiōe tulit tamē eodē tpe: ⁊ luctū: ⁊ mœtū: euictisq; tēpestatib⁹ corpus ei⁹ naufraga euexit. O q̄ multarum egregia opa in obscuro iacent: sed si huic illa simplex annumerādis virtutibus cōtigisset an/tiq̄tas quāto ingenior̄ certamine celebraret vxor: quæ oblita etiā imbecillitatis: oblita etiā metuēdi firmissimis maris caput suū periculis p̄ sepultura obiecit: ⁊ dum cogitat de viri funere nihil de suo timuit. nobilitaretur carminibus hominū: quæ se pro coniuge vicariā dedit. hoc amplius est discrimen vitæ sepulchrum viro quærere. maior est amor qui pari periculo minus redemit. post hoc nemo miratur q̄ per. xvi. annos quibus maritus ei⁹ ægy/ptum obtinuit: nunq̄ in publico conspecta est. Neminem prouinciales in domum suā ad/misit: nihil a viro petijt: nihil a se peti passa est. Itaq; loquax ⁊ ingeniosa in contumelias perfectorum prouincia in qua etiā qui vitauerunt culpam non effugerunt: infamiam velut vnicum sanctitatis exemplum suspexit. ⁊ q̄ illi difficilimum est cui etiaz periculosi sales pla/cent: omnē verborum licentiā continuit: ⁊ hodie similem sibi q̄uis nūq̄ speret semp optat. multū erat si per. xvi. dies illam prouinciam probasset: plus est q̄ ignorauit. hoc non ideo refero vt eius laudes exequar: quas circūscribere potius est q̄ partē trāscurrere: sed vt intel/ligas magni animi esse fœminā quā nō ambitio: non auaricia: cōmites omnis potentiæ ⁊ pestis vicerunt. non mœtus mortis eam ex armata naui naufragiū suuz spectantē deterruit quomin⁹ ex animi viro hæc haberet: non quæreret quēadmodū inde exiret: sed quēadmo/dum efferret. huic parem virtutez exhibēres oportet: ⁊ animū a luctu recipias: ⁊ id agas ne quis te putet par⁹ tui pœnitere. cæterq; quia necesse est cū oīa feceris cogitatiōes tamē tuas subinde ad me recurrere: nec quēq̄ nūc ex liberis tuis frequēti⁹ tibi obseruari: non quia illi mihi min⁹ chari sit: sed q̄a naturale est manus sæpius ad id decurrere q̄ dolear: qualē me cogites accipe lætū ⁊ alacrē velut optimis reb⁹. sūt autē optima: quoniaz anim⁹ oīs cogita/tiōis expers opibus suis vacet: ⁊ modo se leuioribus studijs oblectat: modo ad cōsiderādā sui vniuersiq̄ naturā veri: auidus insurgit. terras primū situmq̄ eaz quærit. deinde cōditio/nem circūfusi maris: cursusq; eius alternos ⁊ recursus. tūc quicq̄d inter cœlū terrasq; plenū formidinis interiacet pspicit: ⁊ octone tribus fulminibus ventoz flatib⁹: ac nimbor̄ ni/uisq; ⁊ grādinis iacent: tumultuosum spacium: tunc peragratis humilioribus ad summa prorupit: ⁊ pulcherrimo diuinorum spectaculo fruitur: æternitatis suæ memor in omne q̄d fuit: futurumq; est euadit omnibus sæculis. Amen.

Explicit liber Senecæ ad Albinam de consolatione

Lucij Annei Senecæ ad Serenum incipit liber primus de tranquillitate vitæ.

Nquirenti mihi in me quædaz vicia: apparebant Serene in aperto po
sita quæ manu præciderem: quædaz obscuriora ⁊ in recessu: quædaz
non continua: sed ex interuallis redeuntia: quæ vel molestissima dixe
rim: vt hostes vagos: ⁊ occasionibus assilientes: per quos neutꝛ licet:
nec tancꝫ in bello: nec tancꝫ in pace securum. Illum tamen habitum in
me maxime deprehendo. Quare enim non sine causa: verum vt medi
co fatear: ne bona fide liberatum eis quæ timebam ⁊ oderam. Nec rur
sus obnoxiuz in statu vt nō pessimo: ita maxime quærulo ⁊ morboso positus suz: nec ægro
to nec valeo. Non est q̄ dicas omnium virtutum tenera esse principia tempoꝛe ipsis du
ramentum ⁊ robur accedere. Non ignoro etiam quæ in speciem laboꝛant: dignitatem dico
⁊ eloquentiæ famam: ⁊ quicquid ad alienum suffragium venit: moꝛa conualescere: ⁊ quæ
veras vires parant: ⁊ quæ ad placendum fuco quodaz subꝛumpantur: expectant annos do
nec paulatim colorem diuturnitas ducat. Sed ego vereoꝛ: ne consuetudo quæ reb⁹ affert
constantiaz: hoc vicium in altius figat. Tam bonoꝛum cꝫ maloꝛuz longa conuersatio amo
rem inducit. Hæc animi inter vtrunꝫ dubij: nec ad recta fortiter: nec ad prava vergens i
firmitas: qualis sit: non tam semel tibi possum: cꝫ per partes ostendere. Dicam quæ acci
dant mihi: tu moꝛbo nomen inuenies. Tenet me summus amoꝛ parsimoniæ: fateoꝛ. Pla
cet non ambitione cubile compositum: non ex arcbula prolata vestis: nō ponderibus: aut
mille tormentis splendere cogentibus expressa: sed domestica ⁊ vilis nec seruata nec sumen
da sollicite. Placet cibus quem non parent familiæ: nec spectent. Non ante in multos pa
ratus dies: nec multoruz manibus ministratus: sed parabilis facilisꝫ: nihil habeat acces
siti precio: sed habilibus: non defuturus: nec de patrimonio grauis: nec coꝛpoꝛi non redi
turus quacꝫ interuenit. Placet minister incultus ⁊ rudis vernula: argētum graue rustici
patris: sine vllo opere ⁊ nomine artificis: ⁊ mensa nō varietate macularum conspicua: nec
per multas elegantium dominoꝛum successiones ciuitati nota: sed in vsuz posita: quæ nul
lius conuiuæ oculos: nec voluptate moꝛetur: nec accendat inuidia. Cum bene ista placue
runt: perstringit animum apparatus alicuius pædagogi: de luxuria prædictoꝛum diligen
tius cꝫ iam intra latus vestita ⁊ auro culta mancipia: ⁊ a gratia seruoꝛum nitentium. Jam
domus etiaz quæ calcat precioſa: ⁊ diuitijs per omnes angulos dissipatis: tecta ipsa ful
gentia: ⁊ assentatoꝛ comesꝫ patrimonioꝛum pereuntium populus. Quid proꝛumpentes ad
riuum aquas: ⁊ circumfluentes ipsa conuiuia? Quid epulas loquar scænas: sua dignita
te dignas? Circumfundit me ex longo frugalitatis situ venientem: multo splendoꝛe luxu
ria ⁊ vndiqꝫ circumsonuit. Paulum titubans: acies facilius aduersus illam animum cꝫ
oculos attollo. Recedo itaqꝫ non peioꝛ: sed tristioꝛ. Nec inter illa frivola mea tam altus in
cedo: tantusqꝫ moꝛsus subit ⁊ dubitatio: nunquid illa meliora sunt? nihil horum me mu
tat: nihil tamen non concutit. Placet vim præceptoꝛum sequi: ⁊ in mediaz ire rempubli
cam. Placet honoꝛes fasceſqꝫ: non si purpura aut ⁊ virgis abductum capescere: sed vt ami
cis propinquisue: ⁊ omnibus ciuibus: omnibus deinde moꝛtalibus paratioꝛ vtilioꝛqꝫ sim
promptus compositus. Sequoꝛ Zenonem: Cleantem: Chrysippum: quoꝛum tamen ne
mo ad rempublicam accessit: ⁊ nemo non misit aliquam animam insolitam arietari pmi
sit vbi aliquid occurrit: aut indignum vt in omni vita humana multa sunt: aut parum ex
facili fluens: aut multum temporis rei non magno æstimandæ præposcerunt. Ad ocium
conuertoꝛ: ⁊ quemadmodum pecoꝛibus fatigatis quoqꝫ velocioꝛ demum gradus est. Pla
cet intra parietes suos vitaz cohercere: nemo vllum auferat diem: nihil dignum tanto im
pendio redditurus sibiipse animus habeat: se colat: nihil alieni agat: nihil quod ad iudi
cem spectet. Ametur expers publicæ priuataqꝫ curæ tranquillitas: sed vbi lectio fortioꝛ ere
xit animum: aculeos subdiderunt exempla nobilia. Prosilire libet in foꝛum commendare
alteri vocem: alteri operam: etsi nihil profuturam: tamen conaturam alicuius prodesse: co
hercere in foro superbiam male secundis rebus elati. In studijs puto mehercule melius esse
res ipsas intueri: ⁊ harum causa loqui: cæteruz verba rebus permittere: vt qua duxerint:

hac inelaborata sequatur oratio. Quid opus est sæculis durata componere? Vis tu non id agere: ne te posteri taceant. Morti natus es: minus molestiarum habet fun⁹ tacitum. Itaq; occupandi temporis causa in vsum tuum: non in præconium aliquid simplici stilo scribe: minore labore opus est studentibus in diem. Kursus vbi se animus cogitationis magni⁹ tudine leuauit: ambitiosus in verba est: altusque vt sperare: ita eloqui gestit: ⁊ ad dignitatem rerum exit oratio. Oblitus tamen legis pressioris que iudicij sublimis feror: ⁊ ore tantū modo: ne singula diutius prosequar: in omnibus rebus hæc me sequitur bonæ mentis infirmitas: cui ne paulatim defluam vereor: aut quod est sollicitius ne semper casuro similis pendeam: ⁊ plus fortasse sit q̄ quod prouideo. Familiariter enim domestica aspicim⁹: ⁊ semp iudicio fauor officit. Puto multos potuisse ad sapientiam peruenire: nisi putassent se peruenisse: nisi quædam in se dissimulassent: quædam apertis oculis transiliissent. Non est enim q̄ magis aliena iudices adulatione perire q̄ nostra. Quis sibi verū dicere ausus est? Quis non inter adulantium: blandientiumque positus greges: plurimum tamen sibi ipse assentatus est? Rogo itaq; si quod habes remedium: quo hanc fluctuationem meam sistas: dignum putes me: qui tibi tranquillitatem debeam. non esse periculosos motus animi: nec quicq̄ tumultuosi afferentis scio. vt vera tibi similitudine: id de quo quero: exprimā: non tempestate vexor: sed nausea. detrahe ergo quicquid hoc est mali: ⁊ succurre in conspectu terrarum laboranti.

Nunc incipit de stabilitate mundi.

Vero mehercule iamdudum Serene: ipse tacitus: cui talē affectum animi similē putem. Nec vllius proprius admoneri exemplo: q̄ eorum qui ex lōga ⁊ graui valitudine expliciti mouunculis: leuibusque interim offensis perstringuntur: ⁊ quum reliquias effugerint: suspitionibus tamen inquietantur: medicisque iam sani manum porrigunt: ⁊ omnem calorem corporis sui calumniantur. Horum Serene nō parum est corpus sanum: sed sanitati parum assueuit. Sic est quidam tremor etiam trāquilli maris: vt lacus qui ex tempestate requieuit. Opus est itaq; non illis duriorib⁹ quæ etiam transcurrimus vt alicubi obstes tibi: alicubi trascaris: alicubi stes grauis. Sed illud quod vltimum venit vt fidem tibi habeas: ⁊ recta ire via credas. Nihil aduocaturis transuersis multorum vestigijs passim discurrentium: quorundam circa ipsam errantium viaz. Quod desideras autē magnum ⁊ summum est: deoq̄ vicinum: non concuti. Hanc stabilem animi sedem: græci eximiam vocant: de qua Democriti volumen egregium est. Ego enim tranquillitatez voco. nec enim immutari ⁊ transferre verba ad illorum formam necesse est. Res ipa de qua agit aliquo signanda nomine est: q̄ appellationis græcæ vim debet habere: nō facē. Ergo quærimus: quomodo animus semper æqualis: secundoque cursu eat: propitiusque sibi sit: et sua lætus aspiciat: ⁊ hoc gaudium non interrumpat: sed placido statu maneat: nec attollēs se vnq̄: nec deprimens. Id trāquillitas erit. Quomodo ad hanc peruenire possit in vniuersum quæramus? Sumes tu ex publico remedio quantum voles. Totum interim vicium in medium protrahendum est: ex quo cognoscet quisque partem suam. Si multum intelliges: quanto minus negocij habeas: cum fastidio tui: q̄ hi quos ad professionem speciosaz alligatos: ⁊ sub ingenti titulo laborantes: in sua simulatione pudor magis q̄ voluntas tenet. Omnes in eadem causa sunt: ⁊ hi qui leuitate vexantur: ac tedio: assiduique mutatiōe propositi: quibus semper magis placet quod dereliquerint: ⁊ illi qui marcent ⁊ oscitantur. Addice illos qui non aliter q̄ quibus difficilis somnus versant se: ⁊ hoc atq̄ illo modo cōponunt: donec quietem lassitudine inueniant: statum vitæ suæ formando. Subinde in eo nouissime manent: in quo illos non mutandi odium: sed senectus ad nouandum pigra deprehendit. Addice illos qui non inconstantiæ vicio parum leues sunt: sed inertia viuunt non quomodo volunt: sed quomodo cœperunt. Innumerabiles deinde proruerates sunt: sed vnus effectus vicij: despicere sibi: hoc oritur ab intemperantia animi cupiditatibus timidis: aut parum prosperis: vbi aut non audent: quantum concupiscunt: aut non consequuntur: ⁊ in spem tori prominent: semper instabiles mobilesque sunt. Quod necesse est accidere pendentibus: ad vota sua omni via pendent: ⁊ inhonesta se ac difficilia docent: cogunt q̄. Et vbi sine premio labor est: torquet illos irritus decus. Nec dolent se prava frustra voluisse. Tunc illos ⁊ pœnitentia cœpti continet: ⁊ incipiendi timor. Surripit q̄ illa iactatio

animi non inuenientis exitum. Quia nec cupiditatibus ſuis imperare: nec obſeq; poſſunt. Et cunctatio vitæ parum ſe explicantis: ⁊ inter deſtituta vota torpentis animi ſitus. Quæ omnia grauiora ſunt vbi odio infœlicitatis operoſæ ad ocium profugerunt: ad ſecreta ſtudia: quæ pati non poteſt animus ad ciuilia rectus: agendique cupidus: ⁊ natura inquietꝰ parum quidem in ſe ſolatiorum habens. Ideoq; detractis oblectationibus: quas ipſe occupationes diſcurrentibus præbent: domum ſolitudines parietes non fert: inuitus aſpicit ſe ſibi relictus eſt. Hinc illud eſt tedium: ⁊ diſplicentia ſui: ⁊ nuſq; reſidentis animi volutatio ⁊ ocij ſui triſtis atq; ægra patientia. Vtiq; vbi cauſas fateri pudet: tormenta itorſus agit verecundia: in anguſto incluſæ cupiditates ſine exitu ſeipſas ſtrangulãt. Inde mœror marcorque: ⁊ ille fluctus mentis incertæ: quam incobatæ habent ſuſpenſam: deploratam: triſtẽ Inde ille affectus ocium ſuum deteſtantium: quærentiumque nihil ipſos habere qd agãt: ⁊ alienis incrementis inimiciſſima inuidia. Elit enim liuorem infœlix inertia: ⁊ omnes deſtrui cupiunt: quia ſe non potuerunt prouehere. Et ex hac animaduerſatione aliorum proceſſuum: ⁊ ſuorum deſperatione obiraſcens fortunæ animus: ⁊ de ſæculo quærens: ⁊ in angulos ſe trahens: ⁊ pœnæ incubans ſuæ: dum tedet ſui pigetque. Natura enim humanus animus agilis eſt: ⁊ pronus ad motus. Grata omnis illi excitandi ſe: abſtrahendique materia eſt. Gratior quibuſdam peſſimis ingenijs: quæ occupationibus libenter deteruntur: vt vlcera quædam nocituras manus appetunt: ⁊ tactu gaudent. Et fœdaz corporum ſcabiẽ delectat quicquid exaſperat. Non aliter dixerim his mẽtibus in quas cupiditates velut mala vlcera erumpunt: voluptati eſſe laborem vexationemque. Sunt enim quædã quæ corpꝰ quoq; noſtrum cum quodam dolore delectant: vt verſare ſe ⁊ mutare: nondum feſſum latꝰ ⁊ alio atq; alio poſitum ventilari. Qualis ille homericus achillei eſt: modo pronus: modo ſupinus: in varios actus ſe ipſe componens. Quod proprium ægri eſt: nihil diu pati: ⁊ mutationibus vt remedijs vti: inde peregrinationes ſuſcipiũtur vagæ: ⁊ litora pererrant: ⁊ modo mari ſe: modo terra experitur: ſemper præſentibus infeſta leuitas. Nunc Cãpaniã petamus: iam delicata faſtidio ſunt: inculta videantur. Butios ⁊ lucanos ſaltus ꝓſequamur. Aliquid tamẽ inter deſerta amœni requiratur: in quo luxurioſi oculi longo locorum horrentium ſqualore releuentur. Tarentuz petatur: laudaturque portus: ⁊ hyberna cœli mitioris: ⁊ recto velantis: quæ ſatis opulenta turbæ eſt. Jam flectamus curſum ad vrbem: nimis diu a plauſu ⁊ fragore aures vacauerũt. Juuat iam ⁊ humano ſanguine frui. Aliud ex alio ſuſcæperunt: ⁊ ſpectacula ſpectaculis mutantur: vt ait Lucretius. Hoc ſe quiſq; modo ſemper fugit: ſed quid prodeſt ſi non effugit: ſequitur ſe ipſe ⁊ vriget grauiſſimꝰ comes. Dẽs itaq; ſcire debemus: non locorum vicium eſſe quo laboramus: ſed noſtrum. Infirmi ſumꝰ ad omne tolerandum: nec laboris patientes: nec voluptatis: nec noſtræ nec vllius rei diutius. Hoc quoſdaz ægit ad mortem: ꝙ propoſita ſæpe mutando: in eadem reuoluebantur ⁊ non reliquerant nouitati locum. Faſtidio illis eſſe cœpit vita: ⁊ ipſe mũdus: ⁊ ſubit illud rabidarum delitiarum quouſq; eadem.

De exercitatione animi.

Duerſus hoc tedium quo auxilio putem vtendum quæris. Optimum erat vt ait Athenodorus actione rerum: ⁊ reipublicæ tractatione: ⁊ officijs ciuilibꝰ ſe detinere Nam vt quidam ſole aut exercitatione ⁊ cura corporis educũt. Athletiſque vtiliſſimum eſt: lacertos ſuos: roburque cui ſe vendicauerũt: maiore temporis parte nutrire. Ita nobis animum ad rerum ciuilium tutamen parantibus in opere eſſe non longe pulcherrimum eſt. Nam cum vtilem ſe efficere ciuibus mortalibuſque propoſitum habeat ſimul exercetur ⁊ proficit: ⁊ qui medijs ſe officijs poſuit: communia priuataque pro facultate admiſtrans. Sed quia in hac inquit tam inſana hominum ambitione: tot calumniatoribus ĩ deterius recta torquentibus parum tuta ſimplicitas eſt: ⁊ plus futurũ ſemper eſt qd obſtet q̃ qd ſuccedat: a foro quidem ⁊ publico recedenduz eſt. Sed habet vbi ſe etiam in priuato lare explicet magnus animus. Nec vt leonum animaliumque impetus: caueis cohercetur. Sic hominum quorum maximæ in ſeductu actiones ſunt. ita tamen delituerit: vt vbicũq; ocium ſuum abſconderit: prodeſſe velit ſingulis ⁊ vniuerſis: ingenio: voce: conſilio. Nec enim is ſolus reipublicæ prodeſt: qui cãdidatos extrabit: ⁊ tuetur reos: ⁊ de pace belloque cenſet. Sed qui iuuentutem exortatur: qui in tanta bonorum præceptorum inopia: virtute

instruat animos: qui ad pecuniam luxuriamque cursu ruentes prensat ac retrahit: etsi nihil aliud recte moratur: in priuato publicum negocium agit. Nā ille plus præstat qui inter peregrinos & ciues: aut vrbanos: prætor adeuntibus assessoribus verba pronunciat: q̄ quid sit iustitia: quid pietas: quid sapientia: quid fortitudo: quid mortis contemptus: quid deor̄ intellectus: quantum hominum sit bona conscientia. Ergo si tempus in studia cōferas: q̄ subduxeris officijs non deseruieris: nec minus detractaueris. Neq̄ enim ille solus militat q̄ in acie stat: & cornu dextrum leuumque defendit. sed qui portas tuetur: & statione min⁹ periculosa: non ociosa tamen fungitur: vigiliasque seruat: & armentario præest. Quæ ministeria quāuis incruenta sint: in numerum stipendiorum veniunt. Si te ad studia reuocaueris omne vitæ fastidium effugeris: nec nocte fieri optabis tedio lucis: nec tibi grauis eris: nec alijs superuacuus: multos in amicitiam attrahes: affluetque ad te optimus quisq̄. Nunq̄ enim quāuis obscura virtus latet: sed mittit sui signa. Quisquis dignus fuerit: vestigijs illam colliget. Nam si omnem conuersationem tollimus: & generi humano renunciamus: viuimusque in nos tantum conuersi. sequitur hanc solitudinem omni studio carentē inopia rerum agendarum. Incipiemus ædificia: & alia ponere: alia subuertere: & mare submouere: & aquas contra difficultates locorum educere: & male dispensare tempus: quod nobis natura consummandum dedit: alij parce illo vtimur: alij prodige: alij sic impendimus vt possimus rationem reddere: alij vt nullas habeamus reliquias. Quare nihil turpius est q̄ grandis natu senex: qui nullum aliud habet argumentum quo se probet diu vixisse: præter ætatem. Mihi charissime Serene nimis videtur submisisse temporibus se Athenodorus: nimis cito refugisse. Ne ego negauerim aliquando cedendum: sed sensim relato gradu: et saluis signis: salua militari dignitate. Sanctiores tutioresque sunt hostibus suis: q̄ in fidē cum armis veniunt. Hoc puto virtuti faciendum: studioso virtutis. si præualebit fortuna: & præcidet agendi facultatem: non statim aduersus inermisque fugiat latebras quærens: quasi nullus locus sit in quo non possit prosequi. Sed parcius se inferat officijs: & cuz delectum inueniat aliquid: in quo vtilis ciuitati sit. Militares non licet honores spectet priuato viuendum est: sic oratori silentium indictum est: tacita aduocatione ciues iuuet: periculosum etiam in ingressu fori est. In domibus: spectaculis: in conuiuijs bonum contubernalem: amicum fidelem: temperantem conuiuaz agat officia si cuius admiserit hominis exerceat. Ideo magno animo nos non vnius vrbis mœnijs clusimus: sed in totius orbis cōmercium emisimus. Patriamque nobis mundum professi sumus. Vt liceret latiorem virtuti campum dare: præclusum tibi tribunal est: & rostris prohiberis: aut comitijs. Respice post te quantum latissimarum regionum pateat: quantum populorum. Nunq̄ tibi ita magna pars obstruetur: vt non maior relinquatur. Sed vide ne totum istud vicium tuum sit. Non vis enim nisi consul: aut pretanis: aut cerix: aut fasces: administrare rempublicam. Quid si militare nolis: nisi imperator aut tribunus: etiam si alij primam frontem tenebūt: te sors inter precarios posuit. Inde voce: adhortatione: exēplo: animo milita: preciosis q̄q̄ manibus. Ille in prælio inuenit q̄ partibus conferat: qui stat tamen & clamore iuuat. Tale quiddam facies si a patria te reipublicæ parte fortuna submouerit. Stes tamen & silētio iuues: si quis fauces oppressisset. Stes tamen & clames. Nunq̄ inutilis est opera ciuis boni. Auditus eius visusque: vultu: nutu: obstinatione tacita: incessuque ipso prodest. Vt salutaria quæ circa gustum: tactumque odore proficiunt. Ita virtus vtilitatem etiam ex longinquo & latens fundit: siue patiatur & sentiatur suo iure: siue precarios habet excessus: cogiturque vela contrahere: siue ociosa: mutaque est & angusto circunscripta: siue adaperta: in quocunq̄ habitu est prosit. Quid tu parum vtile putas exemplum bene quiescentis? Longe itaq̄ optimum miscere ocium rebus: quotiens actuosa vita impedimētis: fortuitis: aut ciuitatis conditione prohibetur. Nunq̄ enim vsq̄ eo intercluſa sunt omnia: vt nulli actioni locus honestæ sit. Nunquid potes inuenire vrbem miseriorem q̄ Athenienſium fuit: Cum illam triginta tyranni vinciellerent: mille trecentos ciues optimum quenq̄ occiderant. Nec finem ideo faciebant: sed irritabat seipsam sæuicia. In qua ciuitate erat arnophagos religiosissimum iudicium. In qua senatus: populusque senatui similis cohibat. Quotidie carnificum triste collegiuz: & infœlix curia tyrannis. Angusta poterat ne illa ciuitas conquiescere in qua tot tyranni erant: quot satellites erant? Nec spes quidem nulla recipiendæ libertatis

animis poterat offerri. Nec vlli remedio locus apparebat contra tantaꝫ vim maloꝝ. Vnde enim miseræ ciuitati tot armodios: Socrates tamen in medio erat: ⁊ lugentes patres con/ solabatur: ⁊ desperantes de republica exhortabatur: ⁊ diuitibus opes suas mœrentibus ex/ probabat. Seram periculosæ auaritiæ pœnitentiam: ⁊ imitari volentibus magnum circũ/ ferebat exemplar. Cum intra triginta dominos liber incideret. Hunc tamen Athene ipse in carcere occiderunt. Et qui tuto insultauerat agmini tyrannorum: cuius libertatem libertas non tulit. Et vt scias in afflicta republica esse occasionem sapienti viro ad se proferendum: ⁊ in florenti ac beata pecuniam: inuidiam: mille alia vicia inermia regnare. Vtcunꝯ ergo se respublica dabit: vtcũꝯ fortuna permittet: ita aut explicabimus nos: aut contrahemus. Vtiꝯ mouebimus: nec alligati mœtu torpebimus. Immo ille vir fuerit: qui periculis vn diꝯ imminentibus armis circa ⁊ cathenis frementibus nõ alliserit virtutem: nec abscõde/ rit. Non enim debet seruare se vel obruere vt opinor. Curius dictatus aiebat: malle esse se mortuum ꝙ viuere. Vltimum malorum est: ex virorum numero non exire anteꝙ moria/ ris: sed faciendum erit si in reipublicæ tempus minus tractabile incideris: vt plus ocio ac litteris vendices: nec aliter ꝙ periculosa nauigatione submersus portuꝫ petas. Nec expectas donec res te dimittant: sed ab ipsis teipse disiungas.

Aspicere autem debemus primum nosmetipsos: deinde ea quæ aggredimur negocia: deinde eos quoꝝ causa: aut cum quibus ante omnia necesse est seipsum æsti/ mare. Quia fere plus nobis videmur posse ꝙ possimus. alius eloquentiæ fiducia prolabitur: alius patrimonio suo plus impauit ꝙ ferre possit: alius infirmum corpus labo rioso oppressit officio. Quorundam parum idonea est verecundia rebus ciuilibus quæ pri mam frontem desiderant: quorum contumacia non facit ad aulam. Quidam non habent iram in potestate: ⁊ illos ad temeraria verba quælibet indignatio effert. Quidam vrbani/ tatem nesciunt continere: nec periculosis abstinent a salibus. Omnibus bis vtilior negocio quies est. feroꝝ impatiensque natura irritamenta nocitura libertati euitet.

Stimanda sunt deinde ipsa quæ aggredimur: ⁊ vires nostræ cuꝫ rebus quas ten taturi sumus comparandæ. Debet enim semper plus esse viriuꝫ in actione ꝙ in põ/ dere. Necesse est vt oppriment onera quæ ferente maiora sunt. Quædam præterea non tam magna sunt negocia ꝙ fœcunda: multumque negociorum ferunt. ⁊ hæc fugiẽda sunt: ex quibus noua occupatio multiplexque nascetur. Nec accedendum eo vnde liber re/ gressus non sit. His admouenda manus est: quoꝝ finem: aut facere: aut sperare possis certe Relinquenda quæ latius actu procedunt: nec vbi ꝓposueris desinunt.

Dominum nanꝙ delectus habendus est: an digni sint quibus partem vitæ nostræ impendamus? an ad illos temporis nostri iactura perueniat? Quidaꝫ vltro officia nostra nobis imputant. Athenodorus ait: ne ad cœnam quidez se iturum ad eum qui sibi nil pro hoc debiturus sit. Puto intelligis multominus ad eos iturum qui cuꝫ ami corum officijs parem mensam faciunt: qui fercula pro congiarijs numerant: quasi ĩ alienuꝫ honorem intemperantes sint: deinde illi testes spectatoreſque non delectabit propina secreta Considerandum est vtrum natura tua agendis rebus: an ocio: studio: contemplationique aptior sit. ⁊ eo inclinandum quo te vis ingenij refert. Socrates æthorum læta manu a foro subduxit: vtiliorem componendis monimentis historiarum ratus. Male enim respondet coacta ingenia: reluctante natura irritus labor est.

De bis quæ animum delectant: ⁊ de commodis ami/ citiæ: ⁊ q amicus cupiditate vacuus eligatur.

Nihil tam æque oblectauerit animum ꝙ amicitia fidelis. Quantuꝫ bonuꝫ est vbi sunt properata pectora: in quæ tuto secretum omne descendat: quoꝝ conscientiam minus ꝙ tuam timeas: quoꝝ sermo sollicitudinem leniat: sententia consilium ex/ pediat: hilaritas tristiciam dissipet: conspectus ipse delectet. Quos scilicet vacuos quantuꝫ fieri poterit a cupiditatibus: eligemus. Serpunt enim vicia: ⁊ in proximum quenꝙ transi liunt: ⁊ contactu nocent. Itaqꝫ vt quod in pestilentia curandum est: ne corruptis iam cor/ poribus ⁊ morbo flagrantibus assideamus: quia pericula trahemus: afflatuque ipso ĩ primo laborabimus. Ita in amicorum legendis ingenijs dabimus operam: quam vt minime in/ ornatos assumam⁹. Initiũ morbi est: ægris sana miscere. ne hoc præciperim tibi vt neminez

niſi ſapientem ſequaris aut attrahas. Vbi enim iſtud inuenies quod tot ſæculis quærim⁹ Pio optimo eſt minime malus: vix tibi eſſet facultas dilectus fœlicious. Sed inter Platonas ⁊ Xenophontas: ⁊ illum Socratici fœtus prouentum bonos quæreres: aut ſi tibi poteſtas Catoniane fieret ætatis: quæ plærosque dignos tulit: qui Catonis ſæculo naſcerent. Sicut multos peiores q̄ vnq̄ alios maximorum molitoresque ſceleruꝫ. Vtraque enim turba opus erat vt Cato poſſet intelligi: habere debuit ⁊ bonos quibus ſe approbaret: ⁊ malos in quibus vim ſuam experiretur. Nunc vo in tanta bonorum ægeſtate min⁹ faſtidioſa fiat electio. Præcipue tamen nitentur triſtes: ⁊ omnia deplorantes quibus nonnulla cauſa in querelas placet. Conſtet illi licet fides ⁊ beneficentia: tranquillitas tamen inimicus eſt comes perturbatus ⁊ omnia gemens.

De mutatione animi.

Ranſeamus ad patrimonia: maximam humanæ erumnaruꝫ materiam. Nam ſi omnia alia quibus angimur compares: mortes: ægrotationes: mœtus: deſideria: dolorum laborumque patientiaꝫ cum his quæ nobis mala pecunia noſtra exhibet Hæc pars multum prægrauabit. Itaq̄ cogitandum eſt quanto leuior dolor ſit nō habere q̄ perdere. Et intelligamus paupertatem eo minorum tormentorum: quo minor damnor eſſe materiaꝫ. Erras enim ſi putas animoſius detrimenta diuites ferre. maximis minimiſq̄ corporibus par eſt dolor vulnens. Bion eleganter ait: Non minus moleſtum eſſe caluis q̄ comatis pilos velli. Idem ſcias licꝫ de paupenbus locupletibuſque par illis eſſe tormentuꝫ Vtrique enim pecunia ſua adhæſit: nec ſine ſenſu euelli poteſt. Tolerabilius autem eſt: vt dixi: facliuſque non acquirere q̄ amittere. Ideoq̄ lætiores videbis quos nunq̄ fortuna reſpexit: q̄ quos deſeruit. Vidit hoc Diogenes vir ingentis animi: ⁊ effecit ne quid ſibi eripi poſſet. Tu iſtud paupertatem: inopiam: ægeſtatem vocas: quod voles ignominioſum ſecuritati nomen impone. Putabo hunc non eſſe fœlicem: ſi quem mihi alium inueneris cui nihil pereat. Aut ego fallor: aut regnum eſt inter auaros: circumſcriptores: latrones: plagiarios: vnum eſſe cui nocere non poſſit. Siquis de fœlicitate Diogenis dubitat: poteſt ipe dubitare ⁊ de deorum immortalium ſtatu: an parum beate degant: q illis non prædia: nec orti ſint nec alieno colono rura preciosa: nec grande ī foro fœnus. Non pudet quiſquis diuitijs ad ſtupes. Reſpice agendum mundum: nudos videbis deos: omnia dantes: nihil habentes. Hunc tu pauperem putas? an dijs immortalibus ſimilez qui ſe fortuitis oībus exuit? Fœliciorem tamen Demetrium pompeianum vocas: quem puduit locupletioꝝ eſſe Pompeio. Numerus illi quotidie ſeruorum velut Imperatori exercitus: referebatur. Cui iamdudum diuitiæ eſſe debuerant: duo vicarij: ⁊ cella latior. Aut Diogeni ſeruus vnicus fugit: nec eum reducere cum monſtraret: tanti putauit. Turpe eſt inquit Athen ſine Diogene poſſe viuere: Diogenem ſine Athen non poſſe. Videtur mihi dixiſſe: Age tuum negocium fortuna: nihil apud Diogenem iam tui eſt. fugit mihi ſeruus: immo liber abijt. Familia veſtiarium petit victumq̄. Tot ventres auidiſſimoꝝ animalium tuendi ſunt. Emenda veſtis: ⁊ cuſtodiendæ rapaciſſime manus: ⁊ flentiuꝫ deteſtantiūque miniſterijs vtendū Quanto ille fœlicior qui nihil vlli debet: niſi quod facillime negat ſibi. Sed quoniaꝫ non eſt tantum roboris nobis. Tam anguſtanda certe ſunt patrimonia: vt minus ad iniurias fortunæ ſimus expoſiti. Habiliora ſunt corpora imbecilla quæ in arma ſua contrahi poſſunt q̄ quæ ſuperfundunt: ⁊ vndiq̄ magnitudo ſua vulneribus obiecit. Optim⁹ pecuniæ modus eſt: qui nec in paupertatem cadit: nec procul a paupertate diſcedit.

De vana gloria remouenda.

Lacebit autē nobis menſura: ſi prius parſimonia placuerit: ſine qua nec vllæ opes ſufficiunt: nec vllæ non ſatis patent. præſertim cuꝫ in vicino remedium ſit: ⁊ poſſit ipſa paupertas in diuitias ſe aduocata frugalitate conuertere. Aſſueſcamus a nobis remouere pompam: ⁊ vſus rerum ornamenta metiri. Cibus famem domet: potio ſitim: libidoque neceſſe eſt effluat. Diſcamus membris noſtris inuitis cultum victumque nō ad

noua extra componere: sed vt maiorum suadent mores. Discamus continentiaz augere luxuriaz cohercere: gulam temperare: iracundiam lenire: paupertatem æquis oculis aspicere: frugalitatez colere. 7 simul hos pudebit ei plus desideriys naturalibus paruo parata remedia adhibere: spes effrænatas: 7 animum in futura eminentem velut sub vinculis habere. Id agere vt diuitias a nobis potius q̄ a fortuna petamus. Non potest inquam tanta varietas 7 iniquitas casuum ita depelli: vt non multum procellarum irruat. Magna armamēta pandentibꝰ cogendæ in artū res sunt: vt tela in vanū cadāt. Ideoq̄ exilia interdum calamitatesque in remedium cessere: 7 leuioribus incōmodis grauiora sanata sunt. Vbi parum audit præcepta animus: nec curari mollius potest. Quid ni cōsulitur etsi paupertas 7 ignominiosa rerum euersio adhibetur: malo malum opponitur. Assuescamus ergo cœnare posse sine populo: 7 seruis paucioribus seruiri: 7 vestes parare in qd̄ inuentæ sunt. Habitare contractius: non in cursu tantum circique certamen: sed in his spacijs vitæ interius flectendum est. Studiorum quoq̄: quæ liberalissima impensa est: tamdiu rationez habet: q̄diu modum in quo innumerabiles libros 7 bibliothecas: quarum dictis vix tota vita sua codices perlegit. Onerat discentem turbam: non instruit. Multoque satius est paucis te auctoribus tradere: q̄ errare per multos. Quadraginta milia librorum Alexandriæ arserunt: pulcherrimum regiæ opulentiæ monimentū. Illi laudauerit: sicut 7 Liuius: qui elegantiæ regum curæque egregium id opus ait fuisse. Non fuit elegantia illud aut cura: sed studiosa luxuria: immo ne studiosa quidem: quoniam non in studium: sed in spectaculum comparauerant. sicut plærisque ignaris etiam seruilium litterarum libri: non studiorum instrumenta: sed cœnationum ornamēta sunt Paretur itaq̄ librorum quantum satis sit: nihil in apparatum honestius. Inquis hoc te impense q̄ in Corinthia pictas tabulas effuderint. Vicioſuz est quod nimium est. Quid habes cur ignoscas homini 7 armario atque ebori captanti: corpora cōquirenti: aut ignotorum auctorum: aut improbatorum: 7 inter tot milia librorum oscitanti: cui voluminū suorum frontes maxime placent: titulique. Apud desidiosissimus ergo videbis quicqd orationum historiarumque q̄ est tecto tenus extructa ioculamenta. Jam enim inter balnearia 7 thermas 7 bibliothecas quoq̄ vt necessarium domus ornamentum expolitur. Ignoscerem plane si studiorum nimia cupidine oriretur. Nunc ista exquisita cum imaginibus suis descripta: 7 sacrorum opera ingeniorum in speciem 7 cultum parietum comparantur.

De aduersitate ferenda.

Tad aliquod genus vitæ difficile incidisti: 7 tibi ignoranti vel publica fortuna vel priuata laqueum impegit: quem nec soluere posses: nec erumpere. Cogita compeditos: primo ægre ferre onera 7 impedimenta curium: deinde vbi non indignari illa: sed pati proposuerunt. Necessitas forte ferre docet: consuetudo facile. Inuenies in quolibet genere vitæ oblectamenta: 7 remissiones: 7 voluptatez. Si volueris malam putare viam potiusq̄ inuidiosam facere: nullo melius. Nec de nobis natura meruit: q̄ cum sciret quibus erumnis nasceremur: calamitatum mollimentū consuetudine inuenit: cito in familiaritatem grauissima adducens. Nemo duraret si rez aduersarum eandem vim assiduitas haberet: quam primus ictus. Omnes cum fortuna copulati sumus: Alios aurea cathena est: Alios laxa: Alios arta 7 sordida. Sz quid refert: eadem custodia vniuersos circūdedit: alligatique sunt etiam qui alligauerūt nisi tu forte leuiorem in sinistra cathenam putas: Alium honores: Alium opes vincunt. Quosdam nobilitas: quosdam humilitas præmit. Quibusdaz aliena supra caput imperia sunt: quibusdam sua. Quosdam ex illis vno loco tenent sacerdotia. Omnis vita seruitium est. Assuescendum itaq̄ conditioni suæ: 7 q̄minimum de illa querendum. 7 quicquid habet circa se commodi: apprehendendum est. Nihil tam acerbum est in quo non æquus animus solacium inueniat. Exiguæ sæpe areæ in multos vsus describentis

arte patuere: ⁊ quãuis angustum pedem dispositio fecit habitaculum. Adhibe rationem difficultatibus. possunt ⁊ dura molliri: ⁊ angusta laxari: ⁊ grauia rite ferentes min⁹ præmere. Non sunt præterea cupiditates in longinquum mittendæ: sed in vicinum illis egredi permittamus: quoniam includi ex toto non patiuntur. Relictis his quæ aut non possunt fieri: aut difficulter possunt: prope præposita: spesq; nostræ alludentia sequamur. Sed sciamus omnia æque leuia esse: extrinsecus diuersas facies habentia: introrsus pariter vana. Nec inuideamus altius stantibus: quæ excelsa videbantur prærupta sunt. Illi rursus quos sors iniqua mancipia posuit tutiores erunt: superbiam detrahendo rebus pro se superbis: ⁊ fortunam suam q̃maxime poterunt in planum deferendo. Multi q̃dez sunt quibus necessario hærendum sit in fastigio suo: ex quo non possunt nisi cadendo descendere. Sed hoc ipsum testentur maximum onus suum esse: q⁹ aliis grauis esse cogant: nec subleuatos se: sed suffixos. Iusticia mansuetudine: humana lege: ⁊ benigna manu præparent: multa ad secundos casus præsidia: quorum spe securius pendeant. Nihil taz æque nocet ab his animi fluctibus vendicauerit: q̃ semper aliquem incrementis terminum figere: nec fortunæ arbitrium, desinendi dare. Sed seipsos quidem multos citra exempla horrentur consistere. Sic ⁊ aliquæ cupiditates animuz acuent: ⁊ finitæ nõ in imensum incertumque producent.

O imperitos ⁊ mediocres ⁊ male sanos hic meus sermo pertinet: non ad sapientem. Huic non timide nec pedetentim ambulandum est. Tanta enim fiducia sui est: vt obuiam fortunæ ire non dubitet: nec vnq̃ loco vlli cessurus sit: nec habet vbi illam timeat. Quia non mancipia tantum possessionesque ⁊ dignitatem: sed corpus quoq; suum ⁊ oculos ⁊ manum: ⁊ quicquid charius est in vita: fecurus sæpe ipsum inter precaria numerat. Viuitque vt commodatus: sed ⁊ reposcentibus sine tristicia redditurus. Nec ideo est vilis: quia scit se suum non esse: sed omia taz diligenter faciet: tam circumspecte: q̃ religiosus homo sanctusque solet intueri fideicommissa. Quandocunq; autem reddere videbitur: non queretur cum fortuna: sed dicet: gratias ago pro eo quod possedi: habuique. Magna quidem res tuas mercede colui: sed quia imperas illa do: cedo gratus libensque. Si quid habere me tu volueris: etiam nunc seruabo si aliud placet: ego vo faciam. Signatumque argentum: domum: familiamque meam reddo: restituo. Appellauerit natura quæ prior nobis credidit. ⁊ huic dicemus: Recipe animum meliorem q̃ dedisti: non tergiuersor: nec refugio. paratuz habes a volẽte quod non sentienti dedisti. Aufer. reuerti vnde veneris: quid graue est? Male viuet quisquis nesciet bene mori. Huic itaq; primum rei precium detrahendum est: ⁊ spiritus in seruicia numerandus. Gladiatores ait Cicero: inuisos habemus: si omnimodo vitaz impetrare cupiunt: fauemus si contemptum eius præ se ferunt. Idez euenire nobis scias Sæpe enim causa moriendi est timide mori. fortuna illa quæ ludos sibi facit: quos inquirit te reseruarem malum ⁊ trepidum animal: eo magis conuulneraberis ⁊ confodieris. Qua nescis præbere iugulum aptum. Viues diutius: ⁊ morieris expeditius: qui ferrum non subducta ceruice: nec manibus oppositis: sed animose recipis. Qui mortem timebit: nihil inquam pro homine viuo faciet. Et qui sciet hoc cum conciperetur: statim cõdituz viuet ad formulaz: ⁊ simul illud quoq; eodem animi robore præstabit. Ne quid ex his quæ eueniunt subitum sit. Quicquid enim si fieri potest: quasi futurum prospicendo: malorum omnium impetus mollier: quia ad præparatos expectantesque nihil afferunt noui: securis ⁊ beata spectantibus graues eueniunt. Morbus est captiuitas: ruina ignis. nihil horum repentinum est. Sæbam inquam tumultuosum me contubernium natura duxisset. Totiens in vicinia mea conclamatum est: totiens prope limen immaturas exequias fax cereusque præsit. Sæpe altius ruentis ædificij fragor sonuit. Multos ex his quorum forum curia: sermo mœstum contraxerat: nox abstulit: ⁊ victas ad sodalitiũ manus copulatas intercidit. Miror aliquando ad me pericula accessisse: quæ circa me

ſemper errauerint. Magna pars hominum eſt: quæ nauigatura de tempeſtate non cogitat. Nunc̄ me in bona mali pudebit auctoris. Publius tragicis comicisque vehementior ingenijs: quotiens inimicitias: ineptias: & verba ad ſummam caueam ſpectantia reliquit: inter multa alia coturno non tantum ſi paris fortiora. & hoc̄ait: Cuiuis poteſt accidere quod cuic̄ poteſt. Hoc ſi quis etiam medullas dimiſerit: & omnia aliena mala quorum ingens quotidie copia eſt: ſic aſpexerit: tanc̄ illis liberum & ad ſe iter ſit: multoante ſe armabit c̄ petatur. Sero animus ad periculorum patientiam poſt pericula inſtruitur. Non putaui hoc futurum: nunc̄ tu hoc euenturum credidiſſes. Quare autem nō? quæ ſunt diuitiæ quas non ægeſtas: & fames: & mendicitas a tergo ſequatur? quæ dignitas cuius non prætextura: & augulare: & loza: & primitia: & ſordes comitent? & exportatio note & mille maculæ: & extrema contentio. Quod regnum eſt cui non parata ſit ruina? & proculcatio: & dominus: & carnifex? nec magnis iſta interuallis diuiſa: ſed horæ momentum intereſt inter ſolum & aulam ingenuam. Scito ergo omnem conditionem verſabilē eſſe. & quicquid in vllum incurrit: poſſe in te quoc̄ incurrere. Locuples es: nunquid ditior Pompeio? cui cum grauis vetus: cognatus gratus: hoſpes nouus aperuiſſet: Cæſaris domum vt ſuam clauderet: defuit panis & aqua: dum tot flumina poſſideret in ſuo ca dentia: mendicauit ſtillicidia: fame ac ſiti perijt. In palatio cognata dum illi hæres: publicum funus eſurienti locat: honoribus ſummis functus eſt. Nunquid aut tam magnis aut inſperatis: aut tam vniuerſis: c̄ Seianus: quo die illum Senatus deduxerat: populus in fruſtra diuiſit: in quem quicquid congeri poterat: dij homineſque contulerant: & ex eo nihil ſuperfluit quod carnifex traheret. Rex es: non ad Cræſum te mittam: qui regnum ſuum deſcendit: iuſſus & extingui vidit factus non regno tantum: ſed etiam morti ſuæ ſuperſtes: non ad Jugurtham: quem populus romanus intra annum quem timuerat ſpectauit. Ptolemæum Ephicæ regem Armeniæ Mithridatem inter gayanas cuſtodias vidimus. Alter in exilium miſſus eſt. Alter vt meliore fide vteretur optabat. In tanta rerum ſurſum ac deorſum euntium verſatione: ſiue quicquid fieri poteſt: pro futuro habes. Vas in te vires rebus aduerſis: quas infregit quiſquis prior vidit. Proximum ab his erit: ne aut in ſuperuacuis ex ſuperuacuo laboremus. Idem: ne quæ aut non poſſumus conſequi: concupiſcamus: aut adepto cupiditatem vanitatum noſtrarum ſero poteſt multum pudorem intelligamus. Id eſt: ne aut labor irritus ſine effectu ſit: aut effectus labore indignus. Fere eum ex his triſtitia ſequitur: ſi aut non ſucceſſit: aut ſucceſſus pudet.

De vagationibus contra propoſitum.

Iraincidenda eſt concurſatio: qualis eſt magnæ parti hominum: domos: & theatra: & fora perterrantium. Alienis ſe negocijs offerunt: ſemper aliq̄d agentibus ſimiles. Horum & ſi aliquem exeuntem de domo interrogaueris: quo tu? quid cogitas? Reſpondebit tibi: Non mehercule ſcio: ſed aliquos videbo aliquid agam. Sine ꝓpoſito vagantur quærentes negocia: nec̄ deſtinauerunt q̄d agant ſed in quæ incurrerunt. Inconſultus illis vanuſque curſus eſt. qualis formicis per arbuſta repētibus: quæ in ſummum cacumen: deinde in imum inanes aguntur. His plærisc̄ ſimilem vitam agunt: quorum non immerito quis inquietam inertiam dixerit. Quorūdam quaſi ad incendium currentium miſereberis: vſq̄ eo impellunt obuios: & ſe alioſc̄ præcipitant. Cum interim concurrerunt: aut ſalutaturi aliquem non reſalutaturum: aut funus ignoti hominis proſecuturi: aut ſæpe iudiciū litigantis: aut ad ſponſalia ſæpe nubentis: & lecticam aſſectati: quibuſdam locis & in ſe contulerint. Deinde domum cum ſuperuacua redeuntes laſſitudine: iurant neſciſſe ſeipſos quare: vbi fuerint. Poſtero die erraturi per eadem illa veſtigia. Omnis itac̄ labor aliquo referatur: aliquo reſpiciat. non induſtria inquietos & inſanos faliæ rerū imagines agitāt. Nā ne illi quidē ſine aliq̄ ſpe

mouentur: prorsus illos alicuius rei species: cuius vanitate capta mens non coarguit. Eodem modo vnūquenq; ex his qui ad agendam turbam exeunt: inanes & leues etiam causæ per vrbem circunducunt: nihilque habentem in quo labor & lux orta expellit. & cum multorum frustra liminibus illisus nomen culatores persalutauit: a multis exclusus: nemine ex omnibus difficilius domi q̄ se conuenit. Ex hoc malo deprehendet illud temerarium vicium: auscultatio: & publicorum secretorumque inquisitio: & multarum rerum scientia: quæ nec tuto narrantur: nec tuto audiuntur. Hoc secutum puto Democritum ita cœpisse: Qui tranquille volet viuere: nec priuatim agat: nec multa: nec publice ad superuacua se ferat. Nam si necessaria sunt & priuatim & publice: non tantum multa: sed innumerabilia agenda sunt. Vbi ꝓo nullum officium solenne nos citat: inhibendæ actiones sunt.

De varietate fortunæ.

Nam qui multa agit sæpe fortunæ potestatem sui facit: quam tutissimum est raro experiri. Cæterum semper de illa cogitare: & sibi nihil de fide eius promittere. Nauigabo nisi quid inciderit: & prætor fiam nisi quid obstiterit: & negociario mihi respondebit nisi si quid interuenerit. Hoc est quare sapienti nihil contra opinionem vicamus accidere. Non illum casibus hominum expressimus: sed erroribus. Nec illi omnia vt voluerit cedunt: sed vt cogitauit. Imprimis autem cogitauit aliquid posse ꝓpositis suis resistere. Necesse est autem leuius ad animum prouenire destitutæ cupiditatis dolorem: cui successum non vtiq; promiseris.

De minatione mortis.

Sedules etiam nos facere debemus: ne nimis destinatis rebus indulgeamus. transeamus in ea in quæ nos casus deduxerit: nec mutationes: aut consilia: aut status pertimescamus: dummodo nos leuitas: inimicissimum quieti vicium non excipiat. Nam & pertinacia: necesse est: anxia & misera sit: cui fortuna sæpe aliquid extorquet. & leuitas multo grauior: nusq; se continens. Vtrunque infestum est tranquillitati: & nihil mutare posse: & nihil pati. Vtique animus ab omnibus externis in se reuocandus est: sibi confidat: se gaudeat: sua suscipiat: recedat quantum potest ab alienis: & se sibi applicet: damna non sentiat: etiam aduersa benigne interpretet. Nunciato naufragio Zeno noster cuj omnia sua audiret submersa: Jubet inquit me fortuna expeditius philosophari.

Minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem: equidem & sepulturam. Habes inquit cur tibi placeas: hemina sanguinis in tua potestate est: nam q̄d ad sepulturam pertinet: O tu ineptum si putas mea interesse supra terrā: aut infra putrescam. Canus Julius vir imprimis magnus: cuius admirationi ne hoc quidej obstat: q̄ nostro sæculo natus est: cum Caio diu altricatus. postq̄ abeunti phaleris ille dixit: Ne forte inepta sæpe tibi blandiaris: duci te iussi. Gratias inquit ago optime Imperator vel princeps. Quid senserit dubito. multa enī concurrunt mihi. Contumeliosius esse voluit: & ostendere quanta crudelitas esset: in qua mors beneficiū erat. Jn exprobauit illi quotidianaj dementiaj. Agebant enī gratias: & quoj liberi occisi: & quoj bona ablata erant. Jn tanq̄ libertatej libenter accepit. Quicquid est: magno animo respondit. Dicit aliquis: Potuit post hæc iubere illum Caius viuere. Nō timuit hoc Canus. Nota erat Caij in talibus imperij fides. Credis ne illū decej medios vsq; ad supplicium dies sine vlla sollicitudine exegisse. verisimile nō est: quæ vir ille dixerit: quæ fecerit q̄ i tranq̄llo fuerit. ludebat cū calculis latericulis: cū Centurio agmē pituj trabēs: illū q̄j

excitari iuberet. Vocatus numerauit calculos: ⁊ ſodali ſuo vide inquit: ne poſt mortē meaꝫ mentiaris te viaſſe. tamen annuens Centurioni teſtis inquit eris: vno me antecedere luſiſſe Tu Caniꝫ illa talia putas illuſit. triſtes erant amici talem amiſſuri virum. Quid mæſti inquit eſtis vos? Quæritis an immortales animæ ſint? Ego iam ſciam: nec deſijt in ipſo veritatem ſine fine ſcrutari: ⁊ ex morte ſua quæſtionem habere. Proſequebatur illum philoſophus ſuus: iam procul erat tumulus in quo Cæſari deo noſtro fiebat quotidianū ſacrum. Is inquit: Quid Cane nunc cogitas? aut quæ times? Obſeruare inquit Canus: propoſui illo velociſſimo mométo: an ſenſurus ſit animus exuere ſe? promiſitque ſi quid exploraſſet circumiturum amicos: ⁊ indicaturum quis eſſet animarum ſtatus. Ecce in media tẽpeſtate tranquillitas. Ecce animus æternitate dignus: qui factum ſuum in argumentū veri vocat qui in vltimo illo gradu poſitus: exeuntem animam pronunctatur. Nec vſque ad mortem: ſed etiam aliquid in ipſa morte diſcit. Nemo diutius philoſophatus: ſed non raptim relinquetur magnus vir: ⁊ cum cura dicendus. Dabimus te in omnem memoriaꝫ clariſſimū caput Caiane cladis magna portio.

Ed nihil prodeſt priuatæ triſticiæ cauſas abieciſſe. Occupat enim nonnunq̃ odiū generis humani: ⁊ odium tot ſcelerum infœliciuꝫ turba: cuꝫ cogitaueris q̃ ſit rara fœlicitas: q̃ ignota innocentia. ⁊ vix vnq̃ eſt vbi expedit fides: ſed libidinis lucra damnaque pariter inuiſa: ⁊ ambitio vſque eo iam ſe ſuis non continens terminis vt p turpitudinem ſplendeat. Agitur animus innocentis: ⁊ velut euerſis virtutibus: quas non ſperare licet: non habere prodeſt: tenebræ oriuntur. In hoc itaq̃ flectendi ſumus vt omnia vulgi vicia non inuiſa nobis: ſed ridicula videantur. Et Democritum potius imitemur q̃ Heraclitum. Hic enim quotiens in publicum proceſſerat: flebat. ⁊ ille ridebat. Huic oia quæ agimus miſeriæ: Illi ineptiæ videbantur. Eleuanda ergo omnia: ⁊ facili animo ferenda. Humanius eſt deridere vitam q̃ deplorare. Addice q̃ de humano quoq̃ genere melius meretur qui ridet illud: q̃ qui luget. Ille ⁊ ſpei bonæ aliquid relinquit. Hic aũt ſtulte deflet: quæ corrigi poſſe deſperat. ⁊ vniuerſa contemplatus: maioris animi eſt qui riſum nõ tenet: q̃ qui lachrymas: quando leuiſſimum affectum animi mouet. Et nihil magnuꝫ niſi ſeuerum: vel miſerum quidem ex tanto paratu putat. Singula propter quæ læti ac triſtes ſumus quiſq; proponat: ⁊ ſciet verum eſſe quod Bion dixit: Omnia hominum negocia ſimilia nuptijs eſſe: nec vitam illorum magis ſanctam aut ſeueram eſſe: q̃ conceptus nihilo natus. Sed ſatius eſt publicos mores ⁊ humana vicia placide accipere: nec in riſum: nec in lachrymas excidere. Nam alienis malis torqueri æterna miſeria eſt. Alienis delectari malis voluptas inhumana. Sicut illa inutilis humanitas flere: quia aliquis filium ſuum efferat ⁊ frontem ſuam fingere. In tuis quoq̃ malis id agere te oportet: vt dolori tantuꝫ des quantum poſcit: ⁊ non quantum conſuetudo. Plærique enim lachrymas fundunt vt oſtendant. ⁊ totiens ſiccos oculos habent: quotiens ſpectator defuit. turpe iudicantes nõ flere cuꝫ omnes faciant. Adeo penitus hoc ſe malum fixit ex aliena opinione pendere: vt in ſimulatione etiam ſimpliciſſima dolor eueniat. Sequitur pars quæ ſolet non immerito contriſtare ⁊ in ſollicitudinem deducere: vbi dolorum exitus mali ſunt. Vbi Socrates cogitur in carcere mori. Rutilius in exilio viuere. Pompeius ⁊ Cicero clientibus ſuis præbere cervicem. Cato ille virtutum viua imago incumbens gladio ſimul de ſe ac de republica palam facere. Neceſſe eſt torqueri iniqua præmia fortunam perſoluere. Et quid ſibi quiſq̃ nunc ſperet cuꝫ videat peſſima optimos pati. Quid ergo eſt? vide quomodo quiſquis illorum tulerit. ⁊ ſi fortes fuerunt ipſorum illos animos deſiderio digni ſunt: quorum deſiderio virtus tibi placeat. Aut indigni quorum deſideretur ignauia. Quid enim eſt turpius: q̃ ſi maximi viri timidos fortiter moriendo faciunt? Laudemus totiens dignum laudibus: ⁊ dicam? Tanto fortior: tanto fœlicior hominis effugiſti caſus. duriorem morbum exiſti ex cuſtodia non tu dignus mala fortuna diis viſus es? Indignus in quem iam aliquid fortuna poſſet. Subducentibus vero ſe: ⁊ in ipſa morte ad vitam reſpectantibus: manus iniciendæ ſunt. Neminem flebo lætum: neminem flentem. Ille lachrymas ſuas ipſe abſterſit. Hic ſuis lachrymis efficit ne vllis dignus ſit. Ego Herculē fleam q̃ vinus vat. aut Regulū q̃ tot clauis configitur ⁊ tranſfigitur. aut Catonem q̃ vulnera ſua. Omnes iſti leui tempore

impensa inuenerunt: quomodo æterni fierent: ad immortalitatem moriendo venerunt. Est & illa sollicitudinum non mediocris materia: si te anxie cõponas: nec vllis simpliciter ostendas: qualis multorum vita est ficta: ostentationi parata. Torquet enim assidua observatio sui: & deprehendi aliter q̃ solet metuit. Nec vnquaz cura soluimur. Vbi totiens nos æstimari putamus: quotiens aspici. Nam & multa incidunt: quæ inuitos denudent: & vt bene cedat tanta sui diligentia: non tamen iucunda vita: aut secura est semper sub persona viuentium. At illa quantum haberet voluptatis sine ea & per se orta simplicitas: nihil obediens moribus suis. subit tamen & hæc vita contemptus periculum: si omnia omnibꝫ patent. Sunt enim qui fastidiant quicquid propius audierunt. Sed nec virtuti periculum est ne admota oculis vilescant. Et satius est simplicitate contemni q̃ perpetua simulatiõe toqueri. Modum tamen rei adhibeamus. multum interest: an simpliciter viuas: an negligenter. Multum in se recedendum est. Conuersatio enim dissimilium bene composita: disturbat & renouat affectus: & quicquid imbecillum in animo nec perduratum est exulcerat. Miscenda tamen ista & alternanda sunt. Solitudo: & frequentia. Illa nobis faciet bonum desiderium. Hæc nostri. & erit altera alterius remedium. Odium turbæ sanabit solitudo. Tedium solitudinis turba. Nec in eadem intentione æqualiter retinenda mens est: sed ad iocos reuocanda. Cum pueris Socrates ludere non erubescebat. & Cato verne laxabat animum curis publicis fatigatum. & Scipio triumphale illud & militare corpus mouet ad numeros: non mollitur se infringens vt nunc mos est: etiam incessu ipso vltra muliebrem molliciem fluentibus: sed vt illi antiqui viri solebant inter lusum ac festa tempora virilem in modum trepudiare: non facturi detrimentum: etiam si ab hostibus suis spectant. Danda est remissio animis: meliores acioresque requieti surgent. Vt fertilibus agris non est imperandum: cito enim exhauriet illos nunc intermissa fœcunditas. Ita animorum impetus assiduus labor frangit. Vires recipient paulum resoluti & emissi. Nascitur ex assiduitate laborum animorum hæbetatio quædam & languor. Nec ad tanta hominum cupiditas tenderet: nisi naturalem quandam voluptatem haberet lusus iocusque: quorum frequens vsus: omne animis pondus omnemque vim erumperet. Nam & somnus refectioni necessarius est. Hunc tamen semper si per diez noctemq̃ continues mors erit. Multum interest: remittas aliquid: an soluas. Legum conditores festos instituerunt dies: vt ad hilaritatẽ homines publice cogerentur tanq̃ necessarium laboribus interponentes temperamentum. Et magni vt dixi viri quidam sibi menstruas certis diebus ferias dabant: quia non vllũ diem inter ocium & curas diuidebant. Qualem Pollionez Assiniũ oratorem magnũ memminimus: quem nulla hora vltra decimam retinuit: Ne epistolas quidem post eam horam legebat: ne quid nouæ curæ nasceretur: sed totius diei lassitudinem duabus illis horis ponebat. Quidem medio die inter vixerunt: & inde post meridianas horas aliquid leuioris operę distulerũt. Maiores quoq̃ nostri nouam relaxationem post horam decimam in sena tu fieri vetabant. Miles vigilias diuidit: & nox ĩmunis est ab expeditione redeuntium. Indulgendum est animo dandumque subinde ocĩ: quod alimenti ac virium loco sit: & ĩambulationibꝫ apertis vagandũ: vt cœlo libero & multo spiritu augeat: attollatque se animus Aliquando vegetatio iterq̃ & mutata regio vigorez dabũt: conuictusque & liberalior potio nõnunq̃ & vsq̃ ad ebrietatem veniendũ: non vt mergat nos: sed vt deprimat curas. Trudit enim curas & ab imo animũ mouet: & vt morbis quibusdaz ita tristiciæ medet. Liberq̃ non ob licentiã linguæ dictus est inuentor vini: sed quia liberat seruitio curarum animum asserit: vigeatque: & audatiorẽ in omnes conat' facit. Sed vt libertas: ita vini salubris moderatio est: vt Solutionem: Arcesilaumque indulsisse vino credunt. Catoni ebrietas obiecta est: & facilius efficit, Quisquis obiecit crimen, honestum q̃ turpem Catonem. Sed nec sæpe faciendum est. Ne animus malam consuetudinem ducat. Et aliquando tamen in exultationem libertatemque extrahendus. Tristisq̃ sobrietas remouenda paulisper. Naz siue græco poetæ credimus: aliquando & insanire iucundum est: siue Platoni: frustra poeticas fores compos sui pepulit: siue Aristoteli: nullum magnum ingenium sine mixtura demẽtiæ fuit. Nõ potest grande aliquid super cæteros loqui: nisi mota mens cum vulgaria & solita contempserit: instinctuque sacro surrexit excelsior. Tunc demũ aliq̃d cecinit grandium ore mortalis. Non potest sublime quicq̃ & in arduo positum contingere: q̃diu apud se est.

Decidat oportet a solito: ⁊ efferatur ⁊ mordeat frænos: ⁊ rectorem capiat suū: eoꝫ ferat quo per se timuisset ascendere.

Libes Serene charissime quæ possint trāquillitatem tueri: quæ restituere: quæ surrepentibus vicijs resistant. Illud tamen scito nihil horū satis esse validum rem imbecillem seruantibus: nisi intenta ⁊ assidua cura circueat animum labentem.

Explicit liber de tranquillitate vitæ.

Lucij Annei Senecæ ad Serenum liber secundus quomodo in sapientem non cadit iniuria.

TAntum inter stoicos Serene ⁊ cæteros sapientiā professi interesse: quātum inter fœminas ⁊ mares: non immerito dixerim: cum vtraꝫ turba ad vitæ societatem tantundem conferat. Sed altera pars ad obsequendum: altera imperio nata sit. Cæteri sapientes et molliter ⁊ blande: vt fere domestici ⁊ familiares medici ægris corporibus: non quia optimū ⁊ celerrimum est medentur: sed quia licet. Stoici virilem ingressi viam non vt amœna ieuntibus videatur curæ habent: sed vt q̄primuꝫ nos capiant: ⁊ in illum editum verticem educant. qui adeo extra omneꝫ teli iactum surrexit: vt supra fortunam emineat: ⁊ ardua per quæ vocantur: ⁊ confragosa sunt. Quid enim plano additur excelsum? Sed ne tam abrupta quidem sunt q̄ quidam putant. Prima tamē pars saxa rupesq̄ habet ⁊ inuij speciem. sicut plæraque ex longo speculātibus abscissa ⁊ connexa videri solent: cum aciem longinquitas fallat. Demuꝫ propius adeuntibus eadem illa quæ inunum congesserat error oculorum paulatim adaperiuntur: tamen illis quæ præcipitia ex interuallo apparebant reddit lene fastigium. Super cum incidisset mētio Catonis indignæ ferebas sicut es iniq̄tatis īpatiens: q̄ Catonē ætas sua paꝫ intellexisset: supra Pompeios ⁊ Cæsares surgentē infra patinios potuisset. ⁊ tibi īdignū videbaꝫ q̄ illi disiuasuro legē: tota in foro esset erepta: quodq̄ a rostris vsq̄ ad arcū Fabianū per seditiosæ factionis manus traditus: voces īprobas ⁊ sputa ⁊ oēs alias insanæ multitudinis contumelias ptulisset. Tunc ego respondi habere te: q̄ reipublicæ nomine moueris quā hinc. P. Claudius: hinc facinius ac pessimus quisq̄ vēnūdabat: ⁊ tacita cupiditate corrupti nō intelligebāt se dum vendūt. ⁊ venire pro ipso quidē Catone secuꝫ te esse iussi. Nullum enim sapientē nec iniuriā accipere: nec contumeliam posse. Catonē autem certius exemplar sapientis viri nobis deos īmortales dedisse: q̄ Vlyxem ⁊ Herculē prioribus sæculis Nos enī stoici nostri sapientes pnunciauerunt: īuictos laboribus: ⁊ cōtemptores voluptatis: ⁊ victores omniuꝫ terraꝫ. Cato cū feris manus non contulit: quas consectari venatoris agrestisque est: nec monstra igne ac ferro pſecutus est: nec in ea tēpora incidit: quibus credi posset cælū vnius in humeris inniti. Excussa iam antiqua credulitate ⁊ sæculo ad summaꝫ pducto solertiā: cum ambitu congressus multiformi malo: ⁊ cū potentiæ īmensa cupiditate quā totus orbis in tres diuisus partes saciare nō poterat: aduersus vicia ciuitatis degenerantis: ⁊ pessum sua mole sidentis stetit solus: ⁊ cadentē rempu. quātum modo vna terrabi manu poterat retinuit: vel abreptus vel abstractus: comitē se diu sustentantē ruinæ dedit: simulque extincta sunt quę nephas erat diuidi. Neq̄ enim Cato post libertatem vixit: nec libertas post Catonem. Huic tu putas iniuriam fieri potuisse a populo: q̄ aut præturam illi detraxit: aut togam: q̄ sacrum illud caput purgamentis oris aspersit. Tutus est sapiens: nec vlla affici aut iniuria: aut contumelia potest. Video mihi intueri animum tuum incensum ⁊ efferuescentem: paratum acclamare. Hæc sunt quæ auctoritatem præceptis vestris detrahant. Magna promittitis: ⁊ quæ non optari quidem: nōdum credi possint. Deinde ingentia locuti: cum pauperem negastis esse sapientem: non negatis solere illi: et seruum: ⁊ vestem: ⁊ tectum: et cibum deesse. Cum sapientem negastis insanire: non negatis et alienari: et parum sana verba emittere: et quicq̄ vis morbi cogit audere. Cum sapientem negastis seruum esse: idem non ita vt inficiamini: ⁊ venturum: ⁊ imperata facturum: et domino suo seruilia præstiturum ministeria. Ita sublato alte superalio in eadem quæ certi descendistis: mutatis rerum nominibus. Tale itaq̄ aliquid et in hoc esse suspicor: quod

prima ſpecie pulchrum atq; magnum eſt: nec iniuriam: nec contumeliam accæpturum eſſe ſapientem. Multum autem intereſt: vtrum ſapientem extra indignationem: an extra iniuriam ponas. Naz ſi dicis illum æquo animo laturum: nullum habet priuilegium. Continget illi res vulgaris: 7 quæ diſcitur: ipſa iniuriarum aſſiduitate patientia. Si negas accæpturum iniuriam: id eſt neminem illi tentaturum facere: omnibus relictis negocijs ſtoicꝰ ſit. Ego ẏo non imaginario honore verboꝝ exornare conſtitui: ſed eo loco ponere: vel quo nulla permittatur iniuria. Quid ergo? nemo erit qui laceſſat: qui tentet. Nihil in rerum natura tam ſacrum eſt: q̄ ſacrilegium non inueniat. Sed non ideo diuina minus in ſublimi ſunt: ſi exiſtunt qui magnitudinem multum vltra ſe poſitam non acturi petant. Inuulnerabile eſt: non quod non feritur: ſed quod non læditur. Ex hac tibi nota ſapientez exhibeo. Nunquid dubium eſt: quin certius robur ſit quod non vincitur: q̄ quod non laceſſitur? Cum dubiæ ſint vires inexpertæ. At merito certiſſima firmitas habebatur: quæ oēs incurſus reſpuit. Sic tu ſapientem melioris ſcito naturæ: ſi nullius illi iniuria nocet: q̄ ſi nulla ſit. Et illum fortem virum dicam quem bella non ſubiunt: nec admota vis hoſtilis exterret: non cui pingue ociuz eſt inter præſides populos. Huiuſmodi igitur ſapientē dico: nulli eſſe iniuriæ obnoxiū. Itaq; non refert q̄ multa in illum coiciantur tela: cum ſit nulli penetrabilis. Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis ferro duricia eſt? Nec ſecari adamas: aut cædi vel teri poteſt: ſed incurrentia vltro retundit. Quemadmodū quædam non poſſunt igne conſumi: ſed flamma circumfuſa: rigorem ſuum habitumque conſeruant. Quemadmodum proiecti in altum ſcopuli mare frangūt: nec ipſi vlla ſæuicie veſtigia tot verberati procellis oſtentant. Ita ſapientis animus ſolidus eſt: 7 id roboris collegit: vt tam tutus ſit ab iniuria: q̄ illa quæ retuli. Quid igitur: non erit aliquis qui ſapienti facere tentet iniuriam? Tentabit: ſed non peruenturam ad eum. Maiore enim interuallo 7 contractu inferiorum adductus eſt: q̄ vt vlla vis noxia: vſq; ad illum vires ſuas perferat. Cum potentes imperio editi: 7 conſenſu ſeruientium validi: nocere intendent: tam citra ſapientiam omnes eorum impetus deficient: q̄ quæ numero tormentiſue in altuz expримuntur: cum extra viſum exilierunt: circa cœlum tamen flectuntur. Quid tu putas: cū ſtolidus ille rex multitudine telorum diem obſcuraſſet: vllam ſagittam in ſolem incidiſſe? Aut dimiſſis in profundum cathenis Neptunnum potuiſſe contingi? Vt cœleſtia humanas manus effugiunt: 7 ab his qui templa dirimūt aut ſimulachra conflant: nihil diuinitati nocetur. Ita quicquid fit in ſapientem proterue: petulāter: ſuperbe: fruſtra tentatur. Et ſatius erit neminem eſſe qui facere vellet. Quem difficilem optas humano generi innocentiā 7 non fieri: eorum intereſt qui facturi ſunt: non eius qui pati: ne ſi fiat quidem poteſt: imo neſcio. An magis vires ſapientia oſtēdat: tranquillitatis inter laceſcentia. Sicut maximū argumentum eſt: Imperatoris armis viriſque polentis tuta ſecuritas hoſtiū eſt in terra. Diuidamus ſi tibi videtur Serene: iniuriam a cōtumelia. Prior illa natura grauior eſt: Hæc leuior: tamen delitatis grauis. qua non lædunturſed offenduntur. Tanta eſt tamen animoꝝ diſſolutio 7 vanitas: vt quidam nihil acerbius putent. Si cinuenies ſeruum: qui tā flagellis q̄ colaphis cædi malit: 7 qui mortem ac verbera tolerabiliora credant: q̄ cōtumelioſa verba. Ad tātas ineptias peruentū eſt: vt non dolore tantum: ſed doloris opiniōe vexemur more pueroꝝ: quibus mœtus incutit vmbra: 7 perſonaꝝ deformitas. 7 deprauata facies: lachrymas ẏo euocant nomina parū grata auribꝰ: 7 digitorū motus: 7 alia quæ impetu quodā erroris improuidi refugiunt. Iniuria propoſitum hoc habet: aliquē malo affi cere. Malo autē ſapientia non relinquit locum. Vnuz malum enim illi eſt turpitudo: quæ introire eo vbi iam virtus honeſtūque eſt: nō poteſt. Iniuria ergo ad ſapientē nō peruenit. Nam ſi iniuria alicuius mali patientia eſt: Sapiens autē nullius mali eſt patiēs: nulla ad ſapientē iniuria pertinet. Omnis iuria diminutio eiꝰ eſt in quē incurrit. Nec poteſt aliqs iniuriā accipere ſine aliquo detrimento vel dignitatis vel corporis vel rerum extra nos poſitaruz. Sapiens antem nihil perdere poteſt: omnia in ſe repoſuit: nihil fortunæ credit: bona ſua inſolidū habet: contentus virtute quæ fortuitis non indiget. Ideoq; nec augeri nec minui poteſt. Nam in ſummū productā: incrementi nō habent locū. Nihil eripit fortuna: niſi quod dedit. virtutem autem nō dat: ideo nec detrahit. Libera eſt: inuiolabilis eſt: immota Sic contra caſus indurat: vt nec inclinari quidē: nedum vinci poſſit. Aduerſus apparatus

terribilium: rectos oculos tenet: nihil ex vultu mutat: siue illi dura: siue secūda ostentant. Itaq; nihil perdet: quod perire sensurus sit. Vnius enim in possessione virtutis est: ex qua depelli nunq; potest. Cæteris precario vtitur. Quis autē iactura mouet alienis? Quid si iniuria nihil lædere potest? Ex his quæ propria sapiētis sunt: quia virtute sui salua sunt: iniuria sapienti non potest fieri. Megaram Demetrius cæperat: cui cognomen Poliorcetes fuit: ab hoc Stilpon philosophus interrogatus: Nunquid aliquid perdidisset? Nihil inq̄t. Omnia mea mecum sunt. Atqui & patrimonium eius in prædam cesserat: & filias rapuerat hostis & patriam violauerat. ille illi victoriam excussit: & se vrbe capta: non victum tantum sed indemnem esse testatus est. Habebat ergo natura secum bona: in quæ non est manus intericctio. At ea quæ dissipata & direpta ferebantur: non iudicabat sua: sed aduenticia: & nutum fortunæ sequentia. ideo vt non propria dilexerat. Omnium enim extrinsecus effluentium lubrica & incerta possessio est. Cogita nunc: an huic fur: aut calumniator: aut vicinus: aut potens: aut diues aliquis: regnum vrbe senectutis exercens: facere iniuriam possit Cui bellum & hostis ille egregiam artem quassandarū vrbium professus: eripere nihil possit Inter nutantes vsq; gladios: & militarem in rapinam tumultum: inter flammas & sanguinem: stragemque impulsæ ciuitatis: inter fragorem templorum: super deos suos cadentiū vni homini pax fuit. Non est itaq; q̄ audax iudices promissum: cuius tibi si parum fidei habeo: sponsorem dabo. Vix enim credis tantum firmitatis in homine: aut tantum animi magnitudinem cadere. sed si prodit in medium qui dicat: Non est q̄ dubites: an tollere se homo natus supra humana possit: an dolores: damna: vlcerationes: vulnera: magnos motus rerum circa se frementiū securus aspiciat: & dura placide ferat: & secunda moderate: nec illis cedens: nec his fœtus. Vnus idemque inter diuersa sit: nec quicq̄ suum: nisi se putet esse: ea quaq̄ parte qua melior est. Tamen assum hoc vobis probaturus sub isto tot ciuitatum euersore: munimenta incursu aeris labefieri: & turrium altitudinem cuniculis ac latebribus fossis repente rescidere: & æquaturum editissimas arces: aggerem crescere: ac nulla machinamenta posse reperiri: quæ bene fundatum animū agitent. Eripimus erumnis domos & incendijs vndiq; relucentibus: flammas per sanguinem fugi. Filias meas qui casus habeat: an peior publico nescio. Solus & senior: & hostilia circa me omnia videns: tamen integrum: incolumemque esse censum meum profiteor: te non habes quicquid mei habui. Non est q̄ me victum: victoremque te credas. Dicit fortuna tua fortunam meā. Caduca ilia: & dominum mutantia vbi sint nescio. Quid ad res meas pertinet: mecum sunt: mecum erunt Perdiderunt isti diuites patrimonia. Libidinosa amores suos: & magno pudoris impendio dilecta scorta. Ambitiosi curiam & forum: & loca exercendis in publico vicijs destinata. Fœneratores perdiderunt tabellas suas: quibus auaricia falso læta diuitias imaginatur. Ego quidem omnia integra illibataque habeo. Proinde istos interroga qui flent: qui lamentantur: strictis gladijs nuda pro pecunia corpora opponūt: qui hostem onerato sinu fugiunt. Erga ista habes Serene perfectum illuq; virum humanis diuinisque virtutibus plenum: nihil perdere. Bona eius solidis & inexuperabilibus munimentis præcisa sunt. Nō Babylonis illi muros contuleris quos Alexander intrauit. Nō Carthaginis aut Numantiæ mœnia: vna manu capta. Non capitolium: arcemue habent ista: non hostile vestigium vel illa quæ sapientem tuentur: a flamma & ab incursu tuta sunt: nullum introitum habēt nec præbent: excelsa inexpugnabilia dijs æqua. Nō est q̄ dicas ista vt soles: hunc sapientem nostrum nusq; inueniri. Non fingimus istud humani ingenij vanum decus: nec ingentem imaginem falsæ virtuti concipimus: sed qualem confirmamus exhibuimus: & exhibemus. Raro fortitan magnisq; ætatū interuallis inuenitur. Necq enī magna & excedentia solitum ac vulgarē modū crebro gignunt. Cæterq̄ bicipse. M. Cato: a cuius mentiōe hæc disputatio processit. Vereor ne supra nostr̄ exemplar sit. Denicq; validius debet esse q̄ lædit: eo q̄ lædit. Nō est autē fortior nequicia virtute. Non potest autē lædi sapiens. Iniuria in bonos nō tentat nisi a malis. Bonis int̄ se pax est. Mali tā bonis pernicioſi sunt q̄ mali inter se. Quod si lædi nisi infirmior nō potest: nec iniuria bonis: nisi a dispari verenda est. Iniuria in sapientem virum non cadit. Illud enim iam es admonendus neminē bonus esse nisi sapientem. Sed iniuste inquis. Socrates damnatus est. Iniuriam accepit. hoc loco intelligere nos oportet posse euenire: vt faciat aliquis iniuriam mihi: & ego non accipiam. tanq̄

rem si qs e villa mea surripuit in domo mea ponat. ille furtum fecerit: ego nihil perdiderim. Potest aliquis nocens fieri: quis non nocuerit. Si quis cum uxore tanq̃ cum aliena concubat: adulter erit: quis illa adultera non sit. Aliquis mihi venenum dedit: sed vim suaz remixtam cibo perdidit. Venenum illud dando sceleri se obligauit: etiam si nō nocuit. Nō minus latro est cuius telum opposita veste eclusum est. Omnia scelera: 7 ante effectum operis quantum culpæ satis est: perfecta sunt. Quædam eius conditiōis sunt: 7 hac vice copullantur: vt alterum sine altero esse non possit. Quod dico conabor facere manifestuz. Possuz pedes mouere: vt non curram: currere non possum: vt non moueam. Possum quauis in aqua sim non natare: si nato: non possum in aqua non esse. Ex hac sorte: 7 hoc est de quo agit: si iniuriaz accepi: necesse est factam esse: si est facta non est necesse accepisse me. Multa enim incidere possunt quæ immoueant iniuriam: vt in terra manum deiicere aliquis casus potest: 7 emissa tela declinare. Ita iniurias qualescunq̃ potest aliqua res depellere: 7 i medio intercipere: vt 7 factæ sint: nec acceptæ. Præterea nihil iniustum iusticia pati potest: quia nō coeunt contraria. Iniuria autem non potest fieri nisi iniuste. Non est quid mireris si nemo potest illi iniuriam facere: nec prodesse quidem quisquam: 7 sapienti nihil deest quod accipere possit loco muneris: 7 manus nihil potest tribuere sapienti. Habere enim prius debet q̃ dare. Nihil autem habet quod a se transferri sapiens gauisurus sit. Non potest ergo quisq̃ aut nocere sapienti: aut prodesse. Quemadmodum diuina nec iuuari desiderāt: nec lædi possunt. Sapiens autem vicinus proximusque diis consistit: excepta mortalitate simillis deo. Vt illa nitens patensque excelsa: ordinata: intrepida: æquali 7 concordi cursu fluentia: secura: benigna: bono publico nata: 7 sibi 7 alijs salutaria. Nihil humile cōcupiscet: nihil flebit: qui rationi innixus per humanos casus: diuino incedit animo. Non habet vbi accipiat iniuriam ab homine: nec tantum dicere putas: sed nec a fortuna quidez: quæ quotiens cum virtute congressa est: nunq̃ par recessit. Si maximum illud vltra quod nihil habent iratæ leges: ac sæuissimi domini minantur: in quo imperium suum consumit fortuna: æquo placidoque animo accipimus: 7 scimus mortem malum non esse: ob hoc ne iniuriaz quidem: multo facilius alia tolerabimus. Damnum: 7 dolores: 7 ignominias: locorum cōmutationes: orbitates: discidia: quæ sapientem etiam si vniuersa circumueniant non mergunt: nedum vt ad singulorum impulsus mœreat. Et si fortunæ iniurias moderate fert: quanto magis hominum potentium: quos scit fortunæ manus esse. Omnia itaque sic patitur: vt hyemis rigorem: 7 intēperantiam cœli: vt feruores morbosque: 7 cætera sorte accidentia. Nec de quoquam tam bene iudicat: ut illum quicq̃ putet consilio fecisse. Quod in vno sapiente est aliorum omnium non consilia: sed fraudes: 7 insidiæ: 7 motus animorum inconditi sunt: quos casibus adnumerant. Omne autem fortuitum circa nos sæuit 7 iniuriatur. Illud quoq̃ cogita iniuriarum latissimaz patere materiam illis: per quæ periculū nobis quæsitum est: vt accusatore submisso aut criminatione falsa: aut irritatis in nos potentiorum motibus: quæq̃ alia intra togatos latrocinia sunt. Est 7 alia iniuria frequens: si lucrum alicui excussum est: aut premiuz diu captatuz: si magno labore affectata hæreditas aduersa est: 7 quæstuose domus gratia erepta. Hæc effugiet sapiens qui nescit nec in spe nec in mœtu viuere. Addice nunc q̃ iniuriam nemo immota mente accipit: sed ad sensum ei⁹ perturbatur. Caret autem perturbatione vir rectus: erroribus moderaturus suis: altæ quietis 7 placidæ. Nam si illum tangit iniuria 7 mouet 7 impedit. Caret autem ira sapiens: quam excitat iniuriæ species: nec aliter careret ira: nisi 7 iniuria quam scit sibi non posse fieri. Inde tam erectus lætusque est. Inde continuo gaudio elatus. Adeo autem ad offensiones reruz hominumque non contrahitur: vt illa ipsi iniuria vsui sit: per quam experimentū sui capit 7 virtutē tentat. Faueamus obsecro vos huic proposito: æquisque 7 animis 7 auribus assimus: duz sapiēs iniuriæ excipitur: nec quicq̃ adeo petulātiæ nostræ: aut rapacissimis cupiditatibꝰ: aut certe temeritati superbiæque detrahitur: saluis vicijs nostris: hæc sapiēti libertas quæritur. non vt vobis facere non liceat iniuriam agimus: sed vt ille omnes iniurias in altum dimittat: patientia quoq̃ se: ac magnitudine animi defendat. Sic in certaminibꝰ sacris plærique vicere: cædentium manus: obstinata patientia fatigando. Ex hoc puta genere patientiam 7 sapientiam eorum qui exercitatione longa ac fideli: robur perpetiendi laxandique omnem inimicam vim consecuti sunt. Quoniam priorem partē percurrimus: ad

alteraz transeamus. Quoniam quibuſdam ꝓpriiſq; contumeliam refutauimus. Eſt minor iniuria q̄ queri: magis q̄ exequi poſſumus: quā leges quoq; nulla dignam vindicta putauerunt. Hunc affectuz mouet humilitas animi contrahentis ſe: ob factuz demūq; inhonorificuz ille me hodie non admiſit: cuz alios admitteret. Sermonez meū aut ſuperbe aduerſat⁹ eſt: aut palam riſit. 7 non in medio me loco: ſed in imo collocauit. 7 alia huiuſmodi notæ. Quæ quidē vocez niſi querelas nauſeantis animi: in quæ fere delicati 7 fœlices incidunt. Nō vacat eniz hoc notare cuz peiora inſtant: nimio ocio ingenia noſtra infirma 7 muliebria 7 inopia veræ iniuriæ laſcivientia: his cōmouenē: quaꝝ pars maior conſtat vicio interpretantis. Itaq; nec prudentiæ quidez in ſe eſſe: nec fiduciæ oſtendit: qui cōtumelia afficitur. Non dubiæ eniz contemptuz ſe iudicat: 7 hic morſus non ſine quadam humilitate animi euenit: ſuppimentis ſe ac deſcendentis. Sapiens autez a nullo contemnitur: magnitudinē ſuam nouit. nullique tantum de ſe licere nunciat q̄ ſibi. 7 omnes has quas non miſerias animoꝝ: ſed moleſtias dixerim: non vincit ſed nec ſentit quidez. Alia ſunt quæ ſapientem feriunt: etiā ſi nō peruertant. vt dolor corporis 7 debilitas: aut amicoꝝ liberoruq; que amiſſio 7 patriæ bello flagrantis calamitas. Hæc non nego ſentire ſapientē. Nec enim lapidis illi duriciaz ferre aſſerimus. Nulla virtus eſt quæ non ſentiat perpeti. Quid ergo eſt? Quoſdā ictus recipit: ſed receptos euincit: ſanat 7 cōprimit. Hæc vo minora nec ſentit quidē: nec aduerſus ea ſolita illa virtute vtitur dura tolerādi: ſed aut non annotat: aut digna riſu putat. Præterea cuz magnā partem contumeliaruz ſuperbi inſolenteſque faciant: 7 male fœliciatez ferentes: habet quo iſtum affectuz inflatum reſpuat: ſi pulcherrimā virtutem omniū animi ſanitatē magnanimitatēque: illa quicqd huiuſmodi eſt tranſcurrit. vt vanas ſomniorum ſpecies: viſuſque nocturnos. Nihil habemus ſolidi atq; veri: ſimul illud cogitat oēs inferiores eſſe. Quantū illis audacia ſit: tanto audaciora deſpicere. Cōtumelia a cōtemptu dicta eſt: quia nemo quez contempſit afficit tali iniuria. Nemo autē meliorez maioremque contemnit: etiam ſi facit aliquid quod contemnentes ſolent. Nā 7 pueri os parentū feriunt 7 crines matris turbauit lacerauitque infans: 7 ſputo aſperſit: aut nudauit in cōſpectu ſuoꝝ tegenda: 7 verbis obſcenioribꝫ non pepercit. 7 nihil hoꝝ contumeliaz dicimus. quare? quia qui fecit contemnere non ꝓteſt. Eadem cauſa eſt: cur nos mancipioꝝ noſtrorum vrbanitas in dominos contumelioſa delectet. quorum audacia ita demuz ſibi in conuiuijs ius facit: ſi cœpit a domino 7 vt contempti ſum⁹. Et vt ludibriū eſt: ita ſolutiſſime linguæ eſt. Pueros quidem in hac mercantur procaces: 7 eoꝝ impudentiaz acuunt: 7 ſub magiſtro habent qui probra meditate effundunt. Nec has contumelias vocamus: ſed argutias. Quanta autez demētia eſt: biſdez modo delectari: modo offendi: 7 rez ab amico dictam: maledictā vocare a ſeruulo ioculare conuicium'. Quem animum nos aduerſus pueros habebimus: hunc ſapiens aduerſus omēs: quibus etiaz poſt inuentā canoſque puerilitas eſt. An quicq; illi profecerunt quibus animi mala ſunt: aut vtiq; in maiores errores: qui a pueris magnitudine tantūque forma coꝝpoꝝ differunt. Cæteꝝ non minus vagi: incertique voluptatū ſine delectu apparentes trepidi: 7 non ingenio: ſed formidine quieti. non ideo quicq; inter illos pueroſque intereſſe quis dixerit: q illis talorum: nucumque: 7 æris minuti auaricia eſt. bis auri: argentiq; 7 vbiuz: quod illi 7 inter ipſos magiſtratus gerunt: 7 pretextā faſceſq; ac tribunal imitantur. Hi autē in campo foroq; ſerio ludūt. Illi in litoribus arenæ cōgeſtu ſimulachra domoꝝ excitant. Hi vt magnum aliquid agentes in lapidibus ac parietibus 7 rectis moliendis occupati: ad tutela coꝝpoꝝ inuenta: in piculū verterunt. Ergo par pueris longiuſque progreſſus: ſed in alia maioraque error eſt. Nō immerito itaq; hoꝝ cōtumelias ſapiens vt iocos accipit: 7 aliquando illos tanq; pueros malo pœnaque admonet. Afficit non quia accipit iniuriam: ſed quia fecerunt: 7 vt deſinant facere. Sic enim 7 pecora vtebere domantur. nec iraſcimur illis cum ſeſſorem recuſauerint: ſed cōpeſcimus vt dolor cōtumaciā vincat. Ergo 7 illud ſolutuz ſcies: quod nobis opponitur. quare ſi non accæpit iniuriā nec contumeliaz ſapiens. punit eos qui fecerunt. Non eniz ſe vlciſcit: ſed illos emendat. Quid eſt autem quare hanc animi firmitatem non credis in virum ſapientem cadere: cum tibi in alijs idem notare: ſed non ex eadem cauſa: liceat. Quis eniz frenetico medicus iraſcit? q̄ſue febricitantis 7 frigida probibiti maledicta in malaz partē accæpit? Hunc affectū aduerſus omnes habet ſapiens: quemadmoduz aduerſus ægros ſuos medicus. quoꝝ nec obſcæna

si remedio ægent contrectare: nec reliquias ꝛ effusa intueri dedignatur: nec per furorem sa-
uientium excipere conuicia. Scit sapiens omnes hos qui togati: purpuratique incedunt.
Valentes coloratosqꝫ male sanos esse quos non aliter videt: q̄ ægros intemperatos. itaqꝫ
nec succenset quidem siquid in morbo peculantius ausi sunt aduersus medentes: æquo aio
honores eorum in nihilo æstimat: eorundem parum honorifice factum: quemadmodū nō
placet sibi si illum mendicus coluerit. nec contumeliā iudicabit: si illi homo plæbis ultimæ
salutanti mutuam salutationem non reddiderit. Sic nec suspiciet quidez si illum multi di-
uites suspexerint. Scit enī illos nihil a mendicis differre: imo miseriores esse. Illi enī exiguo
hi multo ægent. ꝛ rursus non tangetur si illum rex medorum Attalusue asiæ salutantem
silentio ac vultu arroganti transierit. Scit statuꝫ eius non magis habere quicqꝫ inuidendū
q̄ eius cui in magna familia cura cōtingit ægros insanosque compescere. Num molestē ferā
si non reddiderit nomen aliquis ex his: qui ad castra negociantur mali nequaꝫ mancipia
emētes vendentesque: quorum tabernæ pessimorum seruorꝫ turba refertæ sunt: nō vt puto
quid enim boni habet sub quo nemo nisi malus est? Ergo vt huiusmodi humanitatem in
humanitatēque negligit: ita vt regis habentis sub se: parthos: medos: ꝛ britannos. Sed
quos mœtu contines: sed ꝓpter quos remittere arcum non tibi contingit: sed postremos ꝛ
venales: sed nouum aucupantes dominiū. Nullius ergo mouebitur contumelia. Omnes
enim inter se differunt. Sapiens quidem pares illos ob æqualem stulticiaꝫ omnes putat.
Naꝫ si semel se dimiserit eo: vt aut iniuria moueatur: aut contumelia: non poterit vnq̄ esse
securus. Securitas autem proprium bonum sapientis est: nec cōmittet vt in iudicando sibi
contumeliam factam: honorem habeat ei qui fecit. Necesse est enim a quo quisq̄ contemni
moleste ferat: suscipi gaudeat. Tanta quosdaꝫ dementia tenet: vt contumeliā sibi posse fieri
putāt a muliere. Quid refert q̄ habeant quos lecticarios habentem: q̄ oneratas aures: q̄
laxam sellam: æque impudens animal est: ꝛ nisi scientia accessit ac multa eruditio fere cupi-
ditatum incontinens. Quidez se a cinerario impulsos moleste ferunt: ꝛ contumeliā vocant
hostiarij difficultatem: nomen cultoris superbiam: cubicularum supercilium. O quantum
inter ista risus tollendus est: quanta voluptate implendus animus: ex alienorum errorum
tumultu contemplari quietem suaꝫ. Quid ergo sapiens non accedit ad fores quas durus
ianitor obsidet? ille vo si res necessaria vocabit experietur: ꝛ illum quem quærit tanq̄ canē
acrem obiecto cibo leniet: nec indignabitur aliquid impendere vt limen transeat: cogitans
ꝛ in pontibus quibusdam pro transitu dari. Itaqꝫ illi quoqꝫ quisquis erit qui salutatoriuꝫ
publicū exerceat donabit. Scit emere venalia: ille pusilli animi est qui sibi placet quod ho-
stiario libere respondit. q̄ virgam eius fregit: q̄ ad dominum accessit ꝛ petit totum. Facit
se aduersariū qui contendit: ꝛ vt vincat par fuit. Et sapiens colaphis percussus: q̄d faciet?
quod Cato cum illi os percussum esset: non exanduit: non vindicauit. iniuriā non remisit
quidem: sed factam negauit: maiore animo non agnouit: q̄ ignouisset. nō diu in hoc hære-
bimus. Quis eniꝫ nescit: nihil ex his quæ creduntur bona aut mala ita videri sapienti: vt
omnibus. Non respicit quid homines turpe iudicent: aut miserum: non id quod populus
sed vt sidera contrarium mundo iter intendunt. ita hic aduersus opinionez omniū vadit.
Desinite ita dicere: non acciperet ergo sapiens iniuriam si cædetur: si oculos illi eruet: non
accipiet contumeliam si obscœnorum vocibus improbis per fore agetur: si in conuiuio regis
recumbere infra mensam vesciqꝫ cuꝫ seruis: ignominiosa officia sortitis iubebitur: siquid
aliud ferre cogeretur: eoꝝ quæ excogitari pudori ingenuo molesta possunt. In quātūcūque
ista vel numero: vel magnitudine creuerint: eiusdē naturæ erunt si non tangant illū parua
nec maiora quidem. Si non tangent pauca: nec plura quidez. sed ex imbecillitate vestra cō-
iecturam non capitis ingentis animi: ꝛ cuꝫ cogitatis quātū putetis vos pati posse: sapiētis
sapientiæ paulo vlteriorem terminum positis. Et illum in alijs mundi finibus sua virtus
collocauit: nihil vobiscum cōmune habentem. Quare ꝛ aspera ꝛ quæcunque toleratu gra-
uia sunt: audituque ꝛ vsu refugienda eum non obruent cuꝫ eoruꝫ cœtu: ꝛ qualis singulis
talis vniuersis obsistet. Qui dicit illud tolerabile sapienti illud intolerabile: ꝛ animi ma-
gnitudinē iter certos fines tenet: male ait. Vincit nos fortuna nisi tota vincat. Nec putes
istam stoicam esse duriciam. Epicurus quem vos patronum inertiæ vestræ assumitis: pu-
tatisque mollia ac desidiosa præcipere: ꝛ ad voluptatē ducētia. Haro inquit sapienti inter-

uenit fortuna: quã pene emisit viri vocez: vis tu fortius loqui: ⁊ illum ex toto submouere. Domus hæc sapientis angusta sine cultu: sine strepitu: sine apparatu. nullis obseruatur ianitoribus: turbam venali fastidio digerentibꝰ: sed per hoc limen vacuuz: ⁊ ab hostiarijs liberum fortuna non transit. Sat tamen non esse illic sibi locum vbi sui nihil est. Quid si Epicurus quoq; qui corpori plurimũ indulsit: aduersus iniurias exsurgit: quid apud nos incredibile videri potest: aut supra humanæ naturæ mensurã. ille ait iniurias tolerabiles esse sapienti: nos iniurias non esse. Nec enim est q̃ dicas hoc naturæ repugnare. Non negamus rem incõmodam esse verberari ⁊ impelli: ⁊ aliquo mẽbro carere: sed omnia ista nec ꝓ potest recipi: virtute salua. Vter verius dicat videbimus. Ad cõemptum quidez iniuriæ vterq; cõsentit. Quæris q̃d inter duos intersit? quod inter gladiatores fortissimos: quoꝝ alter præmit vulnus: ⁊ constat in gradu. Alter respiciens ad clamantem populũ: significat nihil esse: ⁊ intercidi nõ patitur. Non est q̃ putes magnum quod dissidemus. illud quoq; agitur quod vnũ ad nos pertinet. Vtraq; exempla hortantur contemnere iniurias: ⁊ quas iniuriaꝝ vmbras ac suspitionẽ dixeriz cõtumelias. Ad q̃s despicietes nõ sapiẽte opus est viro: sed tãtũ cõspicière. Quid si possit dicere vtr merito mihi ista accidũt: an imerito. Si merito: nõ est cõtumelia: iudiciũ est. Si imerito: illi q̃ iiusta facit: erubescendũ est. Equidẽ illud qõ cõtumelia dicẽ capitis mei leuitatẽ iocatus est: ⁊ in oculoꝝ valitudinẽ: ⁊ i cruriũ gracilitatẽ: ⁊ in staturã quæ contumelia est. Quod apparet audire coram vno aliq̃d demũ ridemus: coram pluribus indignamur: ⁊ eoꝝ alijs libertatem non relinquimus quæ ipsi dicere assueuimus. Iocis teperantis delectamur: imodicis irascimur. Chrysippus ait quẽdã indignatum: q̃ illum venientem aliquis maximũ dixerat. In senatu flentez vidimus fidũ Cornelium Nasonis generum. Cum illuz corbola struto camelum depilatum dixisset. Aduersus alia maledicta mores ⁊ vicia conuulnerantia fronte illi firmitas constitit. Aduersus hoc tã absordũ lachrymæ prociderunt. Tanta animoꝝ imbecillitas est: q̃ vbi ratio discessit offendimur. Si quis sermonem nostrum imitat? siquis incessum: siquis vicium aliquid corporis aut linguæ exprimit: quasi notiora illa fiant: alio imitante q̃z nobis facientibus. senectutẽ quidam inuiti audiunt: ⁊ canos ⁊ alia ad quæ voto peruenit. Paupertatis maledictum quosdam percussit: quã sibi obiecit quisquis abscondit. Itaq; materiã petulãtibꝰ ⁊ propter contumeliam vrbanis detrabitur: si vltro illã ⁊ prior occupes. Nemo alijs risuz præbuit qui ex se cœperit. Natiuum hominez natum: ⁊ ad risum ⁊ ad odium scurrã fuisse: ⁊ venustum ac dicacẽ memoriæ proditũ est. In pedes suos ipse plurima dicebat: ⁊ in fauces conscisas: sic inimicorum quos plures habebat: q̃z morbos: ⁊ imprimis Ciceronis vrbanitatem effugit. Si ille hoc potuit durida oris: qui assiduis conuicijs depudere didicerat. Cur is non possit qui studijs liberalibus: ⁊ sapientiæ cultu ad aliquẽ profectuz peruenerat. Addice q̃ genus vltionis est: eripere ei qui fecit contumeliæ voluptatem. Solent dicere. o miseruz: me puto non intellexit: adeo fructus contumeliæ in sensu ⁊ indignatione patiẽtis est. Non debet quidem homo esse contumeliosus. Deinde non deerit illi: aliquando par inuenitur qui te quoq; vindicet. G. cæsar inter cætera vicia quibus abundat: contumeliosus mirabiliter ferebat. Omnis aliqua nota feriendi: ipse materia risus benignissima: tãta illi pallor is insaniam testantis fœditas erat: tãta oculoꝝ sub fronte simul latentiũ torpitas tanta capitis destituti: ⁊ enudatis capillis aspersi deformitas. Addice obsessaz setis ceruicẽ ⁊ exilitatem crurum: ⁊ enormitatem pedum. Immensuz est si velim singula referre: ꝑ quæ in patres auosque suos contumeliosus fuit: per quæ in vniuersos ordines: ea referaz quæ illum exitio dederunt. Asiaticuz valerium imprimis ferocem habebat virum: ⁊ vix æquo animo alienas contumelias laturum huic in conuiuio: in contione voce clarissima: qualis in concubitu esset vxor eius obiecit: dij boni hunc virum audire principem scire ⁊ vsque eo licentiam peruenisse: vt non dico consulari: non dico amico: sed tantum marito princeps: ⁊ adulterium suum narret: ⁊ fastidium. Cerere contribuno militum: sermo promanauerat languidus somno: ⁊ in facta voce suspectior. Huic Caius signuz petenti: mõ veneris: mõ priapidabat: aliter atq; aliter exprobrans armato molliciez. Hocipse per lucidos trepidat auratus. Coegit itaq; illum vti ferro: ne sæpius signuz peteret. ille primus inter cõiuratos manũ sustulit: ille ceruicem mediam vno ictu decidit. Plurimum deinde vndiq; publicas

ac priuatas iniurias vlciscentium gladior ingestum est. Sed primus vir fuit, qui minime visus est. Hac ratione Caius omnia contumelias putat: & fuit ferendarum impatiens: faciendarumque cupidissimus. iratus fuit Herēnio marco: qui illum Caium salutauerat. nec impune cessit. Primipilarium quem caligulā dixerat. Hic enim in castris natus: & alūnus legionum vocari solebat: nullo nomine militibus familiarior vnq̄ factus: sed iā caligulam conuicium & probrum iudicabat conturbatus. Ergo hoc ipsum solacio erit: etiam si vestra facilitas vltionem omiserit: futurum aliquem qui pœnas exigat a procace & superbo & iniurioso: quæ vicia nunq̄ in vno homine: & in vna cōtumelia consumuntur. Respiciamus eorum exempla quor laudamus patientiam. vt Socratis: qui comœdiar publicatos i se expectatos sales in partē bonas accepit: risitque nō minus: q̄ cū ab vxore Xanthippe immunda aqua perfunderetur. Antipheumque mater barbara: & trachessa obiiciebatur. Respondit & deorum matrem ideam esse. Non est in rixas colluctationemq̄ veniendū procul auferendi pedes sunt: & quicquid hor ab imprudentiorib⁹ fiet: fieri autem nisi ab imprudentibus non potest negligēdum. Et honores & iniuriæ vulgi in promiscuo habendæ sunt Nec his dolendum: nec illis gaudendum. Alioquin multa timore & contumeliarum aut tedio: necessaria omittemus publicis & priuatis officijs. Aliquando etiaz salutantib⁹ non occurremus: dum muliebris nos cura angit: aliquid contra animuz audiendi. Aliquādo etiam obirati potentibus detegemus hunc affectum intemperanti libertate. Non est autez libertas nihil pati. Fallimur: libertas est animuz supponere iniurijs: & eum facere se ex quo solo sibi gaudenda veniant. exteriora deducere a se. Ne inquieta agenda sit vita omnium risus: omnium linguas timent. Quis omniū est qui non possit contumelias facere si q̄sq̄ potest: diuerso autem remedio vtetur: sapiens affectatorque sapiente. Imperfectis enim & adhuc ad publicum se iudicium dirigentib⁹ hoc proponendum est: Inter iniurias ipsas cōtumeliasq̄ debere versari. Dia leuiora accidūt expectātib⁹ quoq̄ honestior est genere: fama patrimonioque: hoc se fortius gerat. Memor in prima acie altos ordines primo loco stare cōtumelias & verba probrosa: & ignominias: & cætera dehonestamēta velut clamore hostiū ferat: & longinqua tela: & saxa sine vulnere circa galeas trepidantia. Iniurias vo: vt vulnera: alia armis: alia pectori infixa non dejectus: ne motus quidem gradu sustineat: etiam si præmeris: & infesta vi vrgeris. Cædere autem turpe est: assignatum a natura locum tuere. Quæris quis sit locus viri sapientis. Aliud auxilium est huic contrarium. Vos enim rē geritis: illi parta victoria est: nec repugnat vestro bono: & banc spem dum ad veruz peruenistis aliter in animis libenterque meliora excipite & opinione ac voto iuuate: esse aliquez in quem fortuna non possit ex re publica est: humani generis est.

Explicit liber Senecæ quomodo in sapientem cadit iniuria.

Lucij Annei Senecæ Ad Paulinum incipit liber de breuitate vitæ.



Maior pars mortaliū Pauline naturæ malignitate conquerit: q̄ exiguū æui gignimur: q̄ hæc tam velociter: tam rapide dati nobis temporis spacia decurrant. Adeo vt exceptis admodum paucis: cæteros in ipso vitæ apparatu: vita destituat. Nec huic publico: vt opinantur malo: turba tantum & imprudens vulgus ingemuit. Claror itaq̄ viror hic affectus querelas euocauit. Inde illa maxima medicor exclamatio est: Vitam breuem esse: longā artē. Inde Aristoteles cū rer natura exigēti minime cōueniens sapiēti viro lis est. Vt iā animalib⁹ tantū indulsisse vt quina: aut dena sæcula educerent. Homini in tam multa ac magna genito: tam citeriorē terminū stare. Nō exiguū temporis habemus: sed multū perdidimus. Satis longa vita: & in maximas rerū consūmationē large data est: si tota bene collocaretur. Sed vbi per luxum ac negligentiam defluit: vbi nulli rei bonæ impendit: vltima demū necessitate cogente quā ire nō intellexim⁹ transisse sentimus. Ita est: nō accepimus breuē vitaz: sed fecimus. nec inopes eius: sed prodigi sumus. Sicut amplæ & regiæ opes vbi ad malū dominū puenerūt: momēto dissipāt. Vt q̄uis modicæ: si bono custodi traditæ sunt: vsu crescūt. Ita ætas nostra bene disponēti multum patet. Quid de rerum natura querimur: illa se benigne gessit. Vita si scias vti

longa est. Alium insaciabilis tenet auaricia. Alium insuperuacuis laboribus operosa sedulitas. Alius vino madet. Alius inertia torpet. Alium defatigat ex alienis iudicijs suspensa semper ambitio. Aliū mercandi præceps cupiditas circa omnes terras: omnia maria: spe lucri ducit. Quosdam torquet cupido malicæ. Nonnunq; alienis periculis intentos: aut suis anxios. Sunt quos ingratus superioꝝ cultus voluntaria seruitute cōsumat. Multos aut affectatio alienæ fortunæ: aut suæ odium detinuit. Plærosq; nihil certum sequentes: vaga ⁊ inconstans: ⁊ sibi displicens leuitas: per noua consilia iactauit. Quibusdam nihil in quo cursum dirigant placet: sed marcentes oscitantesque fata depræhendunt: adeo vt quod apud maximum poetarū morē oraculi dictum est: verum esse non dubitem. Exigua pars est vita qua viuimus. Cæterum quidem omne spacium: non vita: sed tempus est. Vrgentes circūstant vicia vndiq;: nec resurgere aut in dispectū veri attollere oculos sinunt ⁊ emersos ⁊ in cupiditate infixos præmunt. Nunq; illis recurrere ad se licet: sed quando aliqua quies fortuitu contingit: veluti profundo mari: in quo post ventū quoq; volutatio est: fluctuantur. nec vnq; illis a cupiditatibus suis ociuꝝ instat. De istis me putas differere quorum in confesso mala sunt. Aspice illos ad quorum fœlicitatē concurritur: bonis suis effocantur. Ex multorum eloquentia quotidiano ostendandi ingenij spacio: sanguinem educit. Ex multi continuis voluptatibus pallent. Ex multi nihil liberi reliquit circumfusus clientium populus. Omnes denique istos ab infimis vsq; ad summos pererrat. Hic aduocat: hic adest: ille periclitatur: ille defendit: ille iudicat. Alius in alium consumitur. Interroga de istis quoꝝ nomina ediscunt. His illos dignosci videbis notis: ille illius cultor est: Hic illius: suus nemo est. Deinde dementissima quorundā indignatio est. Querūtur de superiorum fastigio: q ipsis adire volentibus non vacauerint. Audet quisq; de alterius superbia queri: qui sibiipsi nunq; vacat. ille tamen quisquis est insolenti quidē vultu: sed aliquando respexit. ille aures suas ad tua verba demisit. ille te ad latus suum recæpit. Tu non inspicere te vnq; non audire dignat⁹ es. Nō est itaq; q ista officia cuiq; putes: quonia quidem cum illa faceres non esse cum aliquo volebas: sed tecum esse non poteras. Omnia licet quæ vnq; ingenia fulserunt: in hoc vnum consentiāt: nunq; satis hanc humanarum mentiū caliginem mirabunt. Prædia sua occupari a nullo patiuntur: ⁊ si exigua contētio est: de modo finium ad lapides ⁊ arma discurrunt. In vitam suam incedere alios sinunt: immo ꝯo ipsi etiam possessores eius futuros inducunt. Nemo inuenitur qui pecuniā suaꝝ diuidere velit. Vitam vnusquisq; cū multis distribuit. Astricti sunt in continendo patrimonio. Simul tēporis tum ad iacturam ventuꝝ est: profusissimi in eo cuius vnius honesta auaricia est. Libet itaq; ex senioꝝ turba cōpræhēdere aliquē peruenisse: te ad vltimū ætatis humanæ videmus. Centesimus tibi vel supra præmitur annus. Age tu ad cōputationē ætatem tuam reuoca. Dic quantum ex isto tempore creditor: quantum amica: quantū res publica: quantū cliens abstulerit: quantum lis vxoria: quantum seruoꝝ coertio: quātū officiosa per vrbem discursitatio. Addice morbos quos manu fecim⁹. Addice q ⁊ sine vsu iacuit. Videbis ⁊ pauciores annos habere q numeras. Repete memoriam tecum: quādo certus consiliū fueris: quotus quisque dies vt destinaueras recesserit: qui tibi vsus fuerit quando in statu suo vultus: quando animus intrepidus: quid tibi in tā longo æuo facti operis sit. Ex multi vitam tuam diripuerint te non sentiente quid perderes. Quantum vanus dolor: stulta lætitia: auida cupiditas: blanda conuersatio abstulerit. Exiguū tibi de tuo relictum sit: intelligas te imitaturum mori. Quid ergo est in causa: tanq; semper victuri viuitis. Nunq; vobis frugalitas vestra succurrit. Non obseruatis q tuꝝ tempus transierit: velut ex pleno ⁊ abundanti perditis: cum interiꝝ fortasse illeipse alicui vel homini vel rei donatus vltimus dies sit. Omnia tanq; mortales timetis. Omnia tanq; immortales concupiscitis. Audies plærosque dicentes: a quinquagesimo in ocium secedam sexagesimus annus ab officijs me dimittet: ⁊ quē tandē lōgioris vitæ pedē accipis. Quis ista sicuti disponis ire patietur? Nō pudet te reliquas vitæ reseruare: ⁊ id solū tēpus bonæ mēti destinare qd in nullā rē cōferri possit. Ex seruꝝ est tūc viuere incipere: cū desinendū est. quæ tā stulta mortalitatis obliuio in quinquagesimū annū differre sana consilia: ⁊ deinde velle vitam incohare in quo pauci perduxerunt. Potentissimis ⁊ in altum sublatis hominibus excidere voces videbis: quib⁹ ociū optent: laudent: omnibus bonis suis præferāt

Cupiunt interim ex illo fastigio suo si tuto liceat descendere. Naz vt nihil extra lacessat: aut quatiat in te ipsa fortuna ruit. Diuus Augustus cui diu plura q̄ vlli præstiterunt: non desunt quietem sibi precari: vacationē a republica petere. Omnis eius sermo ad hoc semp reuolutus est: vt speraret ocium. Hic labores suos etiam si falso: dulci tamen oblectabat so lacio. Aliquando se victurum sibi: in quadam ad senatum missa epistola: cum requiē suaz non vacuam fore dignitatis: nec a priore gloria discrepantē: pollicitus esset: hæc verba in/ueni. Sed ista fieri speciosius q̄z promitti possunt: me tamen cupido temporis optatissimi mihi prouexit: vt quā rerum lætitia moratur adhuc percipere aliquid voluptatis ex verboz dulcedine. Tanta visa est res ocium: vt illā quia vsu non poterat: cogitatione præsumeret: qui omnia videbat: ex se vno pendentia: quibus omnibus gentibusq̄ fortunā dabat illum diem lætissimus cogitabat: quo magnitudinem suam exueret. Expertus erat quantū illa bona per omnes terras fulgentia sudoris exprimerent: q̄tum occultarum sollicitudinū tegerent: cum ciuibus primuz: deinde cum collegis: nouissime cū affinibus: coactus armis decernere: mari terraq̄ que sanguinem fudit: per Macedoniam: Siciliaz: Aegyptuz: Syriā Asiamq̄ z omnes prope oras bello circūactus: romana cæde delapsos exercitus ad externa bella conuertit. Duz alpes placat: imixtosque mediæ paci: z imperio hostes perdomat. Dū vltra Archenum Eufraten z danubium terminos mouet in ipsa vrbe: murene cœpi omnis lepidi egunatorum in eum mucrones acuebant. Nondum horuz effugerat insidias: filias z tot nobiles iuuenes adulterio velut sacramento adacti: iam infractam ætatez territabant: plusq̄ z iterum timenda cum Antonio mulier hæc vlcera cum ipsis mēbris assiderat: alia subnascebantur velut graue multo sanguine corpus: partes semper aliquæ rumpebantur Itaq̄ ocium optabat in huius spe: z cogitatione labores eius residebant. Hoc votuz erat eius q̄ voti compotes tatem facere poterat. M. Cicero inter catilinas: clodios iactatus: pom/peioſque z crassos: partim manifestos inimicos: partim dubios amicos duz fluctuatur cuz republica: z illam pereuntem tenet: nouissime abductus: nec secundis rebus quietus: nec aduersarum patiens: quotiens illum ipsum consulatum suum non sine causa: sed sine fine laudatum detestatur: q̄ flebiles voces exprimit in quadam ad Atticuz epistola: iam victo patre Pompeio adhuc filio ī hispania fracta arma refouēte. Quid agā inquit: hic quæris morori in tusculano meo semiliber. Alia deinceps addicit quibus z priorem ætatē cōplorat: z de præsenti queritur: z de futura desperat. Semiliberum se dixit Cicero: at me Hercules nunq̄ sapiens in tam humile nomen procedat: nunq̄ semiliber erit. Integræ semper liber/tatis: z solide solutus z sui iuris altior cæteris. Quid enim supra eū potest esse: qui supra fortunam est. Liuius drusus vir acer z vehemens cum leges nouas: z mala gracchana mo uisset: ictus ingenti totius Italiæ cœtu: exitum rerum non prouidens: quas nec agere licebat: nec tam liberum erat incohatas relinquere: execratus inquietam a primordijs vitā: dicitur dixisse vni sibi: nec puero quidem vnq̄ ferias contigisse. Ausus est enim z pupillus adhuc z prætextatus: iudicibus reos cōmendare: z gratiam suaz interponere taz efficaciter vt quædā iudicia constet ab illo rapta: quo non erumperet tam immatura ambitio. Scies in malum ingens: z priuatum: z publicum euasuram illam tam festinataz audaciā. Sero itaq̄ querebatur: nullas sibi ferias contigisse a puero: seditiosus z foro grauis disputatur: an ipse sibi manus abstulerit. Subito enim vulnere per vnguez accepto: cum collapsus est aliquo dubitante: an mors voluntaria esset in illo: an tempestiua. Superuacuum est com/memorare plures: qui cum aliis fœlicissimi videntur: ipsi in se verum testimoniū dixerūt: per ostensionem actuum animorum ipsorum: sed his querelis nec alios mutauerunt nec se ipsos. Nam cum verba erumperent: effectus ad consuetudinē relabunt: nostra mehercule vita: licet supra mille annos exeat: in artissimum contrahetur. Ista omnia nullū nō sæculū deuorabit. Hoc vo spacium q̄uis natura currit: ratio dilatat: cito nos effugiat necesse est. Non enim apprehenditis: nec retinetis: velocissimę omni rei moraz facitis: sed abire vt rē superuacuā ac reparabilez finitis. Imprimis autez z illos numero: qui nulli rei: nisi vino ac libidini vacant. Nulli enim turpius occupati sunt. Cæteri etiaz si vanæ gloriæ imagine teneantur: speciose tamen errant. Licet auaros mihi: licet vel iracundos enumeres: vel bel latores: omnes isti virilius peccant. In venerem ac libidinem proiectorum inhonesta labes est. Omnia istorum tempora exacte. Aspice q̄diu cōputent: q̄diu insidient: q̄diu timeāt

q̄diu colantur: q̄tum vadimonia sua atq; aliena occupent: quātuz cōuiuia quæ iam ipsa officia sunt. Videbis quemadmodum illos respirare non sinant vel mala sua vel bona. Deniq; inter omnes cōuenit: nullam rem bene exerceri posse ab homine occupato. Non eloquentiam: non liberales disciplinas. quādo districtus animus nihil altius recipit: sed omnia velut inculcata respuit. Nihil minus est hominis occupati q̄ viuere. Nullius rei difficilior est scientia. Professores aliquarum artium vulgo multique sunt. Quasdaz ꝑo ex his pueri admodum ita percæpisse visi sunt: vt etiaz præcipere possent. Viuere in tota vita discendū est. Quod magis mirandū est in tota vita discendū est mori. Tot maximi viri relictis omnibus impedimentis: cū diuitijs: officijs: voluptatibus renunciassent. hoc vnū in extremā vsq; ætatē ægerūt: vt viuere scirēt. Plures tamē ex his nondū se scire cō fessi e vita obierunt. Nedum vt isti sciant: magis mihi crede: 7 supra humanos errores eminentis viri est: nihil ex suo tempore deliberare: 7 ideo vita eius longissima est. Quidā quātūcūq; potuit: totū ipsi vacauit. Nihil inde incultū ociosūq; vacauit. Nihil sub alio fuit: neq; enī q̄q̄ reperit dignū q̄ cū tēpore suo pmutaret. Custos ei⁹ passim⁹. Itaq; satis illi fuit. His ꝑo necesse est defuisse: ex quoz vita multum plus tulit. Nec est q̄ putes hinc illos itelligere damuz suū: plærosq; certe audies ex his quos magna fœlicitas grauat iter clientiuz greges: aut causaruz actiones: aut cæteras hōnestas miserias exclamare. interdū mihi non viuere licet: quid ni non liceat. Omnes illi qui te sibi aduocant: tibi adducunt. ille reus quot dies abstulit: quot ille candidatus: quot illa annus: efferendis hæredibus lapsa: quot illa ad irritandam auariciam captantium simultas æget. Quot ille potentior amicus qui nos: non in amicicia: sed in apparatu habet. Dispunge inquam ac recense vitæ tuæ dies: videbis paucos admoduz 7 ridiculos apud te resedisse. Assecutus ille quos optauerat fasces cupit ponere. 7 subinde dicit: Quādo hic annus præteribit. Facit ille ludos quoꝝ sortem sibi obtingere magno æstimauit. Quando inquit istos effugiam. Diripit ille toto foro patronus: 7 magno concursu omnia vltra q̄ audiri potest complet. Quando inquit res proferentur. Præcipitat quisque vitaz suā: 7 futuri desiderio laborat præsentiū tedio. At ille qui nullum non tempus in vsus suos confert: qui omnes dies tanq̄ vitam ordinat: nec optat crastinum: nec timet. Quid enim est quid iam vllam horam noue voluptatis possit afferre. Dia vota ad satietatē percepta sunt: de cætero foro fortuna vt volet ordinet: vita iam in tuto est. Huic autē potest detrahi nihil: addici sic. sicut aliquis ventre quoq; admodum saturo: iaz non pleno: aliquid cibi q̄ nec desiderat capit. Non est itaq; q̄ quēq̄ ꝓpter canos: aut rugas putes diu vixisse. Non ille diu vixit: sed diu fuit. Quid enim si illum multum putas nauigasse: si sæua tempestas a portu exceptuz huc 7 illuc tulit: ac viribus ventoruz ex diuerso furentium p eadem vestigia in orbē ægit. Non ille multū nauigauit: sed multuz iactatus est. Mirari soleo cum video aliquos tempus petere: 7 eos qui rogantur facillimos. illud vterq; spectat: propter quod tēpus petitum est: ipsuz tēpus quidem neutri quasi petitur: quasi nihil datur. Res omnium pretiosissima luditur. Fallit autem illos: quia res incorporalis est: quia sub oculis non venit. Ideoq; vilissima æstimat imo pene nullum pretium eius est: annua congiaria homines carissimi accipiunt: 7 in his aut laborem: aut operam: aut diligentiam suam locant: nemo æstimat tempus. Vtuntur illo laxius quasi gratuito. At eosdem ægros vide si mortis periculum etiam admotum est propius: medicoꝝ genua tangentes: metuunt capitale supplicium: omnia sua vt viuāt paratos impendere: tanta in illius discordia affectuum est. Quod si possent quēadmoduz præteritoꝝ annoꝝ cuiusq; numeꝝ proponi sic futuroꝝ: quomodo illi qui paucos viderunt superesse trepidarent: quomodo illis parcerent. At qui facile est: quanuis exiguum dispensare q̄ certum est. Id debet seruari diligentius: q̄ ne scias quando deficiat. Nec est tamen quod ignorare putes illos q̄ chara res sit: dicere solēt eis quos validissime diligūt paratos se partem annoruz suoꝝ dare: dant: nec intelligunt. dant autē ita: vt sine illoꝝ incremēto sibi detrahāt: sed hoc ipsuz an detrahant nesciunt. ideo tolerabilis est illis iactura detrimenti latētis. Nemo restituet ānos: nemo itēꝝ te tibi reddet. Ibit qua cœpit ætas: nec cursuz suū: aut reuocabit aut supprimet: nihil aūt tumultuabit. Nihil admouebit velocitatis suæ: tacita labet: nō illa se regit imperio: nō fauore populi longius pferet. Sicut missa est a primo decurret: nusq; deuertet: nusq; remorabit. Quid fiet? tu occupatus es: vita festinat.

Mors interim aderit: cui velis nolis vacandum est. Potest ne quisq; sensus hominū: coꝛ dico qui prudentiaꝫ iactant: operosius occupari sibi: vt melius possint viuere. Impendio vitæ vitaꝫ instruunt. Cogitationes suas in longuꝫ ordinant. Maxima porro vitæ iactura dilatio est. illa primum quenq; extrahit diem: illa eripit præsentia: duꝫ vlteriora promittit. Maximum viuendi impedimentū est: expectatio quæ pendet ex crastino: perdis hodiernū. Quod in manu fortunæ positum est disponis: quod in tua dimittis: quo spectas quo te extendis? Omnia quæ ventura sunt: in certo iacent. Propicius viue: clamat ecce maximus vates: velut diuino ore instinctus: salutare carmē canit. Optima quæq; dies miseri mortalibꝰ æui. Prima fugit: q̄d cunctaris inq̄t: q̄d cessas: nisi occupas fugit: cuꝫ occupaueris tamen fugiet. Itaq; cum celeritate temporis vtendi velocitate certandū est: velut ex torrente rapido: nec semper casuro: cito hauriendum est. Hoc quoq; pulcherrime ad exprobandum infinitam cognitionem. q̄ non optimam quanq; ætatem: sed diem dicit. Quid securus in tanta temporum fugalentus mensesq; tibi annos: & longaꝫ seriem: vtcunq; auiditati tuæ visum est exporrigis: de die tecum loquitur: & de hoc ipse fugiente. Non dubium est ergo quin prima quæq; optima dies fugiat mortalibus miseris & occupatis: quorum pueriles adhuc animos senectus opprimit: ad quā imparatinermesq; veniunt. Nihil enī prouisuꝫ est: subito in illam nec opinantes incederunt. Accidere eam quotidie non sentiebant: quēadmoduꝫ: aut sermo: aut lectio: aut aliqua interior cogitatio iter facientis decipit. peruenisse ante sciunt: quam appropinquasse: ita hoc iter vitæ assiduum & citatissimuꝫ q̄d dormientes vigilantesq; eodēq; gradu facimus: occupatis non apparet nisi in fine. Quod proposui si in partes velim & argumenta diducere: multa mihi occurrent: per quæ probem breuissimā esse occupatorum vitam. Solebat dicere Fabianus: non ex his cathedrariis philosophis: sed ex veris & antiquis: contra affectus impetū non subtilitate pugnandum. Nec minutis vulneribus: sed incursu aduertendam aciem non probā. Cauillationes enim contendi debere non vellicari. Tamen vt illis error exprobetur suus docendi non tantum deplorandi sunt. In tria tempora vita diuiditur: quod est: quod fuit: & quod futuruꝫ est. Ex his q̄ agimꝰ breue est: quod acturi sumus dubium: quod ægimus certum. Hoc est enim in quo fortuna ius perdidit: quod in nullius arbitrium reduci potest. Hoc amittunt occupati: nec enī illis vacat præterita respicere: & si vacet iniucunda est præteritę rei recordatio. Inuiti nanq; ad tempora male exacta animum reuocant: nec audent ea retractare: quoruꝫ vita etiā aliquo præsentis voluptatis lenicinio subripiebatur retractando patescit. Nemo nisi quo omnia acta sunt: sub censura sua: quæ nunq; fallitur: libenter se in præteritum torquet ille q̄ multa ambitiose concupiit: superbe contēpsit: & impotēter vincit: insidiose decæpit: auare rapuit prodige effudit: necesse est memoriam suam timeat. Ut qui hæc est pars temporis nostri sacra dedicata: omnes humanos casus supergressa: extra regnuꝫ fortunæ subducta: quā nō inopia: non mœtus: non morboꝝ incursus exagitat. Hæc nec turbari nec eripi potest: ppe tua eius & intrepida possessio est. Singuli tamen dies: & bi per momēta præsentes sunt. At præteriti temporis: omnes cum voluerit aderunt: ad arbitrium tuuꝫ se inspici & detineri patiuntur. Quod facere occupati nō vacat. Securæ & quietæ mentis est: in oēs vitæ suæ partes discurrere. Occupatorum animi cum velut sub iugo sunt flectere se ac respicere non possunt. Abijt igitur vita eorum in profunduꝫ: & vt nihil prodest: licet quātūlibet ingeras: si non subest quod excipiat ac seruet: sic nihil refert quātū temporis detur: si non est vbi subsideat: per quassos foratosq; animos transmittitur. Præsens tempus breuissimū est: adeo quidem vt quibusdam nullum videatur: in cursu enim semper est. Fluit & præcipitatur: ante desinit esse: q̄ venit. Nec magis morā patitur q̄ mundus: aut sidera: quoꝝ ī reḡta semper agitatio: nunq; in eodem vestigio manet. Soluꝫ igitur ad occupatos præsens pertinet tempus: quod tā breue est: vt arripi non possit. & idipsum illis distractis sub multa subducitur. Deniq; vis scire q̄ nō diu viuant: vide q̄ cupiant diu viuere. decrepiti senes paucoruꝫ annorum accessionē votis mendicant. Minores natu seipsos esse fingunt: mendacio sibi blandiuntur: & tam libenter se fallunt: q̄ si fata vna decipiant. Iā ergo cū aliqua imbecillitas mortalitatis admouit: quemadmodum pauentes moriunt: non tanq; exeant de vita: sed tanq; extrahantur. Stultos se fuisse vt nō vixerint clamitant: & si modo euaserint ex illa valitudine: in otio victuros. Tunc q̄ frustra parauerint: quibus non fruentur:

q̄ in cassum omnis labor ceciderit cogitant. At quibus vita procul ab omni negocio agit: quid ni speciosa sit: nihil ex illa delegatur: nihil alio atque alio spargitur: nihil inde fortunæ traditur: nihil negligentia interit: nihil largitione detrahitur: nihil supervacuum est: tota vt ita dicam: in reditu est. Quantulacūq̄ itaq̄ abunde sufficit: & inde quandocunque vltimus dies venerit: non cunctabitur vir sapiens ire ad mortem certo gradu. Quæris forte quos occupatos vocem. Non est quod me solos putes dicere: quos a basilica immensi deinde canes ejiciunt: quos aut in sua vides turba speciosius elidi: aut in aliena contemptius: quos officia domibus suis euocant: vt alienis foribus illidant: hausta infami prætoris lucus: & quæ neq; superatio exercet. Quorundam ocium occupatum est in villa: aut in lecto suo: in media solliciatudine quanuis ab omnibus recesserunt: sibiipsi molesti sunt. Quorum non ociosa vita est dicenda: sed desidiosa occupatio. Illū tu ociosum vocas: qui corinthia paucorum furore preciosa: anxia subtilitate continuat: & maiorē dierū partem in eruginosis lamellis consumit: qui in te roma cœnam profanus: ne romanis quidem vicijs laboremus sectator puerorum rixantium sedet: qui victorum suorum gregis mercantium & colonum paria deducit. qui athletas nouissimos pascit. Quid illos ociosos vocas quibus apud tonsorem: multæ horæ transmittuntur: dum decerpitur: si quid prolixa nocte sucreuit: dū de singulis capillis in consiliū itur: dū aut disiecta coma restituitur aut deficiens. hinc atque illinc in frontem compellitur: quomodo rasuntur si tonsor paulo negligentior fuit: tanq̄ vir tonderet. Quomodo exandescunt: si quid ex iuba sua decisum est: si quid extra ordinē iacuit: nisi omnia sua in annulos suos reciderunt. Quis est istorū qui non malit rempublicam suam turbari q̄ comam. Qui non sollicitior sit de capitis sui decore q̄ de salute. Qui non comptior esse malit q̄ honestior. Vos tu occisos vocas inter pectinem speculumque occupatos. Quid illi qui in componendis: audiendis: discendis canticis operati sunt: dum vocem eius rectum cursum natura & optimum & simplicissimum fecit in flexu modulationis: ineptissime torquent. Quorum digiti aliquod inter se carmen mentientes semper sonant: quorum cum ad res serias etiam sæpe tristes adhibiti semper exauditur tacita modulatio. Non habent isti ocium: sed iners negocium. Conuiuia mehercule horum non posuerim inter vacantia tempora: cum videam q̄ solliciti argentum ordinent: quam diligenter exoletorum suorum tunicas succingant: quam suspensi sint. quomodo aper a coco exeat. Quanta celeritate signo dato: glabri ad ministeria decurrant. Quanta arte scindantur laues in frustra non enormia: quam curiose infœlices pueruli ebriorum sputa detergant. Ex his laudantiæ lauticiæque fama captatur: & vsq̄ eo in omnes vitæ successus mala sua illos sequuntur. Vt nec bibant sine ambitione: necedant. Nec illos quidem inter ambitiosos numeraueris: qui sella se & lectica huc & illuc ferunt: & ad gestationum suarum quasi deserere illas non liceat: horas occurrunt: quos quando lauari debeant: quando noctare: quando cœnare: alius admonet: & vsq̄ eo nimio delicati animi languore soluuntur: vt per se scire non possint an esuriant. Audio quendam ex delicatis: si modo delicæ vocandæ sunt: vitam & consuetudinem humanam dediscere. Cum ex balneo inter manus elatus & in sella positus esset: dixisset interrogando iam sedeo. Hunc tu ignorantem an sedeat: putas scire an viuat: an videat: an ociosus sit: non facile dixerim: vtrum magis miserear si hoc ignorauit: an se ignorare finxit. Multarum quidem rerum oblivionem sentiunt: sed imitantur quædam vicia illos quasi fœlicitatis argumenta delectant. Nimis humilis & contempti hominis esse videtur scire quid faciat. In hunc & minimos multa mentiri: ad exprobandam luxuriam puta. Plura mehercule præterent q̄ fingunt & tanta incredibilium viciorū copia ingenioso in hoc vnum sæculo processit. vt iā mimos arguere possimus negligentiam: esse aliquem qui vsq̄ eo delicijs interierit: vt an sedeat alteri credat. Non est ergo ociosus hic: aliud nomen imponas. Eger est: immo mortuus est. ille ociosus est cui ocij sui consensus est. Hic vo semiuiuus cui ad intelligendos corporis sui habitus iudice opus est. Quomodo potest hic alicuius tempora dominus esse? persequi singulos longum est: quorum aut latercli: aut pila: aut excoquendi in sole corporis cura consumpsere vitam. Non sunt ocioli quorum voluptates multum negocium habent. Nā de illis nemo dubitabit: quin operose nihil agant: qui in litterarum inutilium studijs detinent. quæ iā apud romanos quoq̄ magna manu est. Græcor iste morbus fuit: quærere

quez numeruz remigum Vlyxes habuisset? prior scripta esset Ilias an odyssea? Præterea an eiusdem esset auctoris? Illa deinceps huius notæ: quæ siue contineas: nihil tacitam conscientiã iuuat: siue proferas nõ doctior videberis: sed molestior. Ecce Romanos quoq; inuasit inane studium superuacua discendi. His diebus audiui quendam sapientez referentẽ: q primus nauali prælio Tullius vicit: primus Curius dentatus ĩ triumpho duxit elephantes: etiam si nunc ista ad veram gloriam non tendunt: circa ciuiliuz tamen operuz exempla versantur. non est profutura talis scientia: est tamen quæ nos speciosa rerum vanitate detineat. hoc quoq; quærẽtibus remittamus. Quis romanis primus psuasit nauem conscendere? Claudius is fuit: Candes ob hoc ipsuz appellatus: quia plurium tabularum contextus candes apud antiquos vocatur. vnde tabulæ codices dicuntur: 7 naues nunc quoq; quæ ex antiqua consuetudine cõmeatus subeunt: candicare vocantur. Sane 7 hoc ad rẽ ptineat q Valerius Corui⁹ primus Messanã vicit: 7 prim⁹ ex familia Valerianorũ vrbis captæ in se translato nomine Messana appellatus est: paulatimq; vulgo ꝓmutante litteras: Messala dictus est. nunc 7 hoc quicq; curare permittas q primus L. Sylla in circo leones dedit: cum alioquin alligati tunc detinerẽtur ad conficiendos ex missis a rege Otto ioculatores: 7 hoc sane remittatur. Num 7 Pompeium primum in circo elephantorũ duo de viginti pugnam edidisse: cõmissis in ore prælij: noxijs hominibus ad vllam rem bonaz pertinet: princeps ciuitatis 7 inter antiquos principes vt fama tradidit bonitatis eximiæ memorabile putauit spectaculi genus: nouo more perdere homines, depugnant: parum est lacinantur: parum est ingenti mole animalium exterrantur. satius erat uta in obliuionem ire: ne quis postea potens disceret inuideretq; rei minime humanæ. O quantum caliginis mentibus humanis obiicit magna fœlicitas: ille se supra rerum naturam esse tunc credidit cum tot miserorum hominum cateruas: sub alio cœlo natis beluis obiiceret: cũ belluz inter tam disparia animalia cõmitteret: cum in conspectu populi romani multuz sanguinis funderet: mox plus ipsum fundere coacturus. Vt idem postea alexandriam perfidia deceptus vltimo mancipio transfodienduz se præbuit: tum demuz intellecta inani iactatione cognominis sui. Sed vt illo reuertar vnde decessi 7 in alia materia ostendaz superuacuã quorũdã diligentiam: idem enarrabat Meteliũ vatis in Sicilia pœnis triumphantez vnũ omniũ romanorum ante currum centum 7 viginti captiuos elephantes duxisse. Syllaz vltimuz romanorum protulisse pomœriuz: quod nunq; prouinciali sed Italico agro acquisito mos proferre apud antiquos fuit. hoc scire magis prodest q; aduentinuz montem extra Pomœiuz esse vt ille affirmabat propter alteram ex duabus causis: aut q plebs eo secessisset: aut q Remo auspicante illo loco aues nõ addixissent. alia deinceps innumerabilia: quæ aut ficta sunt mendaciis: aut similia. Nã vt cõcedas oĩa eos fide bona dicere vt ad præstationẽ scribant: tamen cuius ista errores minuent: cuius cupiditates præmãt: quẽ fortiorez quem iustiorem: quem liberaliorem facient. Dubitare se interim Fabianus noster aiebat an satius esset nullis studijs admoueri: q; his implicari. Soli omnium otiosi sunt qui sapientiæ vacant: soli viuunt: nec enim suam tantum ætatem bene tuentur omne æuum addiciunt: quicquid annorum ante illos actum est: illis acquisitũ est: nisi ingratissimi sumus Illi clarissimi sacrarum opinionũ conditores: nobis nati sunt: nobis, vitã præparauerunt: ad res pulcherrimas ex tenebris ad lucem eruptas: alieno labore deducimur: nullo nobis sæculo interdictũ est: ĩ oĩa admittimur. 7 si magnitudine animi egredi humanæ ibecillitatis angustias libet: multũ per q̃ spaciemur tẽporis est. Disputare cuz Socrate licet: dubitare cũ Carneade: cũ Epicuro ꝺescere: hoĩs naturã cuz Stoicis vincere: cũ Cinicis excedere: cuz rerũ natura in cõsortiũ omnis æui patiatur incedere: q̃d ni ab hoc exiguo 7 caduco temporis trãsitu: in illa nos toto demus animo: quæ immensa quæ æterna sunt: quæ cuz melioribꝰ cõmunia. Isti qui p officia discurrant: qui se alioq; inquietãt: cũ bene insanierint: cũ oiuz limina quotidie pambulauerint: nec vllas apertas fores præterierint: cũ p diuersas domos meritoriam salutationem circũtulerint: quot quẽq; ex tam immensa 7 variis cupiditatibꝰ districta vix poterunt videre. q; multi erunt quorũ illos: aut somnus: aut luxuria: aut inhumanitas submoueat. q; multi qui illos cũ diu toꝛserint: simulata festinatione trãscurrãt q; multi per refertum clientibus atrium prodire vitabunt: 7 per obscuros ædium aditus p fugiẽt: quasi nõ ihumani⁹ sit decipe q; excludere. q; multi ex hesterna crapula semisomnes

7 graues illis miserijs somnum suum rumpentes: vt alienuz expectent vix alleuatis labijs in suspiratum millies nomen excitatione superbissima reddent: nos in veris officijs morari putamus: licet dicamus: qui Zenonez: q̄ Pythagoraz quotidie 7 Democritū cæteroscz antistites bonarum artium: qui Aristotelem 7 Theophrastum volent habere cz̄familiarissimos: nemo hoz non vacauit: nemo non venientem ad se beatiorem: amantioremque sui dimittet: nemo quēcz̄ vacuis a se manibꝫ abire patiatur: nocte conueniri 7 interdū ab oībꝫ mortalibus possunt: horuz te mori nemo coget: omnes docebunt: horuz nemo annos tuos conteret: suos tibi contribuit: nullius ex his sermo periculosus erit: nullius amici capitalis sumptuosa obseruatio. Trahes ex illis quicquid voles: p̄ illos nō stabit quo minus plurimum quantuz cœperis haurias: quæ illum fœlicitas: cz̄pulchra senectus manet: qui se in horum clientelam contulit: habebit cum quibus de minimis maximisque rebus deliberet: quos de se quotidie consulat: a quibus audiat veruz sine contumelia: laudetur sine adulatione. Ad quoruz se similitudinem effingat. Solemus dicere nō fuisse in nostra potestate quos sortiremur parentes forte nobis datos: nobis ꝺo ad nostrum arbitrium nasci licet: nobilissimoruz ingenioruz familiæ sunt. Elige inquā ascisci velis: non in nomen tantum adoptaueris: sed in ipsa bona quæ non sunt sordide nec maligne custodienda: maiora fiūt quo illa a pluribus diuiseris. hi tibi dabunt ad æternitatem iter: 7 te in illum locū ex quo nemo eiciet subleuabunt. hæc vna ratio est extendendæ mortalitatis: immo īmortalitatē vertendi honores 7 monumenta. Quicquid aut decretis ambitio iussit: aut operibꝫ extraxit cito subruitur: nihil non longa demolitur vetustas: 7 mouet ocius: quod consecrauit sapientia nocere non potest: nulla delebit ætas: 7 nulla dīminuet sequens: ac deinde semper vlterioꝛ aliquid ad venerationem confert. Quoniaz quidem in vicinio versatur inuidia simplicius longe posita miramur. sapientis ergo multuz patet via: non idē illum qui cæteros terminus includit solis generis humani legibus soluitur. omnia illi sæcula vt deo seruiūt transiuit tempus aliquod hec recordatione comprehendit: instat: hoc vtitur: venturuz est hos percipit: longam illi vitam facit: omnium temporum in vnum collocatio: illoruz brevissima ac sollicitissima ætas est: qui præteritoruz obliuiscuntur: præsentia negligunt de futuro timent. Cum ad extrema venerint: sero intelligunt miseri: tamdiu se dum nihil agunt occupatos fuisse. Nec est q̄ hoc argumento probari putes lōgam illos agere vitam: quia interdum mortem inuocant: vexat illos imprudentia incertis affectibus 7 incurrentibus in ipsa quæ metuunt: mortē sæpe ideo optant quia timent. Illud quocz̄ argumētū non est q̄ putes diu victurum q̄ sæpe illis longus videtur dies q̄ dū veniant ad conditū tempus cœnæ tardeue horas queruntur: nam si quādo illos deserunt occupationes in ocio relicti æstuant: nec quomodo disponant vt extrahant sciunt: itaqz̄ ad occupationez aliquā tendunt. 7 q̄ ꝺ interiacet omne tempus graue est: taz in herculeos cz̄ quando dies muneris gladiatoꝛi indictus est. Aut cuz alicuius alterius vel spectaculi vel voluptatis expectatur cōstitutū: trāsire medios dies volunt. Dis illis speratæ rei longa dilatio est ad illud tempus quod amanti breue est 7 præceps breui vsqz̄ in vltimo suo vicio: aliūde enī alio trāsfugiūt 7 cōsistere in vna cupiditate non possunt. non sunt illi longi dies sed inuisi. At contra cz̄ exiguæ noctes videntur quas in complexu scortoruz aut vicio exigunt. Inde 7 iam poetaruz furoꝛ fabulis humanos errores alentiuz: quibus visus est Iuppiter voluptate concubitus dꝛæmēter duplicasse noctē. Quid aliud est vicia intendere: cz̄ auctores illis inscribere deos: 7 dare morbo: exemplo dignitatis excusatam licentiaz. possunt istis non breuissime videri noctes: quas tam care mercantur diē noctis expectatione perdunt: noctez lucis mœtu. Ipse voluptates eoꝝ trepidæ 7 varijs terroribus inquietæ sunt: subitoqz̄ cū maxima exultatione sollicita cogitatio. Hæc cz̄diu ab hoc effectu reges suam fleuere potentiam: nec illos magnitudo fortunæ suæ delectauit: sed venturus aliquando finis exterruit: cuz per magna cāpoꝝ spacia porrigeret exercitū: nec numeꝝ ei⁹: nec mēsurā cōprehēderet. Persaꝝ rex īsolentissim⁹ lachrymas fudit: q̄ intra centū ānos nemo ex tāta iuuentute supfutur⁹ esset. at illis erat admotur⁹ fatuz: ille q̄ flebat: pditurusqz̄ alios ī terra: alios ī mari: alios ī prælio: alios fuga: 7 intra exiguū tēpus cōsumptur⁹ illos: cēteſimū annū timebat. Quid q̄ gaudia eoꝝ quocz̄ trepida sunt. nō enī solidis causis nituntꝫ: sed eadē quæ oriuntꝫ: vanitate turbantꝫ. Qualia autē putes tēpora esse etiā ipsoꝝ cōfessione misera: cū hæ quocz̄ q̄bꝫ se attollūt: 7 supꝫ hoiem

efferunt parum ſincera ſunt. maxima quæque bona ſollicita ſunt: nec vlli fortunæ minus bene q̄ optimę creditur: alia fœlicitate ad tuendam fœlicitatem opus eſt. ⁊ pro ipſis quæ ſucceſſerunt votis: vota facienda ſunt. Omne enim q̄ fortuito euenit: inſtabile eſt: quod altius ſurrexit oportunū eſt in occaſum. Neminez porro caſura delectant: miſerrimā ergo neceſſe eſt non tantum breuiſſimaz vitam eorum eſſe: qui magno parant labore q̄ maiore poſſideant. operoſe aſſequūtur quæ volunt: anxij tenent quæ aſſecuti ſunt. nulla interim nunc̄ amplius reddituri temporis eſt ratio. nouæ occupationes veteribz ſubſtituūt̄. ſpes ſpem excitat. ambitionez ambitio. miſeriaz non finis quæritur: ſed materia mutat̄. noſtri nos honores torſerunt. plus temporis alieni efferunt. candidati labore deſtruimus. ſuffragationes incipimus. accuſandi depoſuimus moleſtiā. iudicandi vaſcimur. iudex deſijt eſſe quæſitor eſt. alioz bonoruz mercenaria curatione coſenuit. ſuis operibus detinetur. manū caligo dimiſit: conſolatus exercet. Quintus dictaturam properat præcuadere ab aratro reuocabitur. ibit in pœnos nō tantæ maturus rei Scipio: victor Hānibalis: victor Anthiochi: ſui conſolatus decus: fraterni ſponſor: ne peripſuz mora ſit cū Ioue reponeretur: ciuiles ſeruatorem agitabunt ſeditiones: ⁊ poſt faſtiditos a iuuene æquos honores iam ſenez contumacis exilij delectabit ambitio. nunc̄ deerunt vel fœlices vel miſerę ſollicitudinis cauſæ per occupationes intercludetur ocium nunc̄ ageť: ſemper optabitur. Excerpe itaq̄ de vulgo Paulinæ chariſſime: ⁊ ī tranquilliorez portū: non pro ætatis ſpacio iactatus tandez recede cogita quot fluctus ſubieris: quot tēpeſtates partim priuatas ſuſtinueris: partiz publicas in te conuerteris. ſatis iaz per laboriſa ⁊ inquieta documenta exhibita virtus eſt. experire q̄d in ocio faciat maior pars ætatis: melior reipub. data ſit. Aliquid temporis tui ſume etiam tibi: nec ad ſegnem aut inertem quietez voco. non vt ſomno ⁊ charis turbæ voluptatibus quicquid eſt in te indolis viuæ demergas: non eſt iſtud acquieſcere. inuenies maiora oib̄ adhuc tractatis operibus: quæ repoſitus ⁊ ſecurus agites. tu quidez orbis terraz rationes adminiſtrans tam abſtinenter q̄ alienas: tam diligenter q̄ tuas: tam religioſe q̄ publicas in officio amorē conſequeris: in quo odiū vitare difficile eſt. Sed tamen mihi crede: ſatius eſt vitæ ſuæ rationem: q̄ frumenti publici noſſe. Iſtum autem animi vigorem: rez maximarum capaciſſimum a miniſterio honorifico quidem ſed parum ad beatam vitā apto: ad te reuoca. ⁊ cogita non id ægiſſe te ab ætate prima omni cultu ſtudioruz liberalium: vt tibi multa milia frumenti cōmitterentur. maius quiddaz ⁊ altius de te promiſeras: non deerūt ⁊ frugalitatis exacte homines ⁊ laborioſe opere. Tanto aptiora exportādis oneribus tarda iumenta ſunt: q̄ nobiles equi: quorum generoſam pernicitatem quis nunc̄ graui ſarcina preſſit. Cogita præterea quantū ſollicitudinis ſit: ad tantam te molem obijcere: cuz ventre humano tibi negocium eſt: nec rationē patitur: nec æquitate mitigat̄: nec vlla prece flectet̄ populus eſuriēs modo intra paucos illos dies: quibus. G. cæſar perijt ſi q̄s inferis ſenſus eſt: hoc gratiſſime ferens: quod dicebat populo romano ſuperſtiti: ſeptē aut octo certe diez abaria ſupereſſe dum ille potens nauibus iungit: ⁊ viribus imperia ludit. Ederat vltimū maloz obſeſſis quoc̄ alimentoz ægeſtas. exitiuz pœnæ ac fames conſtitit: ⁊ quæ famem ſequit̄ rez omnium ruina: furioſi ⁊ externi ⁊ infœliciter ſuperbi regis mutatio. Quem tunc animū habuerunt illi q̄bus erat mandata frumenti publici cura: ferrū: ſaxa: ignes: gladiū excepturi ſumma diſſimulatione tantū inter viſcera latētis mali tegebāt cū rōne. Quæda enī ignorantib̄ ægris curāda ſunt. Cauſa multis moriendi fuit: morbū ſuuz noſſe. Recipe te ad hæc trāquillioza: tutioza: maioza. Simile tu putas eſſe vtz cures vt incorruptuz ⁊ a fraude ad vendentiū ⁊ negligentia frumentū trāſfundat̄ in horrea: ne concepto humore vi cietur ⁊ concaleſcat: vt ad menſuram ponduſc̄ reſpondeat: an ad hæc ſacra ⁊ ſublimia accedas? ſcitur quæ materia ſit diis: quæ voluptas: quæ conditio: quæ fortuna: q̄s animū tuū caſus expectet: vbi nos a corporib̄ dimiſſos natura cōponat. Quid ſit q̄d hui mundi grauiſſima quæc̄ ī medio ſuſtineat: ſupra leuia ſuſpēdat: ī ſummū ignē ferat: ſidera curſibus ſuis excitet. Cætera deinceps ingētib̄ plena miraculis. vis tu relicto ſolo: mēte ad iſta reſpicere. nūc dū calet ſanguis ingētib̄ ad meliora eundū eſt. expectat te in hoc genere vitæ multū bonaz artiū: amor virtutū atc̄ vſus: cupiditatū obliuio: viuēdi atq̄ moriēdi ſcientia. alia rez q̄es: omniū quidē occupatoz cōditio miſera eſt. eoz tamē miſerrima q̄ ne ſuis quidē occupationib̄ laborant: ad alienū dormiunt ſomnū: ad alienum ambulant graduz

Venturi

paucissimos

ad alienum cõmendunt appetituꝫ: ⁊ ad alienum gradiuntur viaticuꝫ: ⁊ multotiẽs Tantali more inter opes ⁊ copias positi: quas suas solum vident defectum intolerabilẽ omniũ sibi magis delectabiliuꝫ patiuntur. amare ⁊ odisse res omniũ liberrimas iubentur. Vi si velint scire q̃ breuis eorum vita sit: cogitant ex quota parte sua sit: cum videris itaq; prætextam arti sæpe sumptam: cum celebre in foro nomen non inuideris: ista vitæ damno parãtur: vt vnus ab illis numeretur ante omnes amicos suos cõterent. Quosdaꝫ autem cũ in summũ ambitionis eniterentur inter prima luctantes ætas relinquit. Quosdaꝫ cũ in cõsummationẽ dignitatis per mille idignationes erupissent: misera subit cogitatio ipsos laborasse ĩ titulꝫ sepulchri. Quorundã ultima senectus dum in nouas spes vt iuuenta disponitur inter conatus magnos ⁊ improbos inualida defecit. Fœdus ille quem in iudicio pro ignotissimis litigatoribus grandem natu ⁊ imperitæ coronæ assensiones captantẽ spiritus liquit. Turpis ille qui viuendo lapsus citius q̃ laborando inter ipsa officia collapsus est. Turpis quẽ in accipiendis in morientem rationibus diu tractus risit hæres. Prætereo quod nihil occurrit exemplum non possum. Tyrannus fuit exactæ diligentiæ senex: qui post annum nonagesimum cum vacationeꝫ procurationis a. C. cæsare vltro accæpisset componi se ĩ lecto ⁊ velut exanimem a circũstante familia plangi iussit. Lugebat domus ocium domini sentis nec finiuit ante tristiciam q̃ labor illi suus restitutus est: adeo ne iuuat occupatũ mori. Idẽ plærisque animus est: diutius cupiditas illis laboris: q̃ facultas est. cuꝫ imbecillitate corporis pugnant: senectutem ipsam nullo alio numero grauem iudicant: q̃ q illos seponit. Lex a quinquagesimo anno militẽ non tegit. At sexagesimo senatorem non citat. difficilius boies a se ociũ impetrẽt q̃ a lege. Interiꝫ dũ rapiunt ⁊ rapiunt. dũ alter alteri q̃tẽ rumpit dũ mutuo sunt miseri: vita est sine fructu: sine voluptate: sine vllo profectu animi. nemo in cõspicuo mortẽ habet. nemo nõ procul spes intendit. Quidaꝫ vo disponunt etiã illa quæ vltra vitam sunt: moles magnas sepulchroꝝ ⁊ operum publicoꝝ dedicationes: ⁊ ad roguꝫ munera ⁊ ambitiosas exequias. At mehercule istorum funera tanq̃ nimium vixerint ad faces ⁊ cæreos ducẽda sunt. Nostra compares firma sunt: si redigas ad conditionẽ naturæ omnia destruentis: ⁊ vnde edidit eodem reuocãtis: caduca sunt. Quid enim immortale manus mortales fecerint: septem illa miracula: ⁊ si qua his multo mirabiliora. sequentiuꝫ annoꝝ extruxit ambitio: aliquando solo æquata visentur. Ita est nihil perpetuuꝫ pauca diuturna sunt. Aliud alio modo fragile est: rerum exitus variantur. Cæteꝝ quicquid cœpit ⁊ desinit modo quidam minantur interitum: ⁊ hoc quod vniuersum q̃ omnia diuina humanaque complectitur. si fas putas credere: dies aliquis dissipabit ⁊ in confusionem veterum tenebraſq; demerget. Eat modo aliquis ⁊ singulas comploret animas: Chartaginis ac Numantiæ Corinthique cinerez. ⁊ si quid aliud altius cecidit lamentetur: cuꝫ etiaꝫ hoc quod non habet quo cadat etiam sit interiturum. Eat aliquis ⁊ fata tantũ aliquãdo nefas ausura sibi non pepercisse conqueratur. Quis tã superbe impotentisque arrogantiæ est: vt in hac naturæ necessitate omnia ad eundem finez reuocantis se vnum ac suos seponi velit? ruinæque ipsi mundo imminenti aliquam domum subtrahat. Maximum ergo solaciũ est cogitare id sibi accidisse: quod ante se passi sunt: oẽsq; passuri. ⁊ ideo mihi videt rez natura quod grauissimuꝫ fecit accõmune fecisse: vt crudelitatẽ facti consolaretur æqualitas. Illud te quoq; non minimum adiuuerit: si cogitaueris nihil profuturum dolorem tuum: nec illi quem desideras nec tibi. voles enim longum esse quod iturum est. Nam si quicq; tristicia profecturi sumus non recuso quicquid lachrymaruꝫ fortunæ meæ superfluit: tuæ fundere. Inueniam etiaꝫ nunc per hos exhaustos iã fletibꝫ domesticis oculos quod effluat: si modo ideo tibi futuꝫ bono est. Quid cessas conqueramur? atq; adeo ipse banc litem meã faciã. Iniquissima omniũ iudicio fortuna. adhuc videbaris eũ hominẽ continuisse: qui munere tuo tãtaꝫ veneratiõnẽ recæperat: vt quod raro vlli contingit fœlicitas eius effugeret in inuidiam. Ecce eum doloreꝫ illi nomine Polybio cui eius est frater quẽ saluo cæsare accipere maximum poterat impressisti. ⁊ cum bene illum vndiq; circuisses: intellexisti banc partẽ tantũmodo patere ictibus tuis. Quid enim illi aliud faceres: pecuniam eriperes nunq; illi obnoxius fuit. nunc quoq; quantuꝫ potest illum a se abiecit: ⁊ in tanta fœlicitate acquirendi: nullum maiorem ex ea fructum q̃ contẽptus eius petit. Eriperes illi amicos: sciebas tã habilẽ esse se: vt facile in locũ amissoruꝫ posset alios sustinere. Vnum enĩ ex his hunc quos

in principali domo potētes vidi: cognouisse video: quē omnib amicū habere cū expediat magis tamē etiā libet. Eriperes illi bonā opinionē: solidior est hæc apud eū q̄ vt a te quoq̄ ipsa concuti posset. Eriperes bonam valitudinē: sciebas animū eius liberalibus disciplinis quib nō nutritus tantū: sed innatus est: sic esse fundatū: vt supra oēs corpis dolores emineret. Eriperes spiritum quātulū nocuisses: longissimū illi ingenua æuum fama promisit. Id ægit ipse vt meliore sui parte duraret: & cōpositis eloquetiæ præclaris operib: a mortalitate se vindicaret: q̄diu fuerit vllus litteris bonor: q̄diu steterit aut latine linguæ potētia aut græcæ gratia vigebat cum maximis viris: quorū se ingenijs vel contulit vel si hæc verecundia eius recusat applicuit. Hoc ergo vnum excogitasti: quomodo illi maxime posses nocere. Quo melio: eni est q̄squis: hoc sæpius ferre te cōsueuit: sine vllo dilectu furentē: & inter ipsa beneficia metuendā. Quātulū erat tibi īmunez ab hac iniuria præstare eū boiez: in quē videbat indulgentia tua ratione certa pueniſſe: & non ex tuo more temere incidisse. Addiciamus si vis ad has querelas ipsius adolescentis interceptaz inter prima incremeta indolem: dignus te fuit ille te fratre. tu certe eras dignissimus: qui nec ex indigno quidem quicq̄ doleres fratre. Reddit illi testimoniū æquale omniū hominū. Desideratur in tuoz honore. Laudat in suū. nihil in illo fuit q̄d non libenter cognosceres. Tu quidē etiā minus bono fratri fuisses bonus: sed ī illo pietas tua idoneā nacta materiā: multo te liberius exercuit. Nemo potentiā eius iniuria sensit: nunq̄ ille te fratrē vlli minatus est. ad exemplū se modestiæ tuæ formauerat: cogitabatq̄ q̄tum tu & ornamentū tuoz esses & onus sufferet ille buic sarcinæ. O dura fata & nullis æqua virtutib: an teq̄ fœlicitatē tuā nosceret frater tuus: exemptus est. Paz autē ne indignari scio: nihil est eni difficilius: q̄ magno dolori. paria verba reperire. Jam nunc tamen si quid proficere possumus: fateamur & cōqueramur Quid tibi voluisti tam iniusta & tam violenta fortuna: tā cito indulgentiæ tuæ pœnituit quæ ista crudelitas est: in medios fratres impetum facere: & tā cruenta rapina cōcordissimā turbā īminere: tā bene stipatā optimoz adolescentiū domū in nullo fratre degenerante turbare: & sine vlla causa deliberare voluisti. Nihil ergo prodest innocentiā adesse: lege exacta nihil antiqua frugalitas: nihil fœlicitatis summæ potentia: summa conseruata abstinētia nihil sincerus & tutus litteraz amor: nihil ab omni labe mens vacās. Luget Polybius & ī vno fratre quicq̄d derelinquis possit metuere. Admonitus etiā de ipsis doloris sui solacijs timet. Facinus indignuz luget Polybius: & aliquid propicio dolet cæsare: hoc sine dubio impotens fortuna captasti: vt ostenderes nemine contra te: nec a cæsare quidē posse defendi Diutius accusare fata possumus. stant dura & inexorabilia: nemo illi conuicio: nemo fletu: nemo causa mouet. nihil vnq̄ parcūt vlli: nec remittunt. Proinde parcamus lachrymis: nihil proficientib. Facilius nos enim illis doloribb addiciet q̄ illas nobis reducet. Qui si nos torquet non adiuuat. primo quoq̄ tēpore deponēdus est: & ab inanib solacijs: atq̄ amara quadā libidine dolendi animis recipiendus est. Nā lachrymis nostris: ni ratio finē fecerit: fortuna non faciet. Oēs agedum mortales circūspice. Larga vbiq̄ flendi & assidua materia. Alliū ad quotidianū opus laboriosa ægestas vocat. Alluī ambitio nunq̄ quieta sollicitat. Alius diuitias quas optauerat metuit: & voto laborat suo. Alium sollicitudo: alium labor torquet. Alliū super vestibulū obsidens turba. Hic habere se dolet liberos. Hic perdidisse. Lachrymæ nobis deerunt: anteq̄ causæ dolendi. Non vides qualez vitā nobis rez natura promiserit: quæ primū nascentiū hominū fletum esse voluit. hoc principio edimur: huic omnis sequētiū annoz ordo consentit: sic vitā agimus. ideoq̄ moderate id fieri debet a nobis: quod sæpe respiciendū est & respicientes quantū a tergo rez tristiuz īmineat se non finire lachrymas: at certe reseruare debemus. Nulli parcendum est rei magis q̄ huic cuius tu frequēs vsus est. Illud quoq̄ te nō minimū adiuuerit: si cogitaueris nulli minus gratuz esse dolorē tuū: q̄ ei cui præstari videt. Torqueri ille te aut non vult: aut non intelligit. nulla itaq̄ eius officij ratio est: q̄ ei cui præstatur: si nihil sentit supuacuū est: si sentit ingratum est. neminē toto orbe terraz esse: qui delectetur lachrymis tuis: audacter dixeriz. Quid ergo quē nemo aduersus te animū gerit: eū esse tu credis fratris tui: vt cruciatu tui noceat tibi: vt te velit abducere ab occupationib tuis: id est a studio & a cæsare. Nō est hoc simile veri. Ille enī indulgentiā tibi tanq̄ fratri ostēdit: & præstitit venerationē tanq̄ pareti cultuz tanq̄ superiori. ille desiderio tibi esse vult: tormento esse non vult. Quid itaq̄ iuuat

doloꝛi intabeſcere: quē ſi quis defuncti ſenſus eſt finiri frater tuus cupit. de alio fratre cujus incerta poſſet voluntas videri: omnia hæc non dubie ponerem ⁊ dicerem: ſiue te toꝛqueri lachꝛymis nunc̄ deſinētibꝰ frater tuus cupit: indignus hoc aſpectu tuo eſt: ſiue non vult: vtercꝫ veſtrum inertem doloꝛem dimittite. Nec impius frater ſi deſideꝛari debet: ne pius ſi velit. In hoc vero cuius taꝫ explorata pietas eſt pro certo habendus eſt. Nihil eſſe illi poſſe acerbus: c̄ ſi tibi hic caſus eius acerbꝰ eſt: ſi te vllo modo toꝛquet ſi oculos tuos indigniſſimos hoc malo ſine vllo flendi fine conturbat idem ⁊ exhaurit. Pietatem tuā tamen nihil æque a lachꝛymis iā inutilibus abducet: c̄ ſi cogitaueris fratribus te tuis exemplo eſſe debere: fortiter hanc fortunæ iniuriam ſuſtinendi. Quod duces magni faciunt rebus afflictis vt hilaritatez de induſtria ſimulent: ⁊ aduerſas res adumbꝛata lætitia abſcondant: ne militum animi ſi fractam ducis ſui mentem viderint: ⁊ ipſi collabantur. Id nunc quocꝫ faciendum eſt: indue diſſimilem animo tuo vultum: ⁊ ſi pores proiice omnem ex toto doloꝛem ſi minus introꝛſus abde ⁊ contine ne appareat: ⁊ da operam vt fratres tui te imitentur: qui honeſtum putabunt quodcūcꝫ facientem viderint: animūque ex vultu tuo ſument: ⁊ ſolacium debes eſſe ⁊ conſolatoꝛ illoꝛum. Non poteris autem hoꝛuꝫ inæroꝛi obſtare niſi tuo indulſeris. Poteſt ⁊ illa res a luctu te prohibere nimio ſi tibi ipſe renunciaueris: nihil hoꝛum quæ facis poſſe ſubduci. Magnam tibi perſonam hominum conſenſus impoſuit: hæc tibi tuenda eſt: circūſtat te omnis iſta conſolantium frequentia: ⁊ in animum tuum inquirit ac proſpicit quantum roboꝛis ille aduerſus doloꝛem habeat: ⁊ vtrum ne tu qui tantū ī rebus ſecundis indulgere ſcias: an ⁊ aduerſas poſſis viriliter ferre obſeruantur oculi tui. Liberioꝛa omnia ſunt his quoꝝ affectus tegi poſſunt. Tibi nullum ſecretuꝫ liberum eſt: in multa luce foꝛtuna te poſuit: omēs ſcient quomodo te in iſto tuo geſſeris vulnere: vtruꝫ ne ſtatum percuſſus arma ſubmiſens: an in ſtatu ⁊ in gradu ſteteris. Olim te in altioꝛem ordinem: ⁊ amoꝛ cæſaris extulit: ⁊ tua ſtudia deduxerunt: nihil te plæbeiuꝫ decet: nihil humile. Quid autem tam humile ac muliebꝛe eſt c̄ conſūmendū ſe doloꝛi cōmittere: non idē tibi in luctu pari quod tuis fratribus licet. multa tibi non permittit opinio de ſtudijs ac moꝛibus receptа: multum a te homines exigunt: multum expectant. Si volebas tibi omnia licere ne conuertiſſes in te oꝛa omnium: nunc autem tibi præſtandum eſt quantū promiſiſti: omnes illis qui opa ingenij tui laudant: qui deſcribant: quibus cum fortuna tua opus non ſit ingenio opus eſſe cuſtodes animi tui ſunt. nihil vnc̄ ita potes indignum facere prouecti ⁊ eruditi viri profeſſione: vt non multos admirationis de te ſuæ non pœniteat. Nō licet tibi flere imodice: nec hoc tātūmodo non licet: nec ſomnuꝫ quidem extendere in partē diei licet: aut a tumultu rerum in ocium ruris gratia quietis confugere: aut aſſidua laboꝛioſi officij ſtatione: fatigatum coꝛpus voluntaria peregrinatione recreare: aut ſpectaculoꝝ varietate animuꝫ detinere: aut ex tuo arbitrio diez diſponere. Multa enī non licent quæ humilimis in angulo iacentibus licent. Magna ſeruitus eſt ex magna fortuna: non licet ibi quicquaꝫ arbitrio tuo facere. Audienda ſunt tot hominum milia: tot diſponendi libelli: tantus rerū ex oꝛbe toto occurrentium congeſtus: vt poſſit per oꝛdinem ſuum principis maximi officiū geri vbicꝫ animi eſt. Non licet tibi vnc̄ flere: vt multos flentes audire poſſis: vt periditātiū: ⁊ ad miſericoꝛdiā mitiſſimi cæſaris peruenire cupientium. Lachꝛymæ tibi tuæ aſſiccāde ſunt. Hoc tamen etiam nunc leuioꝛibus remedijs adiuuabit: Cum voles omnium rerum obliuiſci: cogita cæſarem: vide quantam huius vitæ indulgentiæ fidem: quātā induſtriā debeas. intelliges non magis tibi incuꝛuari licere c̄ illi. Si quis modo eſt fabulis traditꝰ cuius humeris mundus innititur. Cæſari quocꝫ ipſi cui oia licent: ꝓter hoc ipſuꝫ multa non licent. Omnium domos illius vigilia defendit: omnium ocium illius laboꝛ: omniuꝫ delicias: illius induſtria: omniū vocationē illius occupatio. Ex quo ſe cæſar oꝛbi terrarum dedicauit: ſibi eripuit ⁊ ſidez modo: quæ in re quieta ſemper curſus ſuos explicāt: nunc̄ illi licet: nec ſubſiſtere: nec quiſc̄ ſuū facere. Ad quēdā itaqꝫ modū tibi quocꝫ eadē neceſſitas iniungit: non licet tibi ad vtilitates tuas ad ſtudia tua reſpicere. Cæſare oꝛbem terraꝝ poſſidente impartiri te nec voluptati: nec doloꝛi: nec vlli alij rei potes. totū te cæſari debeas Addice nunc q̄ eum ſemper prædices: chaꝛioꝛez tibi ſpiritu tuo cæſarem foꝛe. fas tibi non eſt ſaluo cæſare de fortuna queri. hoc incolumi: ſalui tibi ſunt tui: nihil peꝛdidiſti. nō tātuꝫ ſiccos oculos tuos eſſe: ſed etiā lætos oporꝛet. In hoc tibi omnia ſunt: hoc pro omnibus eſt

Quod longe a ſenſibus tuis prudentiſſimis piiſſimiſque abeſt. aduerſus fœlicitatem tuaz parum gratus es: ſi tibi quicq̃: hoc ſaluo: flere permittis. Monſtrabo etiaz nunc nō quidē firmius remedium: ſed familiarius. ſiquando te domuz recæperis: tunc erit tibi metuenda triſticia. nam q̃diu nomen tuum intuebēris: nullum illa ad te inueniet acceſſuz. Omnia ī te cæſar tenebit. cum ab illo diſceſſeris: tunc velut occaſione data inſidiabitur ſolitudini tuæ doloꝛi: ꝛ requieſcenti animo tuo paulatim irrepit. Itaq̃ non eſt q̃ vllum tempus vacare patiaris a ſtudijs: tunc tibi litteræ tuæ tamdiu ac fideliter amatæ gratiā referant: tunc te illæ antiſtitem ꝛ cultoꝛem ſuum iudicent: tunc Homerus ꝛ Virgilius taz bene de humano genere meriti: q̃ de omnibus ꝛ de illis meruiſti: quos pluribus notos eſſe voluiſti: q̃ ſcripſerant multum tecuz moꝛentur. tutum hic erit omne tempus: quod illis tuenduz cōmiſeris. tunc cæſaris tui opera vt per omnia ſæcula domeſtico narrentur præconio: quantum potes compone. Nam ipſe tibi oprime formandi condendique res geſtas: ꝛ materiam dabit ꝛ exemplum. non audeo te vſq̃ eo producere: vt fabellas quoq̃ ꝛ ceſſopeos longos intentatum romanis ingenijs opus: ſolita ſibi venuſtate connectas. Difficile eſt quidem vt ad hæc hilarioꝛa ſtudia tam vehementer percultus animus tam cito poſſit accedere. Hoc tamen argumentuz habeto iaz coꝛoboꝛati eius ꝛ redditi ſibi: ſi poterit ſe a ſæuerioꝛibꝫ ſcriptis ad hæc ſolutioꝛa producere. In illis eniz q̃uis ægruz euz adhuc ꝛ ſecuz reluctantē aduocabit ipſa reruz quas tractabit auſteritas. hæc quæ remiſſa fronte commendanda ſunt ſibi non feret: niſi cum iam ſibi ab omni parte conſtiterit. Itaq̃ debebis eum ſæuioꝛe materia primū exercere: deinde hilarioꝛem temperare. Illud quoq̃ magno tibi erit leuamento ſi ſæpe te interrogaueris: vtꝝ ne meo nomine doleo: an eius qui deceſſit? Si meo: petit me indulgentē iactatio ꝛ incipit doloꝛ. hoc vno excuſatus q̃ honeſtus eſt: cū ad vtilitatem reſpiat a pietate deſiſtere. Nihil autez magis bono viro conuenit: q̃ in fratris luctu calculos ponere. Si illi? nomine doleo: neceſſe alterutrum ex his duobus eſſe iudicē. Nā ſi nullus defunctis ſenſus eſt: euaſit omnia frater meus vitæ incōmoda. ꝛ in eum reſtitutus eſt locum: in quo fuerat anteq̃ naſceretur. ꝛ expers omis mali: nihil cupit: nihil patitur. Quis iſte eſt furoꝛ? pro eo me nunq̃ dolere deſinere: qui nunq̃ doliturus eſt. Si eſt aliq̃s defunctis ſenſus: nūc animꝰ fratris mei velut ex diuturno carcere emiſſus: tandez ſui iuris ꝛ arbitrij geſtit: ꝛ rex naturæ ſpectaculi fruitur: ꝛ humana omnia ex ſupioꝛe loco deſpicit. diuina vo quoꝝ rationez tam diu fruſtra quæſierat propius intuetur. quid itaq̃ eius deſiderio maceroꝛ? qui aut beatus aut nullus eſt. Beatuz deflere inuidia eſt: nulluz demētia. In hoc te mouet q̃ videt ingentibus ꝛ ingratis ꝛ maxime circūfuſis bonis caruiſſe. Cū cogitaueris multa eſſe quæ pdidit cogita plura eſſe quæ non timet. Non ira euz torquebit: non moꝛbus affliget: non ſuſpitio laceſſit: non edax ꝛ inimica ſemper alienis proceſſibꝫ inuidia conſectabitur: nō mœrus ſolliciitabit: non leuitas fortunæ cito munera ſua tranſferentis inquietabit. Si bene computes plus illi remiſſum: q̃ ereptum eſt. Non opibus fruetur: non tua ſimilis ac ſua gratia: non accipiet beneficia: nō dabit. Miſeruz putas q̃ iſta amiſit? an beatuz q̃ non deſiderat? mihi crede: is beatioꝛ eſt: cui fortuna ſuperuacua eſt: q̃ is cui parata eſt. Omnia iſta bona quæ nos ſpecioſa: ſed fallaci voluptate delectant: pecunia: dignitas: potentia: aliaq̃ cōplurima ad quæ generis humani cæca cupiditas obſtupeſcit: cum labore poſſidentur: cum inuidia conſpiciuntur. eoſque ipſos quos exoꝛnant ꝛ præmunt plus minantur q̃ proſunt. lubrica ꝛ incerta ſunt: nunq̃ bene tenentur. nam vt nihil de tempoꝛe futuro timeatur: ipſa tamen magnæ fœlicitatis tutela ſolita eſt. Si velis credere altius veritatez intuentibꝫ: omnis vita ſupplicium eſt. In hoc profundū inquietumque proiecti mare: alternis æſtibus reciprocum: ꝛ modo alleuans nos ſubiectis incrementis: modo maioꝛibus damnis deſerens: aſſidueq̃ iactans. nunq̃ ſtabili conſiſtimus loco: pendemus ꝛ fluctuamur: ꝛ alter in alterꝝ illudimur ꝛ aliquando naufragiuz facimus: ſemper timemus in hoc tam procelloſo ꝛ in omnes tempeſtates expoſito mari: nauigantibꝫ nullus portus niſi mortis eſt. Ne itaq̃ inuideris fratri tuo: quieſcit tandem liber: tandem tutus: tandem æternus eſt. ſuſtitem cæſarez: omneq̃ eius prolem: ſuſtitem te cum omnibꝫ habet fratribus: anteq̃ quicq̃ ex ſuo fauoꝛe fortuna mutaret: ſtantem adhuc illam ꝛ munera plena manu congerentē reliquit. fruitur nūc apto ꝛ libero cœlo: ꝛ humili atq̃ depreſſo in euz emicuit locū. Quiſquis ille eſt qui ſolutas vinculis animas beato recipit ſinu? ꝛ nūc libere vagat: omniaq̃ rex naturæ bona cuz ſumma

voluptate recipit: prospicit? Erras: non perdidit lucem frater tuus: sed securiorem sortitus est. Omnibus illud nobis cōmune est iter. quid fata deflemus? non reliquit ille nos: sed antecessit. magna fœlicitas est in fœlicitate mori. Est: mihi crede: magna fœlicitas in ipsa fari fœlicitate moriendi. nihil mihi in totum quidem diem certi est. quis in tam obscura ⁊ inuoluta veritate diuinat? vtr̄ ne fratri tuo mors inuideat: an cōsulerit? Illud quoq; quæ iustitia in omnibus rebus necesse est te adiuuet cogitantez non iniuriam tibi factā ꝙ talem fratrem amisisti: sed beneficiū datum: ꝙ tamdiu pietate eius tibi vti fruiq; licuit. Iniquus est qui muneris sui arbitrium danti non reliquit. Auidus qui non lucri loco habet quod accepit: sed damni q̄ reddidit. Ingratus est qui iniuriā vocat finē voluptatis. Stultus qui nullū fructuz esse putat bonoꝝ nisi præsentiuz: qui non ⁊ in præteritis acquiescit: ⁊ ea iudicat certiora quæ abierunt: quia de illis nec desinant non est timendū. Nimis angustat gaudia sua qui eis tantūmodo quæ habet ac videt: frui, se putat: ⁊ habuisse eadez ꝑ nihilo ducit. cito enim nos omnis voluptas relinquit: quæ fluit ⁊ transit: ⁊ pene antecq̄ veniat aufertur. Itaq; ī præteritū tempus animus mittēdus est: ⁊ quicquid nos vnq̄ delectauit reducendum: ac frequenti cogitatione pertractandum est. longioz fideliozque est memoria voluptatum: q̄ præsentia. Quid habuisti ergo optimuz fratrē in summis bonis pone. nō est ꝙ cogites quanto diucius habere potueris: sed q̄diu habueris. rerum natura illum tibi sicut cæteris fratribus: suo non mancipio dedit: sed cōmendauit: cum visum est deinde reperit. nec tuam in eo sacietatem secuta est: sed suam legem. Si quis pecuniā creditā soluisse se molestē ferat: eam præsertim cuius vsum gratuitū accepit: nonne inustus vir habebit? Dedit natura fratri tuo vitam: dedit ⁊ tibi: quæ suo iure vsa sunt: a quo voluit debitum sūm citius exigit. nō illa in culpa est cuius nota erat cōditio: sed mortalis animi spes auida: quæ subinde quicquid rez natura sit obliuiscitur: nec vnq̄ sortis suæ meminit: nisi cū admonetur. Gaude itaq; habuisse ⁊ tam bonū fratrem ⁊ vsufructumq; eius: quāuis breuioz vsui tuo fuerit boni consule. cogita iucundissimū ꝙ habuisti: ⁊ humanuz ꝙ perdidisti. Nec enim quicq̄ minus inter consentaneum est: q̄ aliquē moueri ꝙ sibi talis frater parum diu contigerit: non gaudere ꝙ tamen contigerit. at inopināti ereptus est: sua quēq; crudelitas decipit ⁊ in eis quæ diligit: voluntaria mortalitatis obliuio. Natura nulli se necessitatis suæ gratiam facturam esse testata est. Quotidie præter oculos nostros transeunt notoruz ignoroz̄que funera. nos tamen aliud agimus: ⁊ subitū id putamus esse: quod nobis tota vita denunciatur futuꝝ. Non est itaq; ista fatoꝝ iniquitas: sed mentis humanæ prauitas insaciabilis rez omniū: quæ indignatur inde se eximere: quo admissa est precario. quanto ille iustioz qui nunciata filij morte: dignam magno viro vocem emisit. Ego cuz genui: tuz moriturum sciui. prorsus non mireris ex hoc natum esse: qui fortiter mori posset. nō accepit tanq̄ nouū nuncium filij mortem. Quid est enim noui hominem mori? cuius tota vita: nihil aliud q̄ ad mortem iter est: ego cuz genui: tum morituros sciui. Deinde adiecit esse maioris prudentiæ ⁊ animi: rez huic rei sustuli: omnes huic rei tollimur. quisquis ad vitā editur: ad mortez destinatur. Gaudemus ergo omnes eo quod dabitur: reddamusque id cū reposcemur. alium alio tempore fata cōprehendent: neminē præteribunt. In procinctu stet animus: ⁊ id quod necesse est nunq̄ timeat: quod incertum est semper expectet. Quid dicam duces ducumq; progenies: ⁊ multis aut consulatibus conspicuus: aut triumphis sorte defunctis inexoraboli: tota cū regibus regna: populiq; cum gentibus tulere fatuz suū. Omnes imo oīa in vltimū diem spectant. non idem vniuersis finis est. Alium in medio cursu vita deserit. alium in ipso aditu relinquit. alium in extrema seruitute fatigatum iam ⁊ exire cupientem vix emittit. alio quidem atq; alio tempore: omnes tamen in eundē locuz tendimus. Verum ne stultius sit nescio: mortalitatez ignorare: aut impudentius recusare Legedū illa quæ multo ingenij labore tui celebrata sunt: in manus sume vtriusliber auctoris carmina: quæ tu ita reuoluisti: vt quāuis structura illoꝝ recesserit: ꝑmanet tamē gratia. Sic enim ex illa lingua in aliā transtuliſti: vt quod difficillimū erat: oēs virtutes in alienā te oratione secutæ sunt: nullus erat ī illis scriptis liber: q̄ nō plurima varietatis humanæ: incertoꝝque casuuz ⁊ lachrymaꝝ ex illa atq; alia causa fluentium exempla tibi suggerat. lege quāto spiritu ingentib⁹ intonueris reb⁹? Pudebit te subito deficere: ⁊ ex tāta orationis magnitudine dediscere: ne cōmiseris vt quisquis exemplo ac modo scripta tua mirabitur.

quærat quomodo tam grandia: tamq; ſolida: taꝫ fragilis animus concæperit. Potius ab iſtis te: quæ torquẽt ad hæc tot ⁊ tanta quæ conſolanꝺ cõuerte: ac reſpice optimos fratres reſpice vxoꝛeꝫ: filium: reſpice pro omnium horum ſalute: hac tecum portione in fortuna deꝰcidit. multos habes in quibus acquieſcas. ab hac te infamia vindica: ne videatur omnibꝫ plus apud te valere vnus dolor: q̄ hæc tam multa ſolacia. omnes iſtos vna tecũ pcuſſos vides: nec poſſe tibi ſubuenire: immo etiam vltro expectare: vt a te ſubleuentur intelligis. ⁊ ideo quanto minus ĩ illis doctrinæ: minuſq; ingenij eſt: tãto magis aſſiſtere te neceſſe eſt cõmuni malo. Eſt autem hoc ipſum ſolacij loco: inter multos dolorem ſuum diuidere: qui quia diſpenſatur inter plura: exigua debet apud te parte ſubſidere. Non deſinaꝫ toties tibi offerre cæſarem: illo moderante terras ⁊ oſtendente: quãto melius beneficijs imperiũ cuſtoꝺiatur: q̄ armis. Illo reb⁹ humanis præſide: nec eſt periculũ: nec quid pdidiſſe te ſentias. in hoc vno tibi ſatis præſidij: ſatis ſolacij eſt. Attolle te ⁊ quotiens lachrymæ ſuboriũtur oculis tuis: totiens illos in cæſarem dirige. Siccabuntur maximi ⁊ hominum conſpectu numĩs. fulgoꝛ eius illos: vt nihil aliud poſſint aſpicere præſtringet: ĩ ſe hærẽtes detinebit. Hic tibi quem tu diebus intueris ac noctibus: a quo nunq; deiicis animum: cogitandus eſt: hic contra fortunam aduocandus. ne dubita cum tanta illi aduerſus omnes ſuos ſit manſuetudo: tantaq; indulgentia: qui multis iã ſolacijs tuũ iſtud vulnus obduxerit non nulla quæ doloꝛi obſtarẽt tuo congeſſerit. Quid porro vt nihil hoꝛ fecerit: nonne primus ipſe conſpectus per ſe tantum modo: cogitatuſque Cæſar maximo ſolacio tibi eſt. Dij illum deæq; oẽs diu cõmendẽt. Recta hic diui Auguſti: quæ taꝫ nos vincat: q̄ diu mortalis erit Nihil ex domo ſua mortale eſſe ſentiat. Rectoꝛem romano imperio filiuꝫ: longa fide approbet: ⁊ ante illum conſoꝛtem patris: q̄ ſucceſſoꝛeꝫ accipiat. Sera ⁊ nepotibus deinde noſtris dies nota ſit: anteq; illum gens ſua cœlo afferat. Abſtine ab hoc manus tuas fortuna. nec in iſto potentiam tuam: niſi ea parte qua prodes extenderis. patere illum generi humano iamdiu ægro ⁊ affecto mederi. patere quicquid prioris principis furoꝛ concuſſit in locũ ſuũ reſtituere ac reponere. Sidus hoc quod præcipitato in profundum ac demerſo in tenebras oꝛbi refulſit ſemper luceat. Hic germaniam placet: britanniamq; aperiat: ⁊ patris triũphos ducat ⁊ nouos quoq; me quoq; ſpectatoꝛẽ futurum ex virtutibus eius promittit clæmẽtia. nec eniꝫ ſic me deiecit: vt nollet erigere: imo ne deiecit quidem: ſed impulſuꝫ a fortuna ⁊ cadentem ſuſtinuit: ⁊ in præceps euntẽ leniter diuine manus vſus de moderatione depoſuit. Deprecatus eſt pro me ſenatum: ⁊ vitam mihi non tantum dedit: ſed petijt. viderit qualẽ volet eſſe: exiſtimet cauſam meam: vel iuſticiam eius bonam ꝓſpiciat: vel clæmentiaꝫ faciat bonam. vtrunq; in æquo mihi eius beneficium erit: ſiue innocentem me ſcierit eſſe: ſiue voluerit. interim magnum miſeriaruꝫ meaꝝ ſolaciuꝫ eſt: videre miſericoꝛdiaꝫ eius: totũ oꝛbeꝫ peruagantem: quæ cum ex ipſo angulo cum quo ego defixus ſum: complures multoꝝ iaꝫ annoꝝ ruina obrutus effoderit: ⁊ in lucem reduxerit: non vereoꝛ ne me vnũ tranſeat. Ipſe autem optime nouit tempus quocũq; debeat ſuccurrere. ego omnẽ operã dabo ne ꝓuenire ad me erubeſcat. O fœlicem clæmentiaꝫ tuam Cæſar quæ efficit vt quietioꝛem ſub te agãt vitã exules: q̄ nuper ſub Caio ægere principes. non trepidant nec ꝓ ſingulas horas gladiũ expectant: nec ad omnium nauiũ conſpectum pauent. Per te habent vt fortunæ ſæuientis modum ita ipſe quoq; melioꝛis eiuſdem ac præſentis quietẽ. Scias licet ea demũ fulmina eſſe iuſtiſſima quæ etiam percuſſi colunt. Hic itaq; princeps qui publicum omniũ hominuꝫ ſolacium eſt: aut me omnia fallunt: aut iam recreauit animum tuũ: ⁊ tam magno vulneri maioꝛa adhibuit remedia: iam te omni confirmauit modo: iam omnia exempla quibꝫ ad animi æquitatem compelleris: tenaciſſima memoꝛia rettulit. Jam omnium præcepta ſapientuꝫ aſſueta tibi facundia explicuit. Nullus itaq; melius has alloquendi partes occupauerit. aliud habebunt hoc dicente pondus verba: velut ab oꝛaculo emiſſa. oeꝝ vim doloꝛis tui diuina eius contundet auctoꝛitas. Hunc itaq; tibi puta dicere. non te ſolum fortuna ſuppreſſit: ſibiq; tam graui afficeret iniuria. Nulla domus in toto oꝛbe terrarum aut eſt aut fuit ſine aliqua complorꝛatione. Transibo exempla vulgaria quæ etiam ſi minoꝛa: tamen mira ſunt. Ad faſtus te ⁊ annales perducam publicos: vides omnes has imagines quæ impleuere cæſareum atriuꝫ: nulla nõ haꝝ aliquo ſuoꝝ incõmodo inſignis eſt. nemo non ex iſtis in ornamentũ ſæculoꝝ refulgentibus viris: aut deſiderio ſuoꝝ tortus eſt: aut a ſuis cũ

maximo animi cruciatu desideratus est? Quid tibi referaz Scipiones affricanuz: cui mors fratris in exilio nunciata est. Is frater qui eripuit fratrez carcere: non potuit eripere fato. Et ꝯ patiens iuris ⁊ æqui pietas Affricani fuerit: cunctis apparuit. Eodem enim die quo Scipio Affricanus viatoris manibꝫ fratrem abstulerat: tribuno quoꝫ plæbis priuatus i terceſſit. tam magno tamen fratrem desiderauit hic animo: ꝯ defenderat. Quid referam Æmilianum Scipionem: qui vno pene eodeꝫ tempore spectauit patris triumphum: du⁹ orumꝫ fratrum funera: adolescentulus tamen: ac ꝓpemodum puer: tanto animo tulit illã familiæ suæ: super ipsum Pauli triumphum concidentis subitam fastitatem: quanto de⁹ buit ferre vir in hoc natus: ne vbi Romanæ aut Scipio deesset: aut Carthago superesset. Quid referam duorum Lucullorum direptam morte concordiam? Quid Pompeios: q̃ bus ne hoc quidez sæuiens reliquit fortuna: vt vna deniq; conciderent ruina. Vixit Sextus Pompeius primum sororꝫ superstes: cuius morte optime cohærentis romanæ pacis vincula resoluta sunt. Idemq; vixit supstes optimo fratri: quem fortuna in hoc exercrat: ne minus alte cum deiceret: ꝯ patrem deiecerat. ⁊ post hunc tamen casum Sextus Pom⁹ peius non tantum doloꝝ: sed bello suffecit. Innumerabilia vndiq; exempla sepatoꝝ morte fratrum succurrunt. imo contra vix vlla vnꝫ horum paria conspecta sunt vna senescentia sed contentus nostræ domus exemplis ero. Nemo enim tam expers erit sensus ac sanitatis: vt fortunam vllis quærant luctum intulisse: ꝯ sciet etiam Cæsarum lachrymas concupisse Diuus Augustus dimisit Octauiam sororem charissimam: ⁊ ne ei quidez rerum natura lugendi necessitatem abstulit: cui cœlum destinauerat. Immo ꝺo idem omni genere orbi⁹ tatis vexatus: sororis filium successioni præparatum suæ perdidit. Deniq; ne singulos ei⁹ luctus enumerem: ⁊ Generos ille amisit: ⁊ liberos: ⁊ nepotes. Vt nemo magis ex omnibus mortalibus hominem esse se: dum inter homines erat sensit. nũc tot tantusq; luctus cœpit rerum omnium pacatissimum eius pectus: victorque diuus Augustus non gentium tan⁹ tũmodo externarum: sed etiam dolorum fuit. C. Cæsar diui Augusti auunculi mei nepos circa primos iuuentæ suæ annos Lucium fratrem charissimũ sibi princeps iuuentutis prin cipem eiusdem iuuentutis amisit in apparatu parthici belli: ⁊ grauiore multo animi vulnere ꝯ postea corporis ictus est: quod vtrunq; ⁊ pulcherrime idem ⁊ fortissime tulit Cæsar patruus meus Drusum Germani compatrez minorem natu ꝯ ipse erat: fratrem intima germaniæ recludentem: ⁊ gentes ferocissimas Romano subiicientem imperio: in complexu ⁊ i oscul⁹ suis amisit. modum tamen lugendi non sibi tantum: sed etiam alijs fecit: ac soluz exercitũ: non solum mœstum: sed etiam attonitum corpus Drusi sui sibi vendicantem: ad morem romani luctus redegit: iudicauitque non militandi tantum disciplinam esse seruandã: sed etiam dolendi. Non potuisset ille lachrymas alienas compescere: nisi prius pressisset suas. Marcus Antonius auus meus nullo minor: nisi eo quo victus est: tunc cum rempu. cõsti⁹ tueret: ⁊ triumphali potestate præditus: nihil sup se videret: ⁊ exceptis ꝺo duobꝫ colle⁹ gijs: omia infra se cerneret: fratrem interfectum audiuit. Fortuna impotens quales ex hu⁹ manis malis tibi ipsa ludos facis. Eoipso tempore quo Marcus Antonius ciuium suoꝝ vitæ sedebat mortisque arbiter. M. Antonij frater duci iubebat ad supplicium: tulit hoc ta men tam triste vulnus eadez magnitudine animi. M. Antonius: ꝯ omia alia aduersa to⁹ lerauerat. ⁊ hoc fuit ei lugere. xx. legionum sanguinem fratri parare. Sed vt omnia alia ex⁹ empla præteream: vt in me quoꝫ ipso alia taceam funera: bis me fraterno luctu fortũa ag gressa est. bis intellexit lædi me posse: vinci non posse. Amisi germanicum fratrem: quem quomodo amauerim intelligit profecto quisquis cogitat: quomodo suos fratres pij fratres ament. Sic tamen affectum meum rexi: vt nec relinquerem quicq; quod exigi deberet a bo no fratre: nec facerem quod reprehendi posset in principe. Hæc ergo puta tibi parentẽ pu⁹ blicum referre exempla: eundem ostendere ꝯ nihil sacrum intactũque sit fortunæ: quæ ex eis penatibus ausa est funera ducere: ex quibus erat deos paritura. Nemo itaq; miret ali⁹ quid ab illa: aut crudeliter fieri: aut inique. Potest enim hæc aduersus priuatas domos vllam æquitatem nosse: aut vllam modestiam cuius implacabilis sæuicia: totiens ipsa fu nestauit puluinaria. Faciamus licꝫ illi conuicia: non nostro tantum ore: sed etiaꝫ publico: non tamen mutabit. aduersus omnes se preces: omnesque cerimonias se eriget. Hoc fuit in rebus humanis fortuna: hoc erit. nihil inausum sibi relict: nihil intactũ. Ibit violẽtio:

per omnia: ſicut omnia ſemp eſt ſolita. Eas quoq; domos auſa eſt iniuriæ cauſa intrare: in quas per templa aditur: ⁊ atram lamentatis foribus induet veſtem. Hoc vnū obtinemus ab illa votis ac precibus publicis: ſi nondum illi genus humanum placuit cōſumere: ſi romanum adhuc nomen propicia reſpicit hunc principem: lapſis hominum in rebus datum ſicut omnibus mortalibus ſibi eſſe ſacratum velit. Diſcat ab illo clæmentiam: atq; mitiſſimo omnium principum mitis fieri. Debes itaq; omnes intueri eos: quos pauloante retuli: aut aſcitos cœlo: aut proximos: ⁊ ferre æquo animo fortunam. at te quoq; pœnigetet manus: quas ne ab eis quidem per quas viuimus abſtinet. Debes illoꝝ imitari firmitate in perferendis ⁊ euincendis doloribus: inquantū modo homini phas eſt per diuina ire veſtigia. Quis in alijs rebus dignitatum magna diſcrimina. Virtus ī medio poſita eſt: ne minem dedignatur: qui modo dignum ſe illa iudicat. Optime certe illos imitaberis: q̄ cuꝝ indignari poſſent non eſſe ipſos expertes huius mali. tamen ī hoc vno ſe cæteris exæquari hominibus non iniuriam: ſed ius mortalitatis iudicauerunt tuleruntq;: nec nimis acerbe ⁊ aſpere quod acciderat: nec molliter ⁊ effœminate. Nam ⁊ non ſentire mala ſua non eſt hominis: ⁊ non ferre non eſt viri. Non poſſum tamen cum omnes circuerim Cæſares: q̄bus fortuna fratres ⁊ ſorores eripuit: hunc præterire ex omni Cæſarum numero excerpendum: quem rerum natura in exitium obprobriūque humani generis edidit: a quo imperiuꝝ aduerſum aduſtum: atque funditus principis piiſſimi recreat clæmentia. C. Cæſar amiſſa ſorore Druſilla: is homo qui non magis volere q̄ gaudere principaliter poſſet: conſpectū: cōuerſationemq; ciuium ſuorum profugit. exequijſq; ſororis ſuæ nō interfuit: iuſta ſorori nō præſtitit: ſed in albano ſuo ceſſerit: ac foro ⁊ aduocatis: ⁊ huiuſmodi alijs occupationibus acerbiſſimi funeris eleuabat mala. Prob pudor imperij principis romani lugentis ſorores alea ſolacium animi fuit. Idem ille Caius furioſa inconſtantia: modo barbam capillūque ſubmittens: modo Italiæ ac Siciliæ oras errabundus prometiens: ⁊ nunq; ſatis certus vtrum lugeri vellet: an coli ſorores. Eodem enim tempore quo templa illi conſtituebāt: ac puluinaria eos qui parum mæſti fuerant: crudeliſſima afficiebat animaduerſione. Eadem enim intemperie animi aduerſarum rerum ictus ferebat: qua ſecundarum elatus euētu: ſuper humanum intumeſcebat modum. Procul iſtud exemplum ab omni romano viro luctum ſuum: aut intempeſtiuis vacare luſibus ſordidum ac ſqualoris fœditate irritare: aut alienis malis oblectare minime humano ſolacio. Tibi vo nihil ex conſuetudine mutandū tua. Quoniāquidez ea inſtituiſti amare ſtudia: quæ optime ⁊ fœlicitatem extollunt: ⁊ faciliime minuunt calamitatem: eademq; ⁊ ornamenta hoīum maxima ſunt ⁊ ſolacia. Nunc itaq; ſtudijs tuis immergere: acrius nunc illa tibi velut munimenta animi circunda: ne ex vlla tibi velut tui parte: mueniat introitum dolor. Fratris quoq; tui produc memoriā aliquo ſcriptoꝝ monimento tuoꝝ. Hoc enim vnum eſt rebus humanis opus: cui nulla tempeſtas noceat: nulla conſūmat vetuſtas. Cætera quæque per conſtructionem lapidū ⁊ marmoreas moles: aut terrenos cumulos in magnam eductos altitudinem conſtat: non ꝓpagarunt longam diem: quippe ⁊ ipſa intereunt. Immortalis eſt ingenij memoria: hanc tuo fratri largire: in hac eum colloca: ⁊ melius illum diutino ſemp conſecrabis ingenio: q̄ irrito dolore lugebis. Quod ad ipſam fortunam pertinet: etiam ſi nunc agi apud te cauſa eius non poteſt. Omnia illa quæ nobis dedit: ob hoc ipſum q̄ aliquid eripuit inuiſa ſunt. Tūc tamen erit agenda cum primum æquiorem te illi iudicem dies fecerit. tunc enim poteris in gratiam cum illa redire. Nam multa prouidit quibus hanc emendaret iniuriam. Multa etiam nunc dabit quibus redimat. Deniq; ipſum q̄ abſtulit: ipſa dederat tibi. Noli ergo contra te ingenio vti tuo. noli adeſſe dolori tuo. Poteſt quidez eloquentia tua quæ praua ſunt approbare: pro magnis rurſus magna attenuare: ⁊ ad minima ducere. Sed alio iſta vires ſeruet ſuas: nunc tota re in ſolacium tuum conferat. Sed tamen deſpice ne hoc iam quoq; ſit ſupuacuum. Aliquid enim a nobis natura exigit: plus vanitate contrahit. nūq; autez ego a te ne ex toto mœreas exigaz. Et ſcio iuenin quoſdaz duræ magis q̄ fortis prudentiæ viros qui negent dolituꝝ eſſe ſapientem. Hi vo vident nunq; in huiuſmodi caſuꝝ incidiſſe. alioqn excudiſſet illis fortuna in ſuperbam ſapientiam: ⁊ ad confeſſionez eos verā etiaz inuitus compuliſſet. Satis præſtiterit oratio ſi id vnum ex dolore: quod ⁊ ſupereſt ⁊ abundat exciderit: vt quidem nullum omnino eſſe compatiatur. Nec ſperandum vlli: nec

concupiſcendus eſt. Hunc potius modum ſeruet: qui nec impietatem imitetur: nec inſanias 7 nos in eo teneat habitu: qui 7 piæ mentis eſt. nec motæ fluant lachrymæ: ſed hædem deſinant. trahant ex imo pectore gemitus: ſed ibidem confiniant. Sic rege animū tuū: vt 7 ſapientibus te approbare poſſis 7 fratribus. Effice vt frequenter fratris tui memoria tibi velis occurrere: vt illum 7 ſermonibus celebres: 7 aſſidua recordatione repræſentes mihi. Quod ita demū conſequi poteris: ſi tibi memoriam eius iucundam magis q̄ flebilem feceris. Naturale eſt enim vt ſemp animus ab eo refugiat: ad quod cum triſticia reuertit. Cogita modeſtiam eius: cogita in rebus agendis ſolertiam: in exequendis induſtriam: ī prōmiſſis conſtantiam. Omnia dicta eius ac facta 7 aliis expone: 7 tibimet ipſe commemora. Quales fuerit cogita: qualiſq̄ ſperari potuerit. Quid enim de illo non tuto ſponderi fratre poſſit? Hæc vtcunq̄ potui longo iam: ſed obſoleto 7 hebetato animo compoſui: quæ ſi aut parum reſpondere ingenio tuo: aut parum mederi dolori videbunt. cogita q̄ non poſſit is alienæ vacare conſolationi: quem ſua mala occupatū fecerunt. 7 q̄ nō facile latina ei verba homini ſuccurrant: quem barbarorum inconditus grauiſq̄ fremitus circumſonat.

Explicit liber de breuitate vitæ ad Paulinum.

Incipiunt prouerbia Senecæ ſm ordinem alphabeti.

Alienum eſt omne quicquid optando euenit. Ab altero expectes: alteri quod feceris. Animus veteri q̄ ſcit: ſcit tutus aggredi. Auxilia būilia firma cōſenſus facit. Amor animi arbitrio ſumit: nō ponit. Aut amat: aut odit mulier: nihil eſt tertium. Ad triſtem partem ſtrenua ſuſpitio debetur. Ames parentem ſi æquus eſt: ſi aliter feras. Aſpicere oportet quod poſſis perdere. Amici vicia ſi ſers: facis tua. Aliena homini ingenuo: acerba eſt ſeruitus. Ab ſentem lædit q̄ cum ebrio litigat. Amans iratus multa mentitur ſibi. Auarus ipſe miſeriæ cauſa eſt ſuæ. Amans quid cupit ſcit: quid ſapiat non videt. Amans quod ſuſpicatur vigilans: ſomniat. Ad calamitatem quilibet rumor valet. Amor extorqueri non poteſt: ſed elabi poteſt. Ab amante lachrymis redimamus iracundiam. Aperte cum eſt mala mulier: tum demum eſt bona. Auarum facilem capias vbi non ſis idem. Amare 7 ſapere vix a deo conceditur. Auarus niſi cum moritur: nihil recte facit. Aſtute crines dum celant: ætas īdicatur. Auarus damno potius q̄ ſapiēs dolet. Auaro quid mali optes: niſi vt viuat diu. Animo dolenti nihil oportet credere. Alienum nobis: noſtrum plus aliis placet. Amare iuueni fructus eſt: crimen ſeni. Anus cum ludit: morti delicias facit. Amoris vulnus idē q̄ ſanat: facit. Ad pœnitendum pperat: cito qui iudicat. Amicos res optimæ parant: aduerſæ probant. Aleator quanto in arte eſt: tanto eſt nequior. Amor ocioſo cauſa ſollicitudinis eſt. Aberrare a fortuna tua non potes: obſidet te. A quocunq̄ deſcenderis: magno apparatu ſequit. Acerrima virtus eſt: quam vltima neceſſitas excutit. Agat princeps curam non tantum ſalutis: ſed honeſtæ cicatricis. A duabus cauſis præſtare pnceps ſolet: ſi aut ſe vindicat: aut alium.

Is eſt gratum quod opus eſt: ſi vltro offeras. Bonarū rerum conſuetudo peſſima eſt. Beneficium qui dare neſcit: iniuſte petit. Bonum eſt fugienda aſpicere in alieno malo. Beneficium accipere: libertatem vendere eſt. Bona nemini bona eſt: vt non alicui ſit mala. Bis enim eſt mori: alterius arbitrio mori. Beneficia plura recipit: qui ſcit reddere. Bis peccas cum peccanti obſequium accōmodas. Bonus animus læſus: grauius multo iraſcit. Bona mors eſt homini: vitæ quæ extinguit mala. Beneficium dando accepit: qui digno dedit. Blandicia non imperio fit dulcis venus. Bonus animus nunq̄ erranti obſequium accōmodat. Beneficium qui ſe dediſſe dicit: petit. Beniuoli cōiunctio animi maxima eſt cognatio. Beneficium ſæpe dare: docere eſt reddere. Bonitatis verba mutare maior malicia eſt. Bona opinio homini tutior pecunia eſt. Bonum quod eſt ſupprimit: nequaq̄ extinguit. Bis vincit: qui ſeſe vincit īvictoria. Benignus etiam dandi cauſam cogitat. Bis interimit: qui ſuis armis perit. Bene dormit qui non ſentit q̄ male dormiat. Bonor crimen eſt officioſus miſer. Bona fama in tenebris proprium ſplendorem obtinet. Bene cogitata ſi excidūt: nō occidūt.

Bene perdit nummos: iudici cum dat nocens. Bonis nocet: qui malis parcit. Bon⁹ iudex est: qui nouit dispensare quod dandum est: ⁊ quatenus. Bonæ iusticiæ proxim⁹ modus est sæueritas. Beneficium est eo carere: quod inuitus possideas. Beneficiū est semper reddere bonitatis verba. Bonū est reddere bona verba: etiam inimicis. Bona quæ veniunt: nisi sustineanť cadunt vt opprimant. Bona imperante anima: est pecunia. Bonum ad virum: cito moritť iracundia. Breue mens ipsa est memoria iracundiæ. Bona turpitudo est: quæ periculum vindicat. Bona compat præsidia misericordia. Beneficium dignis vbi des: omnes obligas.

Consueta vicia serimus: nisi reprehendimus. Crudelis ī re aduersa obiurgatio. Cauendi nulla est dimittenda occasio. Cui semper dederis: vbi neges rapere imperas. Crudelem medicum intemperans facit æger. Cuius mortem amici expectant: vitam oderunt. Cum inimico nemo in gratiam cito redit. Citius venit periculū cum contemnit. Casta ad virum matrona parendo imperat. Cito ignominia fit superbi gloria. Consilio melius vincas: q̄ iracundia. Cuiuis dolori remedium est patientia. Cum vicia prosunt: peccat qui recte facit. Contumeliam: nec fortis potest: nec ingenuus pati. Conscientiam amici: nullius inuenit lingua præceps. Contemni est leuius: q̄ stulticia percuti. Comes facundus in via pro vehiculo est. Cito improbor⁹ læta: ad perniciem cadunt. Crimen relinquit vitæ: qui mortem appetit. Clæmentia in quācunq; domum venerit: fœlicem eam tranquillāq; præstabit. Clæmentia est temperantia animi in potestate vlciscendi. Clæmentia est leuitas superioris aduersus inferiorem. Consuetudo peccandi: multitudinem facit peccantium.

Discipulus est prioris: posterior dies. Damnare est obiurgare cum auxilio opus est. Diu apparandum est bellum: vt vincas celerius. Dixeris maledicta: cum ingratum hominem dixeris. De inimico nō loquaris malum: si cogites. Deliberare vtilia: mora est tutissima. Dolor decrescit: vbi quo crescat nō habet. Dediscere flere fœminam est mendacium. Discordia fit charior concordia. Deliberandu⁹ est diu quicquid statuendum est semel. Difficilem habere oportet aurem ad crimina. Dul⁹ est vita grata: mortis conditio est optima. Damnum appellandum est: cum mala fama lucrum. Duas in consilio posita est virtus militum. Dies quod donat timeas: cito raptum venit. Dimissum quod nescit non admittit. Difficilius est moderari: vbi dolori debetur vltio: q̄ vbi exemplo.

Etiam innocentes cogit mentiri dolor. Etiam peccato recte præstatur fides. Etiam celeritas in desiderio mora est. Ex vicio alterius: sapiens suum emendat Et deest ⁊ superat miseris cogitatio. Etiam obliuisci quod scis: interdū expedit. Ex hominum quæstu: facta est Fortuna dea. Effugere cupiditatem regnum est inuenire. Exuli vbi nusq; domus est: sine sepulchro est tanq; mortuus. Et qui faciunt: odiunt iniuriam. Eripere telum ⁊ non dare: irato decet. Exilium pati: est patriæ se degenerare. Etiam capillus vnus habet vmbram suam. En q̄ miserum est fieri: metuendo senem. Etiam hosti est æquus: qui habet in consilio fidem. Excælsis malis facilius casus nocet. Errat si quis existimat tutum diu esse Regez. Ex sæua animaduersione nulla Regi gloria est. Euadere possunt pusilla mala: ⁊ verba dare ingentibo⁹ obuiam itur. Excusationem quærere vicium est: omnia ad deum relinque. Elemosyna non tam accipientibo⁹: q̄ dantibo⁹ prodest. Ex spe premij: solacium fit laboris.

Idem qui perdit: se seruat in reliquum. Fortuna cum blandit: captatum venit. Fortunam citius reperies: q̄ retineas. Formosa facies: muta commendatio est. Frustra rogatur: qui misereri non potest. Fortuna vnde aliq̄d frægit: casus est. Fraus est accipere: quod non possis reddere. Fortuna nimium quem fouet: stultū facit. Fatetur facinus is: qui iudicium fugit. Fœlix improbitas: optimor est calamitas. Feras: non culpas: quod īmutari non potest. Futura pugnant: nec se superari sinant. Furor fit: læsa sæpius patientia. Ficta cito ad naturam suam recidunt. Fidem q̄ perdit nihil potest vltra perdere. Facilitas animi: ad partem stulticiæ rapit. Fides vnanima vnde abijt: nunq; redit. Fidem nemo vnq; perdit: nisi qui non habet. Fortuna obesse nulli contenta est semel. Fulmen est: vbi cum potestate iracundia habitat. Frustra cuz

ad ſenectutem ventum eſt repetes adoleſcentiam. Falſum maledictū: maliuolum menda cium eſt. Fœminæ naturā regere: deſperare odiū eſt. Feras difficilia: ut facilia leuius feras. Fortuna nemini plus: q̄ conſilium valet. Fortuna vitrea eſt: quæ cum tantum ſplendet frangitur. Feras quod lædit: ut quod prodeſt perferas. Facit gratuꝫ fortuna quem nemo videt. Facilius priuatis ignoſcitur: pertinaciter ſe iudicātibus. Frequēs vindicta: paucorum odium reprimit: omnium irritat.

Haue præiudicium eſt: quod iudiciū nō habet. Grauiſſima eſt probi hominis iracundia. Grauis animi pœna eſt: quē poſt factū pœnitet. Grauis animus dubiā nō habet ſniam. Graue eſt malū omne: quod ſub aſpectu latet. Grauꝫ nocet: quodcūq̄ inexpertum accidit. Grauior eſt inimicus: qui latet in pectore. Gra/uiſſimū eſt imperium conſuetudinis. Graue crimen etiam cum dictum eſt leuiter nocet. Grauis a magnis ad maiora fit.

Eu q̄ difficile eſt gloriæ cuſtodia. Homo extra corpus ſuum eſt: cum iraſcitur Eu q̄ eſt timidus: q̄ ſe mori tutū putat. Homo qui in boīe calamitoſo eſt miſeri/cors: meminit ſui Honeſta turpitudo eſt mori pro bona cauſa. Habet īaduer ſis auxilia: qui cōmodat in ſecūdis. Heu q̄ miſerū eſt diſcere ſeruire: vbi ſis doctus do/minari. Heu q̄ miſerum eſt fieri metuendo ſenem. Heu q̄ miſerum eſt ab illo lædi: de quo non poſſis queri. Hominē experiri multa: paupertas iubet. Heu dolor q̄ miſer eſt: qui in tormento vocē nō habet. Heu q̄ pœnitenda incurrūt: viuendo diu. Habet ſuum venenū: blanda oratio. Homo totiens moritur: quotiens amittit ſuos. Homo ſemper in ſe aliud fert: in alterum aliud cogitat Honeſtus timor: alterum patrimonium eſt. Homo neſcit: ſi ſine dolore fortunam inuenit. Honeſte ſeruit: qui ſuccumbit tem/pori. Homo vitæ cōmodatus eſt: non donatus. Hæres fictus: ſub perſona riſus eſt. Hæredem ſcire vtilius eſt: q̄ quærere. Habent locum maledicti crebræ nuptiæ. Hæc clæmentia principem decet: vt quocūq̄ venerit manſuetiora omnia faciat. Haud minus turpia ſunt principi multa ſupplicia: q̄ medico multa funera.

Aferior horteſcit: quicquid peccat ſuperior. Inimicum vlciſci: vitam accipere eſt alteram. Id agas: ne quis merito tuo te oderit. Inuitum cum retineas: exire incitas. Ingenuitatem lædis: cum indignuꝫ roges. In nullo auarus bonus eſt: in ſe peſſimꝰ. Inopi beneficiū bis dat: qui dat celeriter. Inopiæ parua deſunt: auā/riciæ omnia. Intricata inopia eſt: in diuitijs cupiditas. In ſe vitat culpā: qui peccatū præterit. Iucunduꝫ nihil eſt: niſi quod reficit varietas. Ingenuitas non recipit contu meliam. Impune peccat in eum: qui peccat rarior. Ingratus vnus miſeris: omnibus nocet. In miſeri vita: contumelia eſt. Ita amicum habeas: poſſe ut facile fieri hunc ini/micum putes. Inuidiam ferre: aut fortis aut fœlix poteſt. In timore ſemper mēdax ira cundia eſt. Inuidia tacite: ſed minute iraſcitur. Iratum breuiter vites: ſed inimicum diu. Iniuriarum remedium: eſt obliuio. Iracundiam qui vincit: hoſtem ſuperat maxi mum. Iocum tacentē crimen faciat acrius. In malis ſperare bonū: niſi innocēs nemo ſolet. In vindicando criminoſa eſt celeritas. Inhoneſta res eſt ſuos vincere: ſatis eſt potuiſſe punire. Imago animi ſermo eſt: qualis eſt vir talis oratio. In fœlicitate ſe eri/gere: eſt fœlicitatem ſubmittere. In fœlice fœlicitas eſt īocentia: nequicia ipſa pœna ſui eſt. Inimicum q̄uis humilem: docti eſt timere. In calamitoſo: riſus etiam iniuria eſt. Judex damnatur: cum nocens abſoluitur. Ignoſcere humanum eſt: vbi pudet cui igno ſcitur. In rebus dubijs: plurima eſt audacia. Illo nocens ſe damnat quo peccat die. Ita crede amico: ne ſit inimico locus. Iratus etiam facinus conſilium putat. Inuidia id loquitur: non qui ſubeſt. Irritare eſt calamitatem: cum te fœlicem vocaueris. Jus ſupra omnem iniuriam poſitum ſcias. Imbecillos oculos eſſe: qui ad alienam lippitudi/nem fuffunduntur.

Edo ignominiæ eſt: apud indignū dignitas. Laus noua vbi oritur: etiā vetus admittitur. Læſo doloris remediū: inimici dolor Leuis eſt fortuna: quæ cito repoſcit quod dedit. Lex vniuerſalis eſt: quæ iubet naſci & mori. Lucrum ſine damno alterius fieri non poteſt. Laſciuia & laus: nunq̄ habent concordantiam. Legē nocens veretur: fortunam innocens. Libido indicium eſt: quod leuitas ſapit. Libido

etiam cūctos ſub vultu tomat. Laxa crudelitas: non eſt vocanda clæmentia.

Mlignus fieri: maxime ingrati tocent. Multis minatur: qui vni facit iniuriam Mora omnis odio eſt: ſed facit ſapientiam. Mali cauſa eſt: quæ requirit miſeri cordiā. Mori eſt fœlicis: anteq̄ morte inuocet. Miſerus eſt a rege cogi: quod cupias loqui. Miſerrima eſt fortuna: quæ inimico caret. Malus eſt vocādus: qui ſua eſt cauſa bonus. Monſtro ſimilis eſt: auaricia vnica. Malis diſplicere: laudari eſt. Malus vbi bonum ſe ſimulat: tunc eſt peſſimus. Mœtus dum venit: earū habet ſonus locum. Mori neceſſe eſt: ſed non quotiens volueris. Male geritur: quicquid geritur fortunæ fide. Mortuo qui mittit munus nihil dat illi: ſibi adimit. Minus eſt q̄ ſer⁹ uus dominus: qui ſeruos timet. Magis hæres fidus naſcitur: q̄ ſcribitur. Malos in conſilio fœminæ vincunt viros. Mala eſt volūtas: ad alienus conſueſcere. Maximo cum periculo cuſtoditur: quod multis placet. Mala eſt medicina: vbi aliquid naturæ perit. Malæ naturæ: nunq̄ doctrina indigent. Miſeriam neſcire: ſine periculo eſt vi⁹ uere. Male viuunt: qui ſe ſemper victuros putant. Maledictum interpretando fa⁹ cies acrius. Male ſecum agit æger: medicum qui hæredem facit. Minus decipitur: cui negatur celeriter. Mutat ſe bonitas: cum irritatur iniuria. Mulier cum ſola cogi⁹ tat: male cogitat. Male facere qui vult: nuſq̄ cauſam inuenit. Maliuolus ſemper ſua natura veſcitur. Multos timere habet: quem multi timent. Male impando: ſummū imperium amittitur. Mulier quæ nubit multis: multis non placet. Miſera eſt ægri tudo animi: ob alienarus ſpeciem miſeriarum. Miſericordia non cauſam: ſed fortunam ſpectat. Magnam fortunaz: magnos animos decet. Magni animi eſt proprium: eſſe 7 tranquillum 7 iniurias atq̄ offenſiones ſemper deſpicere. Muliebre eſt: furere in ira. Miſericordia eſt vicina miſeriæ: habet enim aliquid trahitq̄ ex ea. Malo veris offendere q̄ placere adulando. Morbum eſſe ſcias non hilaritatem ſemper arridere ridentibus: 7 ad omnium æſtimationem ipſum quoq̄ os deducere.

Mbil agere ſemper infœlici eſt optimum. Nihil peccent oculi: ſi oculis animus impet. Nihil proprium dicas: quod mutari poſſit. Non cito ruina perit: vir qui ruinā timet. Nullus eſt tātus quæſtus: q̄ eo quod habes carere. Neſcis quid optes aut quid fugias: ita ludit dies. Nunq̄ periculū ſine piculo vincit. Nulla eſt tam bona fortuna: de qua nihil queri poſſis. Nuſq̄ melius morimur homines: q̄ vbi libenter viximus. Negandi cauſa auaro nunq̄ deficit. Nondum fœlix es: ſi nondum te turba derider. Nam ſi nullos inimicos tibi iuria: multos tamen iuidia. Non aſpi cias q̄ plenas quiſq̄ manus deo: ſed q̄ puras admoueat. Non enim aliter niſi optim⁹ anim⁹: pulcherrimus dei cult⁹ eſt. Non aliter viuas in ſolitudine: aliter in foro. Nihil petas quod negaturus es. Nihil negabis quod petiturus es. Nihil magnum eſt in re bus humanis: niſi animus magna deſpiciens. Nihil intereſt quo animo facias: quod feciſſe vicioſum eſt. Nam facta cernuntur: animus non videtur. Non q̄ multis pla⁹ ceas: ſed quibuſlibet ſtude. Nequicia ipſa pœna ſui eſt. Nam mala conſcientia ſæpe tuta eſt: ſecura nunq̄. Neminem cito accuſaueris. Neminem cito laudaueris. Nul lum putaueris eſſe locum ſine teſte. Nulla puſilla domus: quæ multos recipit amicos. Nunq̄ ſcelus ſcelere vindicandum eſt. Nimium alterando veritas amittitur. Non multum ſupra eum eminet quis: cui ſe iraſcendo exequat. Nobilis poſſeſſio ſapientia eſt quæ diſtributa ſuſcipit incrementum auarū dedignata poſſeſſorem: cito niſi publicetur ela⁹ bitur. Non alia facies eſt quieti moratiq̄ imperij: q̄ ſereni cæli 7 nitentis. Nullum ex omnibus clæmentia magis: q̄ regem aut prælatum decet. Nemo poteſt perſonam diu ferre fictam: ficta cito in naturam ſuam recidunt. Nunq̄ liquidū ſyncerum q̄ ex turbido venit. Nullum morioſius eſt animal maioriq̄ arte tractandum q̄ homo: 7 nulli magis parcendum q̄ homini.

Mne peccatum eſt actio. Omnis actio eſt voluntaria: tam honeſta q̄ turpis. Omne ergo peccatum voluntariuz eſt. Omittite excuſationem: nemo peccat in⁹ uitus. Omne vicium habet patrocinium ſuum. Odia multorū ſub oculo latet. Omnia tum panduntur cum non dico ſi ceciderís: ſed ſi titubaueris. Omnis affectus habet: vt in eo in quo ipſe inſanit: in idem putet cæteros furere. Omnes enim vitam

differentes: moꝛs incerta præuenit. Omnis itaq; dies velut vltimus ordinandus est. Opinantur de te homines male sed mali: displicere enim malis laudabile est. Oratoꝛez te pura: si tibiipsi quod oportet psuaseris. Odium oportet peccandi non mœrum facias Obiurgationi semp aliquid blande admisce. Optimum est semp ignoscere tanq; si ipse pecces quotidie. Optimum est maioꝛum vestigia sequi: si recte præcesserunt. Omnis doctoꝛ multæ oꝛationis peccans: turpioꝛ est. Ob hoc q; in officio cuius magister esse vult labitur. Omni re moderatio est adhibenda: quæ sanabilia ingenia distinguere a deploratis sciat.

Eccandi duo sunt genera: aliud ex proposito: aliud ex negligẽtia. Plæriq; mœtu cessant peccare non innocentia. Profecto tales timidi: non inocentes sunt dicẽdi

Prius q; promittas: deliberes vt cum promiseris facias. Prius si negaueris: sescisse postea fallere est. Propter causam multa amico dabis: multæ etiam causæ contra amicuz. Pio eo religiosioꝛ ens quo melioꝛ. Præstabis parentibus pietatẽ: cognatis dilectionem. Præstabis amicis fidem: omnibus æquitatem. Pacem cum omnibus habebis: bellũ cum vicijs. Pecuniæ impare oportet: non seruire. Pecunia si vti scias ancilla est: si nescias domina est. Putandus est recte fortioꝛ: qui cupiditates tanq; hostes subiicit. Patria est vbicũq; bene vixeris. Peioꝛa sũt tecta odia q; aperta. Propterea te loquax inimicus tutioꝛem q; taciturnus ostendit. Proximũ ad innocentiam tenet locuz verecundia 7 peccati confessio. Plæriq; cum stultis male dicunt: ipsi sibi cõuicia faciunt Perturpe est enim quod obiicitur in obiciente cognosci. Pulcherrimũ est omnia præstare: nihil exigere. Principiũ discordiæ est: aliquid ex cõmuni propriũ facere. Plæriq; famam: conscientiam pauci verentur. Parcendum est iprobandis ciuibus: non aliter q; membris languentibus. Principiũ sæuiciæ bellum est. Pestifera vis valere ad nocendum. Prope est vt libenter damnet qui cito. Prope vt non quæ damnet q; nimis Peccandi verecundiam facit ipsa clæmentia regentis.

Vidam quosdam occidunt ĩimicos: non quia habeant: sed quia metuerãt. Q̃ ĩimicum est nocuisse: vel quia oderis lædere. Quanto iniquius est odisse: quia læseris. Q̃ magnarũ viriũ est negligere lædentẽ. Qui enim vindicat: sentit Quis sis interest: non q̃s habearis. Quis agas id ut ne quis merito tuo te oderit: erũt tamen qui semper oderint. Q̃ maguũ est non laudari: 7 esse laudabilem. Qui succurrere perituro potest: cum nõ succurrit occidit. Quid est homini ĩimicissimum? alter homo Qui propter pecuniæ vel libidinis amoꝛem moꝛitur: ostendit se nunq; sui causa vixisse. Quæ sunt maximæ diuitiæ? nõ desiderare diuitias. Quis plurimuz habet? is qui minimum cupit. Quid est dare beneficium? imitari deuz. Quis est paup? qui sibi videt diues. Quidam inimici graues sunt: amici leues. Quietissime viuerent homines in terris: si duo verba tollerentur: scilicet meũ 7 tuum. Qui pauptatem timet: timidus est Quod tacitum esse vis: nemini dixeris. Quia nõ poteris ab alio silentiũ exigere: si tibi ipse non præstas. Qui æquo animo malis miscetur: malus est. Qui seruus crudelis est: ostendit in alijs voluntatẽ non deesse sed potestatem. Qui ob hoc iniuriam facit quia potest: cito desinit quia fecit. Quid dulcius q; habere amicum: cum quo omnia audeas Quem sic credis vt te: cui sic loquaris quasi tecum. Quanti tales amicos habere voluerunt: 7 ipsi tales esse nõ possũt. Quomodo se fortuna 7 fauoꝛ inducit hominẽ. Quid quid æquo plus futurũ est: in partem humaniozem inclina vel præpondera. Quid eo infœlicius: cui iam malum esse necesse est? Quid potest ab eo quisq; sperare: quez malũ esse docuit? Quotidie damnat: qui semper timet. Quotidie est deterioꝛ posterioꝛ dies.

Epelli se homines facilius: q; decipi possunt. Kespue crudelitatem: 7 matrẽ crudelitatis iram. Keuera memoꝛia beneficiozum fragilis est: iniuriarum tenax.

Kidiculum est odi nocentis: innocentiam perdere. Kes vera est qui a multis timetur: multos timet. Kegibus est peius multo: q; seruientibus. Keuera quia illi singulos isti vniuersos timent. Kes ipsa vt ipsa re possumus efficiet: si polliceri properam honesta. Kem maximaz sibi promittit sapientia: vt te reducat tibi. Kecta ingenia debilitat verecundia: praua confirmat audacia. Kes optima est non sceleratos exturpare sed scelera. Kecte parentem 7 inferioꝛem laudas: quia pertinet ad gloꝛiam tuam. Kes

magnæ clæmẽtiæ est: indulgẽdo corrigere peccata: q̃ vindicãdo. Rege incolumi mens omnibus vna est: amisso rũpere fidem. Regibus certior est: ex mansuetudine securitas.

Vnt quoruz corpus innoxiũ est: z in mille facinorum furias mens otiosa discurrit. Si in clientulam fœlicis hominis potẽtisq; peruenieris: aut veritas aut amicitia perdenda est. Si vis beatus esse: cogita hoc primũ contemni. Si multis placuerit vita tua: tibi placere non poterit. Solitudinem quærit: qui vult cum innocentibus viuere. Stultum est timere: quod vitari non potest. Semper dissensio ab alio incipiat: a te recõciliatio. Succurre paupertati amicorum: imo potius occurre. Secrete admone amicos: palam lauda. Si bene te instituueris: pudeat te fieri deteriorem. Si quis irascit pœnas ab alio expetit: a se exigit. Sæuerissime enĩ nos aduersum peccantes gerimus: z ipsi eadem cõmittimus. Sæueritas assidua: amittit auctoritatem. Sicut formosa pictura est cuius nulla pars erat: sic formosus homo in quo nulla pars peccatis fœda est: proinde hoc domi: hoc foris: hoc omni genere vitæ teneam9: ut nobis inexorabiles simus: exorabiles illis qui non nisi sibi dare veniam nesciunt. Si inuitus pares seruus es: si volens minister. Scias cuz multis virtutibus abundare: qui alienas amat. Si inuideris maior eris: nam qui inuidet minor est. Scito quid est inuidia: dolor animi est ex alienis cõmodis. Scito etenim illud: quia nulli inuidet bonitate præditus. Sunt multi qui plurimum verbis: non re contemnunt: sed ipsa quæ spernunt clam furantur. Sæuenitatez abditam: clæmentiam in procinctu habet. Sapiens nihil facit quod non debet: z nihil prætermittit quod debet. Seruis imperare moderate: laus est.

Timidum cautuz se vocat: sordidus parcuz. Tutissima res est nihil timere: præter deum. Tene semper vocis z silentij temperamentum. Tamen z in hoc incumbe: ut libẽtius audias q̃ loquaris. Tacere qui nescit: nescit loqui. Tristitiam si potes: ne admiseris. Turpe præbet spectaculum: animus æger. Turpia ne dixeris: paulatim enim pudor rerum per verba discutitur. Transibit sermo in effectũ: si honesta loquamur. Tolerabilior est q̃ mori iubet: q̃ qui male viuere. Tolerabilior pœna est non posse viuere: q̃ nescire. Talem diligentiam exhibe in amicitijs comparandis: ut incipias amare quem deinceps possis odisse. Tu primum exhibe te bonum: z sic quæras alterum tui similem. Turpius nihil est q̃ cum eo belluz gerere: cum quo familiariter vixeris. Tam omibus ignoscere: q̃ nulli credulitas est. Tamdiu a periculo aberit populus: q̃diu sciet ferre frænos. Tyrannus a rege distat factis: non nomine.

Ex quisq̃ in bonum: nisi ex malo transit. Vis omnibus esse notus: prius effice vt neminem noueris. Vis habere honorem dabo tibi magnum imperium: imperatibi. Vide si adhuc malus es: similibz parce. Verus esse destitisti: quare alijs locum emendationis abscadas. Vicĩ prius fuit obseruatio: nũc mos est. Verũ non dicimus: non audimus. Vtilis educatio z disciplina: mores facit. Vnde bona consuetudo excutere debet: quæ mala instruxit. Viriliter feras quæ necesse est: dolor patientia vincitur. Verba rebus: non personis accipienda sunt. Vires tuas amici beneficijs: inimici iniurijs sentiant. Vita omnis breuis est: ideo imortalitas est mors honesta Vir est bonus qui intantum perduxit animum suũ: ut non modo nolit peccare: sed etiã nõ possit. Vt aliquid auri extrahamus: terram peruertimus. Vt summum bonum occupemus: scrutari pectus piget. Virtutem cuius progressum videns: non exitum finemq̃ desperes. Volunt homines ita præceptum esse ut viuunt: non ita viuere ut præceptum est. Vtendum est diuitijs z non abutendum: ut nec inde a superioribus contemnaris nec ab inferioribus timearis. Vbi vsitata remedia non procedunt: tenta contraria. Vbi discrimen inter bonos malosq̃ sublatum est: confusio sequitur z vitiorum eruptio. Venia est pœnæ debitæ remissio. Vt fulmina paucorum periculo cadunt omniũ mœtu sic animaduersiones magnarum potestatum terrent latius q̃ nocent. Vtinam ea lex homini esset: ut cum telo suo frangeretur: nec sæpius liceret nocere q̃ semel.

Eum de deo tantum habeas: non contra homines. Zelari autem hominibus vitiosum est.

Explicunt' prouerbia Senecæ.

Incipit prologus beati Hieronymi: super epistolis
Pauli ad Senecam: & Senecæ ad Paulum.

Lucius Anneus Seneca Cordubensis: Sotini stoici discipulus: pa/
truus Lucani poetæ: continentissimæ vitæ fuit. Quem non ponerem
in catalogo sanctor: nisi me illæ epistolæ prouocarēt: quæ legūt a plu
rimis: Pauli ad Senecam: & Senecæ ad Paulum. In quibus: cū
esset Neronis magister & illius temporis potentissimus: optare se dicit
cius esse loci apud suos: cuius sit Paulus apud Christianos. Hic autē
ante biennīū q̄ Petrus & Paulus martyrio coronarentur: a Nerone
interfectus est.

Incipit epistola Senecæ ad Paulum.

Credo tibi Paule nunciatum: quod heri cū Lucillo nostro de aprisi & alijs reb⁹
habuimus. Erant enim quidā disciplinæ tuæ comites mecum. Nā in ortos
Salustianos secesseramus: quo in loco occasione nostra alio tendentes: hi de q̄bus
dixi: visis nobis adiuncti sunt. Certe q̄ tui præsentiā optamus. Et hoc scias volo: libello
tuo lecto: id est de plurimis litteris aliquas epistolas: quas ad aliquam ciuitatem: seu ca/
put prouinciæ direxisti: mira exhortatione vitam moralem cōtinentes: vsque refecti sum⁹
Quos sensus non puto ex te dictos: sed p̄ te. certe aliquando ex te & per te. Tanta enim ma
iestas eā est rerum: tantaq̄ generositate clarent: vt vix suffecturas putem ætates hoium:
quibus instrui pficiq̄ possint. Bene te valere frater cupio. Vale.

Senecæ Paulus Salutem.

Litteras tuas hilaris heri accepi. ad quas rescribere statim potui: si præsentiā inue/
nis: quē ad te missurus eram: habuissem. Scis enim quando: & p̄ quem: & quo
tempore: & cui quid dari cōmittiq̄ debeat. Rogo ergo ne putes neglectū: cuī per/
sonæ qualitatem inspicio: sed q̄ litteris meis nos bene acceptos alicui scribis. fœlicem me
arbitror tanti viri iudicio. Neq̄ enim hoc diceris Censor: sophista: magister tanti p̄ncipis
etiam oīum: nisi quia vere dicis. Opto te diu bene valere.

Seneca Paulo Salutē.

Cædā volumina ordinaui: & diuisionib⁹ suis statū eis dedi. Ea quoq̄ legere Cæ/
sari suo destinatus. & si modo sors p̄spere annuerit: eris forsitan & tu præsens. Sin
alias: reddaq̄ tibi dies: vt iuicē hoc opus inspiciam⁹: & possimus nō p̄us edere ei
hanc scripturaq̄: nisi p̄us tecū cōferaq̄: si modo impune hoc fieri potuisset: vt scires & te nō præ
terire. Vale Paule charissime. Senecæ Paulus Salutē.

Horiensq̄ litteras tuas audio: præsentiam tui cogito. nec aliud existimo: q̄
omni tempore te nobiscum esse. Cum primum itaq̄ venire cœperis: inuicem nos &
de proximo videbimus. Bene te valere opto.

Seneca Paulo Salutem.

Amio tuo angimur secessu: quid est vel quæ res remoratū faciunt? Si indignatio
domini: q̄ a ritu & secta veteri recesseris: & alios rursus cōuerteris: erit postulandi
locus: vt ratione factum: non leuitate hoc existimet.

Senecæ & Lucillo Paulus Salutē.

Ebis quib⁹ vel quæ mihi scripsistis: nō licet harundine & atramento eloq̄: quam
altera res notat & designat aliq̄d: altera euidēt ostendit. præcipue cū sciam inter
vos esse idē quantus apud nos: & ī vobis q̄ me itelligūt: honor habēdus est oīb⁹
Tanto magis quanto indignati occasionē captant: quib⁹ si patiētiaq̄ demus: oīmodo eos
ex quacunq̄ parte vincemus: si modo hi sunt: q̄ pœnitentiaq̄ sui gerāt. Bene valete.

Anneus Seneca Paulo & Theophilo Salutē.

Profiteor bene me acceptum in lectione litterarum tuarū: quas Galatis: Corinthis
& Achæis misisti. Et ita inuicem viuamus: vt etiam cum honore diuino esse exhi/
beas. Spiritus enim sanctus in te: & supra excelsos sublimiores satis venerabiles
sensus exp̄mit. Vellez itaq̄ cū res eximias proferas: vt maiestati earū cultus sermonis nō
desit. Et ne q̄d tibi frater surripiam: aut cōscientiæ meæ debeam: confiteor Augustū sensib⁹

tuis permotuꝫ: cui lecto virtutis in te exordio iſta vox fuit: Mirari cuꝫ poſſe: vt q̄ nō legitime imbutus ſit: taliter ſentiat. Cui ego reſpondi: ſolere deos ore innocentium effari: aut eorum qui prævaricari doctrina quidez ſua poſſunt: 7 dato ei exemplo Daricani hominis ruſticuli: cui cum duo viri apparuiſſent in agro Reatino: q̄ Caſtor 7 Pollux ſunt nomiati: ſatis inſtructus videt. Vale. Paulus Senecæ Salutem.

Zeet non ignorem Cæſarem noſtrarꝫ rerum admiratorez: ſi quando deficiet amatorem eſſe. Ꝑmittes tamen te non lædi: ſed admoneri. Puto enim te grauiter fecíſſe: quod 7 in noticiam perferre voluiſti: quod ritui 7 diſciplinæ eius ſit cōtrariū: cum 7 ille enim gentium deos colat. Quid tibi viſum ſit: vt hoc eum ſcire velles? Non video niſi nimiō amore meo facere te hoc exiſtimo. Rogo te de futuro: ne id agas. Cauendus eſt enim ne dum me diligis: offenſam domino facias. Cuius quidez offenſa: nec obrit ſi p̄ ſeueraverit: necꝫ ſi non ſit: proderit. Si eſt Regina: nō indignabitur. ſi mulier eſt offendet Bene Vale. Seneca Paulo Salutem.

Cito te non tam mei cauſa cōmotum litteris: quas ad te de edictione epiſtolarum tuarꝫ Cæſari feci: cꝫ natura rerum: quæ ita mentes hoīum ab omnibus artibus 7 moribus reuocat: vt non hodie admirer. Quippe vt his qui multis documentis hoc iam notiſſimum habeam. Igitur noue agamus: vt ſi quid facile in p̄teritum actum eſt: veniam irrogabis. Niſi tibi libꝫ de verboꝫ copia. Vale Paule chariſſime.

Paulus Senecæ Salutem.

Votiens tibi ſcribo: 7 nomen meum tibi ſubſecundo: grauem 7 ſectæ meæ incongruam rem facio. Debeo enim: vt ſæpe profeſſus ſum: cum omibus oīa eſſe: 7 idez obſeruare in tuam perſonam: quod lex romana honorī ſenatus conceſſit. plecta epiſtola: vltimuꝫ locū eligere: ne cum aporia 7 dedecore cupiā efficere: qd̄ mei arbitrij fuerit. Vale deuotiſſime magiſter. Data q̄nto kal. Julij. Nerone quarto 7 Meſſala cōſulibꝫ.

Seneca Paulo Salutem.

Ve mi Paule chariſſime. Putas ne me haud contriſtari: 7 nō luctuoſum eſſe: q̄ de innocentia veſtra ſubinde ſumat ſupplicium. Debinc q̄ tam durus: tamꝫ obnoxios vos reatui oīs populus iudicet. Putans a nobis effici: quod in vrbe contrarium fit. Sed feramus æquo animo: 7 vtamur foro: quod ſors conceſſit donec īuicta fœlicitas finem malis imponat. Tulit 7 priſcorum ætas Macedonem Philippi filiuꝫ: 7 poſt Darium: Dionyſium quoꝫ noſtra Caium Cæſarem. Quibus quicquid libuit: licuit. Incendium vrbs Romana manifeſte ſæpe vnde patiat: conſtat. Sed ſi effari humilitas humana potuiſſet: quid cauſæ eſt? 7 impune his tenebris loqui liceret: iam omnes omia viderent. Chriſtiani 7 Judæi quaſi machinatores incendij: ſupplicio affici ſolent. Craſſator iſte quiſquis eſt: cui voluptas carnificina eſt: 7 mendacium vlamentum tempori ſuo deſtinatus eſt: 7 optimus q̄ſq̄ vnī pro multis donatū eſt caput. Ita 7 hic deuotus p̄ oibꝫ igni cremabit: centū triginta duæ domus: Inſulæ quattuor: ſex dieby arſere. ſeptimus pauſaꝫ dedit. Bene te valere frater opto. Data q̄nto kal. Aprilis. Frigio 7 Baſio conſulibꝫ.

Seneca Paulo Salutem.

Ve mi Paule chariſſime. Si mihi nominiq̄ meo vir tantus 7 dilectus omnibus modis: nō dico fueris iunctus: ſed neceſſario mixtus: 7 apte actuꝫ erit de Seneca tuo. Cum ſis igitur vertex: 7 altiſſimorum oīum montium cacumen: non ergo vis æther: ſi ita ſim tibi proximus: vt alteri ſimilis tuis deputer. Sunt itaq̄ te indignū prima facie ex epiſtolarꝫ notandū cenſeas: ne tam tentare me: cꝫ ludere videaris. Quippe ei ſcias quem eſſe te Romanū. nam qui meus: tuus apud te locus. qui tuus: velim vt me. Vale Paule chariſſime. Data x. kal. Aprilis. Aproniano 7 Capitone conſulibꝫ.

Seneca Paulo Salutem.

Ve mi Paule chariſſime. Allegorice 7 ænigmatice multa a te vſq̄quaq̄ opa condunt. 7 ideo rerum tanta vis 7 muneris tibi tributa non ornamento verboꝝ: ſed cultu quodaꝫ decoranda eſt. 7 revera q̄ ſæpius dixiſſe retineo multos: qui talia affectent ſenſus corrūpere: rem virtutes euitare. Cæterꝫ mihi cōcedas velim: latinitati morez gerere: honeſtis vocabꝫ ſpeciez adhibere: vt generoſi muneris conceſſio: digne a te poſſit exprimi. Bene vale. Data q̄nto Noñ. Julij. Leone 7 Sauino conſulibꝫ.

Paulus Senecæ ſalutem.

Erpendenti tibi ea ſunt reuelata: quæ paucis diuinitas conceſſit. Certus igit ego i agro iam fertili ſemen fortiſſimū ſero. nō quidē materiaz quæ corrumpi videt: ſed verbū ſtabile dei deriuamentū creſcētis 7 manētis in æternū: qđ prudentia tua aſſecuta eſt: indeficiens fore debebit: 7 Ethnicoꝝ Iſrahelitarumqꝫ obſeruationes cenſere vi/ tandas. Nouū te auctorē feceris. Chriſti Ieſu præconis oſtendo rhetoricis irrepræhēſibilē ſophiſtam: quaz ꝓpemodū adeptus regi temporali: eiuſqꝫ domeſticis atqꝫ fidis amicis in/ ſinu abis: quibꝫ aſpera 7 incaptabilis erit ꝓſuaſio: cuiz plæriqꝫ eoꝝ minime flectant in ſinu ationibꝫ tuis: q̄bus vitale cōmodū ſermo dei inſtillatus: nouū hoiem ſine corruptela perpe/ tuaz aiaz parit ad deū iſtinc ꝓperantē. Vale Seneca chariſſime nobis. Data kal. Auguſti Leone 7 Sauino conſulibꝫ.

Epitaphium Senecæ i morte.

Ora labꝫ meritū ſumpti pro munere honores Ite: alias poſthac ſollicitate ani/ mas. Ne procul a vobis deus euocat: illicet actis. Rebus terrenis hoſpita terra vale. Corpus auara tamen ſolennibꝫ accipe ſaxis. Nanqꝫ animam cœlo reddimus: oſſa tibi.

In iſto ſequenti Codice continent Epiſtolæ moraliuz rerum: quas cōpoſuit vir eloquētiſ/ ſimus Lucius Anneus Seneca ad Lucullum diſcipulum ſuū ꝓamantiſſimū tranſmiſſæ.

Rubricæ libri ꝑmi incipiunt.

Ecolligenda 7 aſſiſtēda fuga temporis: 7 non eſſe pauperem cui etiaz modicū ſatis eſt. Epiſtola ꝑma. Ita fac ergo. De mutatione locoꝝ 7 multiplicium volu minū lectione vitanda: 7 de cōmendatione paupertatis ſi læta ſit. Epiſtola ſe/ cunda. Ex his quæ. De modo eligendi 7 colendi amicum: 7 qꝫ tam vicium eſt oībus credere q̄ nulli: ſicut vel ſemꝑ inquietum eſſe: vel ſemꝑ quieſcere. Epiſtola tertia. Epiſtolas ad me. De emendando animo 7 componēdo ad contemptuz mortis: 7 qꝫ ma gnæ diuitiæ ſunt ſm naturam compoſita paupertas. Epiſtola quarta. Perſeuera. De vitanda hypocriſi: 7 nimia vitæ diſtrictione. Epiſtola q̄nta. Quod parti. De malo ſpei 7 timoris: 7 de efficacia exemplaris doctrinæ. Epiſtola ſexta. Intelligo Lu/ cilli. De fugiēdo turbæ conſortio. Epiſtola ſeptima. Quod tibi. De indulgētia corporis ꝓpriꝫ 7 turba hoīum: 7 qꝫ bona fortunæ ſunt fugienda philoſophanti: conſcientia ſua cōtento ꝓpter veraz libertatez acq̄rendaz ex ſeruitute animi: impendēda philoſophiæ di ſcendæ 7 operandæ. Epiſtola octaua. Tu me inquis. Quod ſapiens ſeipſo cōtent eſt ad beate viuendum: non ad viuendū ſimpliciter. Epiſtola nona. An merito. De ſolitudine vitanda prudentibꝫ: 7 de ſyncericate orandi deum. Epiſtola decima. Sic eſt De inuincibilis verecundiæ qualitate: 7 de imaginaria boni viri præſentia. Epiſtola.xi. Locutus eſt. De bono ſenectutis: 7 cōmendatione ſeu execution ipſius: 7 qꝫ i neceſſitate viuere nulla neceſſitas eſt. Epiſtola.xii. Quocunqꝫ.

Epiſtolaꝝ Senecæ ad Lucillū rubricæ libri ſecundi incipiunt.

E vtilitate exercitationis contra aduerſa: de remedijs cōtra mala fortuita: 7 qꝫ ſtul/ ticia ſemꝑ incipit viuere. Epiſtola.xiij. Multum. Vt non ſeruiat corpori: 7 qualiter ſit vitanda nocitura potentia: 7 qꝫ is maxime diuitijs fruitur qui nō in/ diget diuitijs. Epiſtola.xiiij. Fateor. De non ſaginando vel impinguando corpore 7 de ipſius exercitatione: 7 vocis moderatione: 7 quare vita ſtulti īgrata ſit Epiſtola.xv. Mos an. Qualiter ad bonam vitam veniens in philoſophiæ robore ſolidat: 7 qui quo ad naturam viuit nunc̄ pauper: qui quo ad opinionez nunc̄ diues erit. Epiſtola.xvi. Liquere tibi. Quomodo ad philoſophiam tendenti paupertas expediat. Epiſtola xvij. Proiice omnia. Quod ſine luxuria dies feſtus agatur: 7 de paupertate vltro petē da: 7 qualiter immodica ira gignit inſaniam. Epiſtola.xviij. December eſt. De ſe/ ceſſu in ocium: 7 de perplexitate concathenantiū ſeu cupiditate vitanda: 7 de cœna cū amico habenda. Epiſtola.xix. Exulto.

Epiſtolaꝝ Senecæ ad Lucillum rubricæ libri tertij incipiunt.

E concordia doctrinæ cum vita: 7 de inæqualitate vitanda: 7 de paupertatis bene/ ficio: 7 qꝫ magnus eſt qui in diuitijs pauper eſt: ſed ſecurior qui caret eis. Epi/ ſtola vigeſima. Si vales. Quod tendentez ad prophetiam īpedit mundanæ

fœlicitatis falſa exiſtimatio: ⁊ q̄ ſolum ſtudioſum ingenium facit aliquem clarum: ⁊ q̄ in omni eo quod habere cupimus cupiditatib⁹ detrahendum eſt. Epiſtola.xxi. Cū iſtis. Quod occupationes conſilio relinquendæ ſunt: non præcipitanter fugiendæ: ⁊ de varia quiete loco⁹: ⁊ q̄ homines peiores moriunt q̄ naſcant. Epiſtola viceſimaſecunda. Jam intelligis. De ſolido ⁊ inani gaudio: ⁊ de malo vitæ principio. Epiſtola viceſimatertia. Putas ne. De præmeditatione futurorum periculo⁹: ⁊ de nō timēda morte ⁊ de non inconſulte animum inclinando. Epiſtola viceſimaquarta. Sollicitum te. De corrigendis ⁊ non inueterandis vicijs: ⁊ de imaginaria boni viri præſentia. Epiſtola viceſimaquinta. Quod ad duos. De non accuſando defectum naturæ: ⁊ qualiter boni viri meritum mors excutiat: ⁊ egregium ſit mortem diſcere. Epiſtola viceſimaſexta Modo dicebam. De voluptatis nocumento: ⁊ virtutis gaudio: ad quod per externum adiutorium non venitur: ⁊ q̄ nunq̄ nimis dicitur: quod non ſatis dicitur. Epiſtola viceſimaſeptima. Tu ne inquis. Quod non loci: ſed animi mutatione triſtitia tollitur: ⁊ de non prouocando diſcrimine: ⁊ q̄ initium ſit ſalutis notitia peccati. Epiſtola viceſimaoctaua. Hoc tibi ſoli.

Epiſtola⁹ Senecæ ad Lucillum Rubricæ libri quarti incipiūt.

Quod licet non omnes monendi ſint: quidam tamen contradicentes vel illudētes docendi ſint. Et qui ſapiens malit ſibi placere q̄ populo. Epiſtola viceſimanona. De Marcellino noſtro. Quod nihil habet de ſpe vitæ quem ſenectus ducit ad mortem. Variæ etiam ſubiiciuntur cauſæ quare mors timenda non ſit. Epiſtola triceſima. Baſſum auſidium De aſſentatione cauenda: de contemptu laboris: ⁊ excellentia virtutis ⁊ animi. Epiſtola triceſimaprima. Agnoſco. Lucillum laudat ſeceſſum a turba: ⁊ curſum huius vitæ admonet percurrendum. Epiſtola triceſimaſecūda. Inquiro a te. Quomodo omnia philoſophiæ verba pondus habent. ⁊ q̄ turpe ſit ſemp ex cōmentario ſapere. Epiſtola triceſimatertia. Deſideras. Quomodo delectat magiſtrum profectus diſcipuli: ⁊ q̄ magna pars bonitatis eſt velle fieri bonum. Epiſtola triceſimaquarta. Creſco ⁊ exulto. De differentia amicitiæ ⁊ amoris: ⁊ viuo gaudio: ⁊ conſtantia animi. Epiſtola triceſimaquinta. Cum te tam.

Epiſtola⁹ Senecæ ad Lucillum Rubricæ libri quinti incipiunt.

E inquieta fœlicitate: de bona boniditate: ⁊ quod ꝓpria boni animi meditatio ad veram prophetiam perducit. Epiſtola triceſimaſexta. Amicum tuum. De duplici magnanimitate: ⁊ quomodo ad veram libertatem philoſophia pducat. Epiſtola triceſimaſeptima. Quod maximum. De vtilitate familiaritatis breuis: ⁊ inelaborati ſermonis. Epiſtola triceſimaoctaua. Merito exigis. De differentia ordinariæ orationis: ⁊ breuiaryj: ⁊ quod ſit ꝓprium generoſi animi ad excelſa citari: ⁊ q̄ ſuperfluitas noceat. Epiſtola triceſimanona. Commentarios. Modcrandam pronunciationem docet: ⁊ exemplo maxime Ciceronis iubet eſſe tardiloquium. Epiſtola.xl. Quod frequenter. Quomodo in vnoquoq̄ virorum deus habitat: ⁊ q̄ homo eſt ex ſola rationis bonitate laudabilis. Epiſtola quadrageſimaprima. Facis rem optimam. De falſa extimatione ſui ⁊ bonorum ſuo⁹: ⁊ de remedijs contra fortuita. Epiſtola quadrageſimaſecunda. Jam tibi iſte. Quomodo compationis modus ferre omia magna facit ⁊ minima: ⁊ q̄ prana vita a publico ſenſu quærit abſcondi. Epiſtola quadrageſimatertia. Quomodo hoc ad me. De vera nobilitate: ⁊ de errore beatam vitam optantium. Epiſtola.xliij. Iterum tu mihi.

Epiſtolarum Senecæ ād Lucillum Rubricæ libri ſexti incipiunt.

E modo eligendi commentarios. De acuitate ingenij: non in verbis: ſed in rebus habendis: ⁊ quis ſit vere beatus. Epiſtola quadrageſimaquinta. Librorum iſtic. Laudat voluminis ſibi miſſi dulcedinem: ⁊ docet q̄ id quod indicando fecit: eligenda materia. Epiſtola quadrageſimaſexta. Librum tuum quem. De familiaritate habenda cum ſeruis. Epiſtola quadrageſimaſeptima. Libenter ex his.

Quod longiori mora opus eſſe in ſolutione q̄ in propoſitione quæſtionis: ⁊ q̄ amicitia omia mutuo cōmunicant. Epiſtola quadrageſimaoctaua. Ad epiſtolā. Notat eos qui tanta temporis ægeſtate pluribꝰ ſophiſmatibꝰ intendunt. Epiſtola.xlix.

Mus ſyllaba. De velocitate temporis: nō in quæſtionibus particularibus expendendā ſed exhortatione virtutū laudabilis vitæ meritus redimenda. Epiſtola quinquageſima
Eſt quidez. De falſa excuſatione peccantiuz. 7 qualiter corrigi poſſit prauitas indurata Epiſtola quinquageſimaprima. Epiſtolam tuam.

Epiſtolarum Senecæ ad Lucillum Rubricæ libri ſeptimi incipiunt.

Mœnas ciuitates vitādas rationibus docet: 7 exēplis. Epiſtola.lij.quomodo quiſqz poteſt. De tribus generibus hominum ad philoſophiam venientium: 7 quis in hac vita ſit eligendus adiutor: 7 de licita 7 vetita laudatione. Epiſtola liij. Quid eſt. De tempeſtate 7 nauſea: quā paſſus eſt in mari: ſubmittens differētiaz inter corporalia 7 ſpiritualia. Epiſtola.liiij. Quid nō poteſt. De morbo ſuſpirij: vel anhelitus: vbi mirabile documentū de morte ſubiungit: 7 q ſapiens de vita exit: nō ejcit.
Epiſtola quinquageſimaquinta. Longum mihi. De villa Vatiæ: 7 diſpoſitione eius: 7 de ignauo odio vitando: 7 q ſolus ſapiens ſibi viuere ſcit: 7 quomodo oēs amicos ſemper faciat eſſe præſentes. Epiſtola quinquageſimaſexta. Ad geſtationē cū. Notat tumultuoſam luxuriam balneorum. Et q omnia vicia animi in vtiliora ſunt: 7 de magnanimitate Scipionis. Epiſtola q̄nquageſimaſeptima. Percam ſi eſt. De Crypta Neapolitana: 7 q non timor: ſed horror cadit in ſapiētē: 7 q aīa hominis corpis anguſtijs cohiberi non poteſt. Epiſtola quinquageſimaoctaua. Cum a bais.

Epiſtolarum Senecæ ad Lucillum Rubricæ libri octaui incipiunt.

Emultiplici rex diuiſione 7 differentia: vbi exemplo Platonis oſtendit: qualiter parſimonia ducit ad ſenectutem: cuius ſenectutis bonum nec concupiſcenduz nec recuſandum. Epiſtola quinquageſimanona. Quanta vobis. Quod verba philoſophi nec nimis accurata eſſe debent: nec arida. 7 de trib⁹ generibus ad philoſophiaz tendentibus. Epiſtola.lx. Minus tibi. De vero 7 inani gaudio: 7 quomodo ſapiēntem in periculo vitæ huius oportuerit ſemper virtutibus eſſe coniunctuz: vbi eos notat: qui nimis adulatoribus ſuis indulgent. Epiſtola.lxi. Magnam. Ambitionem 7 ſuperfluitatem damnat. Epiſtola.lxij. Queror. Quomodo ſapiens ad mortē paratū ſemper debeat habere animum. Epiſtola.lxiij. Deſinamus. De ſimulata 7 affectata occupatione: 7 q breuiſſima adhuc nos per contemptuz diuitiarz via eſt. Epiſtola.lxiiij.
Mentiunt. Cōſolatio de amico defuncto. Epiſtola.lxv. Moleſte. De efficacia ſermonis boni viri: 7 de augēda doctrina priorz: 7 veneratiōe. Epiſtola ſexageſimaſexta. Fuiſti heri nobiſcum. De numero cauſarum mundi ſm varias ſententias: 7 q human⁹ animus non hæc ſed diuina ſemp inſpectare debet. Epiſtola.lxvij. Heſternum.

Epiſtolarum Senecæ ad Lucillum Rubricæ libri noni incipiunt.

Otat eos qui tres gradus bonorz faciunt: dicens tantum vnum abſolutum bonū ſcilicet virtutem incapacem augmenti: vel detrimēti: ex qua quæcunqz bona ſunt paria ſunt. Epiſtola ſexageſimaoctaua. Claranuz. Quomodo bonū omne ſit optabile. Epiſtola ſexgeſimanona. Ut a cōmunibus. Quomodo colendum ſit ocium 7 quid in eo tractandum. Epiſtola ſeptuageſima. Conſilio tuo. De varia loci mutatione vitāda: 7 redimēda temporis breuitate. Epiſtola.lxxi. Mutare te loca.

Epiſtolarum Senecæ ad Lucillum Rubricæ libri decimi incipiunt.

Homodo immaturæ mortis ſtulta querela ſit. ſera mors quādo præoccupāda ſit: quādo differenda. Epiſtola ſeptuageſimaſecūda. Poſt longuz. De cōſilio 7 ſententia vitæ captādo: 7 quomodo mors honeſta res ſit: 7 de fortitudine animi 7 de profectu philoſophi. Epiſtola ſeptuageſimatertia. Subinde. Quod excluſis occupationibus continuato ſtudio philoſophandum ſit: 7 q ſolius ſapientis ſit ꝓpetuuz gaudiuz. Epiſtola ſeptuageſimaquarta. Quōd queris. Quō nulli debent eſſe principibus gratiores q̄ philoſophiæ ſtudentes: 7 de excellentiſſima boni viri prudentia.
Epiſtola ſeptuageſimaquinta. Errare mihi. De inani mœtu: 7 ex quibus cauſis oriat 7 quibus purgetur remedijs: 7 q ea quæ vulgus habet pro eximijs bona non ſunt: cōtra quæ oppoſitionem ſubijcit cum ſolutione. Epiſtola ſeptuageſimaſexta. Epiſtola tua delectaui. Quod etiam in ſenectute diſcendum ſit: 7 q proprium hominis bonuz ratio vel virtus. Epiſtola ſeptuageſimaſeptima. Inimicitias mihi.

Epiſtolarum Senecæ ad Lucillum Rubricæ libri vndecimi incipiunt.

Exemplis & rationibus docet non eſſe curandum de morte. Epiſtola ſeptuageſima octaua. Subito. Quod multum ad bonam valitudinem amicoꝝ præſentia: & mollis excitatio proſunt: & de tribus incõmodis infirmitatis: & eoꝝ remedijs. Epiſtola ſeptuageſimanona. Vexari te. De Scylla: Charybdi: & Ætna æqualeꝫ oibꝫ eſſe quod tantum facit: & quomodo gloria ſit vmbra virtutis. Epiſtola octuageſima. Expecto epiſtolas. De exercendo ingenio: & q vera libertas excuſſo mœtu mortis & paupertatis acquiritur. Epiſtola octuageſimaprima. Hodierno die. Qd propter ingratitudinem non eſt a beneficijs ceſſandum: & de compenſatione iniuriæ: & beneficij: & q nemo ſcit referre gratiaꝫ: niſi ſolus ſapiens: & de bono gratitudinis & ingratitudinis malo. Epiſtola.lxxxij. querens. De inerti quiete vel otio: iducit de morte diſputationem: q licet ſpeciem habeat mali: non tamen eſt bonũ vel malum. quã concertationẽ reprobans infert contra mortem: non verbis ſed rebus pugnandum. Epiſtola.lxxxiij. Deſij iam de te.

Epiſtolarum Senecæ ad Lucillum Rubricæ libri.xij.incipiunt.

Eſtatu ſenectutis ſuæ: de frugali conuerſatione ſua: & de ebrietate primo aliquoꝝ Deinde ſuaꝫ ponit ſententiã. Epiſtola.lxxxiiij.Singulos tibi. De alternatiõe lectionis & ſtili: & quomodo alioꝝ dicta p transformationeꝫ noſtra facere debemus Epiſtola.lxxxv. Itinera iſta. De affectibus animi quos ſm peripateticos dicit ſapientem tentare poſſe: non vitare. ſm vo ſtoicos & vitare: & de beatæ vitæ perfectione. Epiſtola.lxxxvi. Peperceram tibi.

Epiſtolaruꝫ Senecæ ad Lucillum Rubricæ libri terciidecimi incipiunt.

Exemplo Scipionis veteris balneoꝝ: notat luxuriam: ſubijciens de ſationibus & inſationibus quædaꝫ oblectabilia ſenectuti. Epiſtola.lxxxvij. In ipſa Scipionis. Exemplo ſui Catonis ad frugalitateꝫ hortatur annectens contra peripateticos diſputationem de fortunis quæ bona non ſunt. Epiſtola.lxxxviij. Naufragium. De artibus liberalibus: vbi docet de eis ſingulis quemadmodũ ad virtutẽ nõ pducãt: ſed præparant. Epiſtola octuageſimanona. De liberalibus.

Epiſtolarum Senecæ ad Lucillum Rubricæ libri quartidecimi incipiũt.

De vtilitate diuiſionis philoſophiæ: & de differẽtia inter ſapientiã & philoſophiaꝫ & conteſtatione vtriuſq; & de philoſophiæ partibus. Epiſtola nonageſima. Hem vtilem. De philoſophia q non ſit res beneficiaria: de aureo primo ſæculo & hoc luxurioſo: contra Poſſidonium diſputat artes mechanicas a philoſophia minime inuentas: & q illius rudi ſæculi homines non ſapientes: ſed ſapientibus ſimiles erant. Epiſtola nonageſimaprima. Quis dubitare. Quomodo ad omne qd euenire poteſt firmandus eſt animus. Et q omnia mortaliũ mortalitate damnata ſunt: vbi nõ indignatione: ſed æquanimitate opus eſt contra factum. Epiſtola nonageſimaſecũda. Liberalis noſter. Diſputatio contradicentes ſolam virtutem non facere beatum ſine externis commodis: vel facere quidẽ beatum ſed non beatiſſimum: vbi tradit hæc fortuita nec bona eſſe nec mala: & nec beatũ facere: nec miſeꝝ: & de excellentia animi. Epiſtola nonageſimatertia Puto inter me. De breuiori vita non curandum: & q ampliſſimuꝫ vitæ ſpaciũ eſt vſq; ad ſapientiam viuere. Epiſtola nonageſimaquarta. In epiſtola qua de. Vtrũ pars philoſophiæ ſuperfluat diſputatio: & ſolutio: & de annotatione contra malum popularis opinionis. Epiſtola nonageſimaquinta. Eam partem.

Epiſtolarũ Senecæ ad Lucillum Rubricæ libri.xv.incipiunt.

Dn eſſe petenduꝫ: quod impetrare nolueris. de differentia inter decreta & præcepta & quod ad conſũmandam ſapientiam neutra valet ſine altro: & ſm Poſſidoniuꝫ alia quædam addit neceſſaria. Epiſtola nonageſimaſexta. Petis a me.

Epiſtolarum Senecæ ad Lucillum Rubricæ libri ſextidecimi incipiunt.

Sſentiendum eſſe fateor decretis. Epiſtola nonageſimaſeptima. Tantum tu. Vicia hominum eſſe non temporum: & q prauа conſuetudo lætam in verecundiam induxerit criminibus: quæ ſm naturam conſcientiæ tuta eſſe non poſſunt. Epiſtola nonageſimaoctaua. Erras mi Lucilli. Qualiꝫ aduerſus fortunæ duriciã

cõponẽdus est animus. Epistola nonagesimanona. Nunq̃ credideris. Consolatio amici vel filij mortui: 7 q luctus non voluntate sed ratione sanandus est. Epistola centesima. Epistolam qua. Quod philosophi anima magis velut esse simplex plana: q̃ composita vel sollicita. Epistola centesimaprima. Fabiani.

Epistolaruz Senecæ ad Lucilluz rubricæ libri decimiseptimi incipiunt. Einopinato fati termino: vbi notat eos qui longiorem vitam supplicio vel turpitudine paciscũtur. Epistola centesimasecũda. Omnis dies. Cauillatoriam ponit de claritate post mortẽ disputationẽ. Deinde philosophice de eadem dissent claritate. Epistola centesimatertia. Quomodo molestus. De pernicie insidiarum: quæ sunt ex homine: de hominis officio: 7 quomodo philosophia vtenduz sit. Epistola centesimaquarta. Quid ista.

Epistolarum Senecæ ad Lucillũ rubricæ libri decimioctaui incipiunt. Valiter secessio in ocio vel peregrinatio non possit: sed noceat sine curatione animi 7 de magnanimitate 7 excellentia humani spiritus: quem non laborem vel mortẽ timere: exemplo Socratis 7 Catonis insinuat. Epistola centesimaq̃nta. Immomentaneũ. Quattuor esse quæ hominẽ in perniciem homunis instigant: 7 quomodo singulorum eorum vitetur incõmodum: 7 q magna pars securitatis est nihil inique facere Epistola centesimasexta. Quæ obseruãda. Quod affectus animi sint corpoz̃ captiose disputat: quam disputationem euestigio damnat. Epistola centesimaseptima. Tardius rescribo. Quæ patienda sunt ambulanti per huius vitæ viam: 7 præmeditatio leuissima facit esse grauiora: 7 qualiter varietas mortalitatis 7 fatũ equanimiter ferenda sunt Epistola centesimaoctaua. Vbi illa prudentia.

Epistolarum Senecæ ad Lucilluz rubricæ libri deciminoni incipiunt. Emoderanda cupiditate discendi: 7 quanti profectus sit sapientem sæpius adire: 7 q maiori impetu iuuenes ad philosophiam: q̃ senes accedimus: vbi notat eos qui dicunt decus philosophiæ esse disputare: non viuere. Epistola centesimadecimanona. De quo quæris.

Epistolaruz Senecæ ad Lucillum rubricæ libri vicesimi incipiunt. Voltis argumentis ostendit sapientem sapienti prodesse. Epistola centesimadecima. An sapiens. Non optandos esse deos infestos malis: 7 quomodo per retractã sæpius philosophiam noticia boni 7 mali necessarij 7 supuacui possit haberi: 7 q turpe est etiam in aqua 7 polenta ponere beatam vitam. Epistola centesimaundecima. Ex momentaneo meo. De vera philosophi magnitudine: quam sophismata id est cauillationes præstare non possunt. Epistola centesimaduodecima. Quid voletur. Vtens exesæ vitis exemplo: ostendit inueterati ingenij prauitatem fore inemendabilem. Epistola centesimadecimatertia. Cupio mehercule.

Epistolarum Senecæ ad Lucilluz rubricæ libri vicesimiprimi incipiunt. Jaletice disputat per multa inconuenientia virtutes non esse animalia: de mortali fortitudine 7 iustitia doctrinam inferens. Epistola centesimadecimaquarta. Desideras. De multiplici varieate viciosæ orationis: 7 pro qualitate animi discentis eius informatur oratio: vbi contra luxuriam succincte declamat Epistola centesimadecimaquinta. Quare quibusdam.

Epistolarum Senecæ ad Lucilluz rubricæ libri vicesimisecũdi incipiũt Vod sapientem nõ decet orationis sollicita concinnitas de pulchritudine animi: 7 q omnium hic non solida: sed bracteata 7 ficta fœlicitas est. Epistola centesimadecimasexta. Nimis anxium. Potius esse nullos q̃ modicos habere affectus contra peripateticos disputat. Epistola centesimadecimaseptima. Vtrũ satius. Argumentatur contra professores suos sapere bonum esse. Deinde huius disputationis velut penitus docet instrumenta virtutum non talia argumenta tractanda. Epistola centesimadecimaoctaua. Multum mihi.

Epistolarum Senecæ ad Lucillũ rubricæ libri vicesimitertij incipiunt. Kæmittens de mundanorum sollicitudine: 7 sapientis securitate: 7 quid sit bonũ 7 quæ honesti 7 boni differentia. Epistola centesimadecimanona. Exigis

a me frequentiores. De parsimonia victus ⁊ tormento infœlicis luxuriæ: ⁊ q nunq̄ parum est quod sat est. Epistola centesimauicesima. Quotiens aliquid.

Epistolarū Senecæ ad Lucillum rubricæ libri vicesimiquarti incipiūt

Vomodo ad nos boni honestiq̄ noticia peruenerit: vbi notat eos qui assidue suū statū variant. Epistola centesimauicesimaprima. Epistola tua per. Quomodo omnibus animalibus sit constitutionis suæ tempus: ⁊ ex constitutionibus suis sensus est: ⁊ quid sit constitutio. Epistola centesimauicesimasecūda. Litigabis.

Epistolarū Senecæ ad Lucillum rubricæ libri vicesimiq̄nti incipiunt.

Ebis qui officia lucis noctisq̄ peruertunt: ⁊ q naturam sequentibus omnia facilia sunt ⁊ expedita. Epistola centesimauicesimatertia. Detrimentum. De absentia ⁊ temperantia esus: ⁊ de adulatione vitanda: ⁊ duobus rerum generibus: ⁊ quæ nos mutāt aut fugāt. Epistola cētesimauicesimaquarta. Itinere con. Quod bonum non sensu sed intellectu comprehendit: ⁊ q bonum in nullo est nisi in quo ratio. Epistola centesimauicesimaquinta: ⁊ vltima. Possum multa.

Lucij Annei Senecæ ad Lucillum epistolarum liber primus. Epistola prima de colligēda ⁊ existenda fuga temporis: ⁊ non esse pauperem cui etiam modicum satis est.

Ta fac ergo mi Lucilli: vendica te tibi: ⁊ tempus quod adhuc aut auferebatur: aut surripiebatur: aut excidebat: collige ⁊ serua. Persuade tibi hoc sic esse vt scribo: quædā tempora surripiūtur nobis: quædā subducuntur: quædā effluūt. Turpissima tamen est iactura quæ per negligentiam fit. ⁊ si volueris attendere: maxima pars vitæ elabitur male agentibus: magna nihil agentib⁹: tota vita aliud agentibus. Quē mihi dabis: qui aliquod preciū tempori ponat: qui diem æstimet: qui intelligat se quotidie mori? In hoc enim fallimur: q mortē nō prospiam⁹. magna pars eius iam præterijt: quicq̄d ætatis retro est: mors tenet. Fac ergo mi Lucilli quod facere te scribis: omnes horas cōplectere. sic fiet: vt minus ex crastino pendeas: si hodierno manum iniecceris. dum differt vita transcurrit. Omnia mi Lucilli aliena sunt: tēpus tantū nostrū est. In huius rei vnius fugacis ac lubricæ possessionem natura nos mittit: ex qua expellitur quicūq̄ vult. ⁊ tāta stultitia mortaliū est: vt quæ minima ⁊ vilissima sunt: certe reparabilia iputari sibi cū perire patiantur. Nemo se iudicat quicq̄ debere: qui tēpus accepit: cum interim hoc vnum est: quod nec grat⁹ quidē potest reddere. Interrogabis fortasse: quid ego facā: qui tibi ista præcipio? fatebor: ingenue quod apud luxuriosum: sed diligentē: cuenit. Ratio mihi cōstat impensæ. Non possum dicere me nihil perdere: sed quod perdam: ⁊ quare: ⁊ quēadmodū dicam: causas pauptatis meæ reddam. Sic euenit mihi: quod plerisq̄: non suo vicio ad inopiam redactis: omnes ignoscant: nemo succurrit. quid ergo est? Non puto pauperem: cui quantulumcūq̄ supereſt: sat est. Tu tamē malo serues tua: ⁊ bono tēpore vti incipias. Nam vt visum est nostris maioribus: Sera parsimonia in fundo est. Non enim tantū minimū in imo: sed pessimū remanet. Vale.

Epistola secūda de mutatione locorū: ⁊ multiplicū voluminū lectione vitanda: ⁊ de commendatione paupertatis si læta sit.

X his quæ mihi scribis: ⁊ ex his quæ audio: bonam spem de te concipio. non discurris nec locoꝝ mutationibus inquietaris: ægri animi iactatio ista est. Primum argumentū cōpositæ mentis existimo posse consistere: ⁊ secū morari. Illud autem vide: ne ista lectio multoꝝ auctorū ⁊ omnis generis voluminuꝫ: habeat aliquid vagum ⁊ instabile. Certis ingenijs īmorari ⁊ īnutriri oportet: si velis aliquid trahere: quod i animo fideliter sedeat. Nusq̄ est q vbiq̄ est. In peregrinatione vitā agentibus hoc euenit: vt multa hospitia habeāt: nullas amicitias. Idē accidat necesse est eis qui nullius se ingenio familiariter applicant: sed omnia cursim ⁊ properanter transmittunt. Non prodest cibus nec corpori accedit: qui statim sumptus emittitur. Nihil æque sanitatē ipedit q̄ remediorū crebra mutatio. non venit vulnus ad cicatricē: in quo medicamenta tentant. nō cōualescit plāta quæ sæpius transfert. nihil tam vtile est: quod in transitu prosit. Distrahit animū liborū

multitudo. Itaq; cum legere non possis quantum habueris: sat est habere quantuz legas. Sed modo etiaz inquis hūc librū euoluere volo: modo illū. fastidietis stomachi est multa degustare: quæ vbi varia sunt ⁊ diuersa coinquinant: non alunt. Probatos itaq; semper lege: ⁊ siquādo ad alios diuerti libuerit: ad priores redi. Aliquid quotidie aduersus paupertatem: aliquid aduersus mortē auxiliū compera: nec minus aduersus cæteras pestes. Et cum multa percurreris: vnum excerpe: quod illo die concoquas. Hoc ipse quoq; facio: ex pluribus quæ lego aliquid apprehendo. hodiernum hoc est: quod apud Epicuruz nactus sum. Soleo enim ⁊ in aliena castra transire: non tanq; transfuga: sed tanq; explorator. bonesta inquit res est: læta paupertas. Illa vero non est paupertas: si læta est. Qui enim cuz paupertate bene conuenit: diues est. non qui parum habet: sed qui plus cupit: pauper est. Quid enim refert quantum illi in arca: quantū in horreis iaceat: quantū pascat aut fœneretur: si alieno īminet: si non acquisita: sed acquirenda computat? Quis sit diuitiarum modus quæris. Primus habere quod necesse est: proximus quod sat est. Vale.

Epistola tertia de modo eligendi ⁊ colendi amicum: ⁊ q̄ tam vicium est omnibus credere q̄ nulli. sicut vel semper inquietū esse: vel semp q̄escere.

Epistolas ad me perferendas tradidisti: vt scribis amico tuo. Deinde admones me ne omnia cum eo ad te pertinentia cōmunicem: quia non soleas nec ipse quidem hoc facere. Ita eadem epistola illū ⁊ dixisti amicum: ⁊ negasti. Itaq; sic prior verbo quasi publico vsus es: ⁊ sic illuz amicū vocasti: quomodo omnes cādidatos: bonos viros dicimus: quomodo obuios: si nomen non succurrit: dominos salutamus. Sed si aliquem amicū existimas cui non tantundem credis quantum tibi: vehementer erras: ⁊ non satis nosti vim veræ amicitiæ. Errat ⁊ ille qui amicū in atrio quærit: in cōuiuio probat. Nullū habet malus maluz occupatus homo: ⁊ bonis suis obsessus: q̄ q̄ amicos sibi putat: q̄bus ipse non est. Tu vero omnia cum amico delibera: sed de ipso prius. Post amicitiam credendum est: ante amicitiam iudicandum. Isti vo præpostere officia permiscent: qui cōtra præcepta Theophrasti cum amauerint iudicant: ⁊ non amant cuz iudicauerint. Diu cogita an tibi in amicitiā aliquis recipiendus sit. cum placuerit fieri: toto illum pectore admitte: tam audacter cum illo loquere q̄ tecum. Tu quidem ita viue vt nihil tibi cōmittas: nisi quod committere etiam inimico tuo possis. Sed quia interueniunt quædam: quæ consuetudo facit archana: cū amico omnes curas: omnes cogitationes tuas misce: fidelez si putaueris: facies. Nam quidā fallere docuerunt: dum timent falli: ⁊ illius vim peccandi suspicando fecerunt. Quid est ergo? quare vlla verba coram amico meo retrahaz. Quid est? quare me cora illo non putem solū. quidā quæ tanquz amicis committenda sunt: obuijs narrant: ⁊ in quaslibet aures: quicquid illos vrit: exonerant. quidam rursus etiam charissimoruz conscientiā reformidant: ⁊ si possent: nec quidez sibi crediturī interius præmūt omne secretuz. neutrum faciendum est. Vtrūq; enim vicium est: ⁊ omnibus credere: ⁊ nulli. Sed alteruz honestius dixerim viciū: alteruz tutius. Sic vtrosq; reprehendas: ⁊ eos qui semp inquieti sunt: ⁊ eos qui semper quiescunt. Nam illa tumultu gaudens: non est industria: sed exagitatæ mentis concursatio. Et hæc non est quies: quæ motum omnem molestiam iudicat: sed dissolutio ⁊ languor. Itaq; hoc quod apud Pomponiū legi: animo mandabatur. quidaz adeo in latebras refugerunt: vt putent in turbido esse quicquid in luce est. Inter se ista miscenda sunt: ⁊ quiescenti agendum: ⁊ agenti quiescendum est. Cum rerū natura delibera: illa dicet tibi se ⁊ diem fecisse ⁊ noctem. Vale.

Epistola quarta de emendando animo: ⁊ componendo ad contemptum mortis: ⁊ q̄ magnæ diuitiæ sunt fm naturam composita paupertas.

Erseuera vt cœpisti: quantum potes propera quo diutius frui emendato animo ⁊ composito possis: frueris quidem etiam dum cōponis ⁊ duz emendas. Alia tamē illa voluptas est quæ percipitur ex contemplatione mentis ab omni labe pure ⁊ splendide. Tenes vtiq; memoria: quantum senseris gaudiū cuz prætexta posita sumpsisti virilem togam: ⁊ in forum deductus es. Maius expecta: cuz puerilem animuz deposueris ⁊ te in virum philosophia transcripserit. Adhuc enim non puericia: sed quod est grauius puerilitas remanet. Et hoc quidem peius: q̄ auctoritatem habes senum: vicia puerorū. nec puerorum tantū: sed infantium. illi lenia: hi falsa formidant: nos vtraq;. Prospice modo

intelliges: quædam ideo minus timenda: quia multum mœtus afferunt. nullum magnū quod extremum est mors ad te venit: timenda est si tecum esse posset. Necesse est aut nō perueniat: aut pertranseat. Difficile est inquis animū perducere ad contemptum animæ. Non vides q̄ ex friuolis causis tenēatur: alius ante amicæ fores laqueo pependit: alius se præcipitauit e tecto ne dominū stomachantē diuitijs audiret: alius ne reduceretur e fuga: ferrū adegit in viscera. Non putas virtutem hoc effecturam: quod fecit nimia formido? Nulli potest secura vita contingere: qui de producenda nimis cogitat: qui inter magna bona multos consules numerat. Hoc quotidie meditare: vt possis æquo animo vitam relinquere: quam multi sic complectuntur & tenent: quomodo qui aquæ torrente rapiuntur p spinas & aspera. Plærique inter mortis mœtum: & vitæ tormēta miseri fluctuant: & viuere nolunt: & mori nesciunt. Faciam tibi iucundum vitam: omnem pro illa sollicitudinem deponēdo. nullū bonus iuuat habentē: nisi ad cuius amissionem præparatus est animus. Nullius autē rei facilior amissio est: q̄ quæ desiderari amissa non potest. Ergo aduersus omnia quæ accidere possunt etiam potentissimis adhortare te & indura. de Pompei capite pupillus & spado tulere sententiam. De Crasso crudelis & insolens parthus Caius Cæsar iussit Lepidum dextro tribuno præbere ceruicez: ipse Chæreæ præstitit. Neminem eo fortuna prouexit vt non tantum illi minaretur q̄tum permiserat. Noli huic tranquillitati confidere. momento mare euertitur: eodem die vbi luserunt naugia sorbentur. Cogita posse & latronem & hostem admouere iugulo tuo gladium: vt potestas maior absit. Nemo nō seruus habet in te vitæ necisq̄ arbitrium. Ita dico quisquis vitam suam contempsit: tuæ dominus est. Recognosce exemplum eorum qui domesticis insidijs perierunt: aut aperta vi: aut dolo: intelliges non pauciores seruorum ira cecidisse: q̄ regum. Quid ad te itaq̄ q̄ potens sit quē times? cum id propter quod times: nemo non possit: aut si forte in manus hostium incideris victor: te duci iubebit: eo nempe momento quo duceris. quid te ipse decipis? Et hoc nūc primum: quod olim patiebaris intelligis. Ita vico ex quo natus es duceris. Hæc & huiusmodi versanda in animo sunt: si volumus illam vltimam horam placidi expectare: cuius mœtus omnes alias inquietas facit. Sed vt epistolæ finem imponā: accipe quod hodierno die mihi placuit: & hoc quoq̄ ex alienis ortulis sumptum est. Magnæ diuitiæ sunt lege naturæ composita paupertas: lex autem illa naturæ. Scis quos nobis terminos statuit. Nō esurire: non sitire: non algere: vt famem sitimq̄ depellat. Non est necesse superbis assidere liminibus: nec superciliū graue: & contumelioſam etiam humanitatem pati. Non est necesse maria tentare: nec sequi castra. Parabile est quod natura desiderat: & appositum paruo constat: & ad superuacua sudatur. Illa sunt quæ togam conterunt: quæ nos senescere sub tentorio cogant: quæ in aliena litora impingūt. Ad manū est quod sat est. Qui cum pauptate bene conuenit diues est.

Epistola quinta de euitanda hypocrisia: & nimia vitæ districtione.

Quod pertinaciter studes ex omnibus obmissis: hoc vnum agis: vt te quotidie meliorem facias: & probo & gaudeo. nec tantum horto: vt perseueres: sed etiam rogo

Illud autem te admoneo: ne eorum more: qui non proficere sed conspici cupiunt: facias aliqua quæ in habitu tuo: aut genere vitæ notabilia sint. Asperum: incultū: & intonsum caput: & negligentiorem barbam: & indictum argento odium: & cubile humi positum & quicquid aliud ambitionem: peruersa via sequitur: euita. Satis ipsum nomen philosophiæ: etiā si modeste tractetur: inuidiosum est. Quid si nos hominū cōsuetudini cœperim⁹ excerpere? intus omnia dissimilia sint: frons nostra populo conueniat. Non splendeat toga nec sordeat quidem. non habeamus argentum in quo solidi auri celatura descenderit. Sed non putemus frugalitatis indicium auro argentoq̄ caruisse. Id agamus: vt meliore vitā sequamur q̄ vulgus: non vt contrariā. alioquin quos emendari volumus: fugamus a nobis: & auertimus. Illud quoq̄ efficimus: vt nihil imitari velint nostri: dum timent: ne imitanda sint omnia. Hoc primū philosophia promittit: sensum cōmunē: humanitatē & congregationē: a qua professione nos dissimilitudo separabit. Videamus ne ista per quæ admirationē parare volumus: ridicula & odiosa sint. Nempe propositū nostrū est fm naturā viuere. Hoc contra naturā est torquere corpus suū: & faciles odiose mūdicias: & squalorem appetere: & cibis non tantum vilibus vti: sed tetris & horridis. quemadmodum delicatas

res desiderare: luxuriæ est. ita vsitatas ⁊ non magno parabiles fugere: dæmentiæ est. frugalitatem exigit philosophia: non pœnam. Potest autem esse non incompta frugalitas. Hic mihi modus placet. Temperetur vita inter bonos mores ⁊ publicos. Suspiciãt omẽs vitam nostrã: sed ⁊ agnoscant. Quid ergo? Eadem facimus quæ cæteri. Nihil inter nos ⁊ illos intererit. Plurimũ dissimiles esse nos vulgo sciat: qui inspexerit propius: q̃ domũ intrauerit: nos potius miret q̃ supellectilem nostrã. Magnus ille est qui fictilibus sic vtit quemadmodũ argento. nec ille minor est qui sic argento vtitur: quemadmodu fictilibus. Infirmi autẽ animi est pati non posse diuitias. Sed vt huius quoq; diei lucellum tecu cõmunicẽ: apud Catonẽ nostrũ inueni cupiditatum finem: etiam ad timoris remedia pficere. Desines inquit timere: si sperare desieris. Dices quomodo ista ta diuersa pariter sunt? Ita est vti Lucilli: cum videant dissidere: coniũcta sunt: quemadmodum eadem cathena: ⁊ custodem ⁊ militez copulat. Sic ista quæ tam dissimilia sunt pariter incedũt. Spem mœtus sequit. Nec miror ista sic ire. Vtrũq; pendentis futuri animi est. Vtrũq; futuri expectatiõe sollicitum. Maxima autẽ vtriusq; causa est: q̃ non ad præsentia aptamur: sed cogitatiões in longinqua præmittimus. Itaq; prouidentia maximum bonum conditionis humanæ in malum versa est. feræ pericula quæ vident fugiunt: cuz effugere securæ sunt. Nos ⁊ venturo torquemur: ⁊ præterito. Multa bona nostra nobis nocent. Timoris enim tormentuz memoria reducit: prouidentia anticipat. Nemo tantũ præsentibus miser est. Vale.

Epistola sexta de malo spei ⁊ timoris: ⁊ de efficacia exemplaris doctrinæ.

Intelligo Lucilli: non emendari me tantum: sed transfigurari. nec hoc promitto iam aut spero: nihil in me superesse: quod mutandum si quid ni q̃ multa habeam quæ debeant corrigi: quæ extenuari: quæ attolli. Et hoc ipsum argumentũ est in melius translati animi: q̃ vicia sua quæ adhuc ignorabat: videt. Quibusdam ægris gratulatio fit cum seipsos ægros esse sentire. Cuperem itaq; tecum cõmunicare: tam subitam mei mutationem. Tunc amicitiæ nostræ certiorem fiduciam habere cœpissem: illius vere quaz spes non timor: non vtilitatis suæ cura diuellit: illius cum qua homines moriuntur: pro qua moriũtur. Multos tibi dabo qui non amico: sed amicitia caruerũt. hoc non potest accidere cum animos in societatez honesta cupiendi par volũtas trahit. Quid ni non possit? Scĩũt enim ipsos omnia habere cõmunia: ⁊ quidem magis aduersa. Concipere animo non potes quantũ momẽti afferre mihi singulos dies videam. Mitte inquis ⁊ nobis ista: quæ tãta efficacia expertus es. Ego vo cupio in te oĩa transfundere: ⁊ in hoc gaudeo aliquid discere: vt docear. nec me vlla res delectabit: licet eximia sit ⁊ salutaris: quam mihi vni saturus sum: si cũ hac exceptiõe det sapientia: vt illam inclusam teneaz: nec enũciem: reticã. Nulli bono sine socio iucunda est possessio. Mittam itaq; ipsos tibi libros: ⁊ ne multum opere impendas: dum passim profutura sectaris: imponam notas: vt ad ipsa protinus quæ probo ⁊ miror accedas. Plus tamen tibi ⁊ viua vox ⁊ conuictus: q̃ oratio proderit. In rem præsentẽ venias oportet. Primũ quia homines amplius oculis q̃ auribus credũt. Deinde q̃a longũ interest per præcepta: breue ⁊ efficax per exempla. Zenonem Cleantes nõ expressisset: si eum tantũmodo audisset. vitæ eius interfuit: secreta perspexit. Obseruauit illum: an ex formula sua viueret. Plato ⁊ Aristoteles ⁊ omnis in diuersuz itura sapientiũ turba: plus ex moribꝰ q̃ ex verbis Socratis traxit. Metrodor ⁊ Hermacũ ⁊ polienũ: magnos viros non schola Epicuri: sed contuberniũ fecit. Nec in hoc te accerso tantum: vt proficias: sed vt prosis. Plurimũ enim alter alteri conferimus. Interim quoniã diurnam tibi mercedulam debeo. quid me apud Hecatonẽ delectauerit dicaz: quæris inquit: quid profecerim? Amicꝰ esse mihi multũ proficit: qui nunq; erit solus: scito hunc amicũ omnibus esse. Vale.

Epistola septima de fugiendo turbæ consortio.

Quod tibi vitandum præcipue existimem quæris turbam: nondum illi tuto committeris. Ego certe confiteor imbecillitatem meã. Nunq; mores quo extuli refero. Aliquid ex eo quod cõposui turbat: aliq̃d ex his quæ fugaui redit: quod ægris euenit: quos longa imbecillitas vsq; eo affecit: vt nũq; sine offensa proferantur. hoc accidit nobis quorũ animi ex longo morbo inficiuntur. Inimica est multorum conuersatio. Nemo nõ aliquid nobis vicium: aut cõmodat: aut imprimit: aut nescientibus allinit. Vtiq; quo maior est populus cui cõmiscemur: hoc periculi plus est. Nihil vo est tam damnosũ bonis

moribus: q̄ in aliquo spectaculo residere. Tunc enim per voluptatē facilius vicia surrepūt. quid me existimas dicere? auarior redeo: ambitiosior: luxuriosior: imo vo crudelior ⁊ inhumanior: quia inter homines fui. Casu in meridianum spectaculum incidi lusus expectans ⁊ sales ⁊ aliquid laxamenti: quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant. Contra est quicquid ante pugnatum est misericordia fuit. Nunc omissis nugis mera homicidia sunt nihil habent quo tegantur: ad ictum totis corporibus expositiuum q̄ frustra manū mittūt hoc plerīq; ordinarijs partibus ⁊ postulaticijs præferunt. quid ni præferant? non galea: non scuto repellitur ferrū: quo munimēta: quo arces: omnia ista mortis more sunt. Nam leonibus ⁊ vrsis homines: meridie spectatoribus suis obijcāntur. Interfectores interfectis iubent obijci: ⁊ victorem in aliam detinent eādem. exitus pugnantiū mors est: ferro ⁊ igne res geritur. hæc fiunt dum vacat arena. Sed latrocinium fecit aliquis: quid ergo meruit? vt suspendatur. occidit hominem: quia occidit ille meruit vt hoc pateretur. Tu quid meruisti miser vt hoc spectes? occide: vre: verbera. quare tam timide incurrit in ferum: quare parum audacter occidit: quare parum libenter moritur: plagis agitur in vulnera: ⁊ mutuos ictus nudis ⁊ obuijs pectoribus excipiunt. Intermissum est spectaculum: interim iugulent homines ne nihil agatur age. Nec hoc quidem intelligitis mala exempla in eos redundare qui faciunt. Agite dijs immortalibus gratias: q̄ eum vocetis esse crudelem qui non potest discere: subducendus populo est tener animus ⁊ parum tenax recti facile transitur ad plures. Socrati: Catoni: ⁊ Lelio excutere mentem suam dissimilis multitudo potuisset: adeo nemo nostrūm qui maximē concinnamus ingenium ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium potest. Vnum exemplum aut luxuriæ aut auariciæ: multum mali facit. Conuictor delicatus paulatim eneruat ⁊ mollit. Vicinus diues cupiditatem irritat: malignus comes: q̄ius candido ⁊ simplici rubiginem suā affricuit. Quid tu accedere his moribꝰ credis: in quos publice factus est ictus? necesse est aut imiteris: aut oderis. Vtrūq; autem deuitandum est: ne vel similis malis fias: quia multi sunt: neue inimicus multis: quia dissimiles sunt. Recede in teipso quantum potes. Cum his versare qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte quos tu potes facere meliores. Mutuo ista fiunt ⁊ homines dū docent discūt. Non est q̄ te gloria publicandi ingenij producat in medium: vt recitare istis velis: aut disputare. quod facere te vellem: si haberes isti populo idoneā mercedem. Nemo est qui intelligere te possit. Aliquis fortasse vnus aut alter incidet: ⁊ bia ipse formandus tibi erit: instituendusq; ad intellectum tui. Cui ergo inquis ista dicā? non est quod timeas ne operam perdideris: si tibi dicāsti. Sed ne mihi soli hodie dicam: communicabo tecum quæ occurrerūt mihi egregie dicta circa eundem fere sensum tria: ex quibus vnum hæc epistola indebitum soluet: duo in antecessum excipe. Democritus ait: Vnus mihi ꝓ populo est: ⁊ populus pro vno. Bene ⁊ ille quisquis fuit: ambigitur enim de auctore: cū quæreret ab illo quo tanta diligentia artis spectaret ad paucissimos peruenturę. Satis sunt inquit mihi pauci: satis est vnus: satis est nullus. Egregie hoc terauī Epicurus: cum vni ex consortibus studiorū suorū scriberet: hæc inquit Ego non multis sed tibi: satis enim magnū alter alteri theatrum sumus. Ista mi Lucilli condenda in animo sunt: vt contemnas voluptatē ex plurium assensione venientem. Multi te laudant: ⁊ quid habes cur placeas tibi? Si tis es quē intelligant: multi introrsus bona tua spectent. Vale.

Epistola octaua de indulgentia corporis proprij: ⁊ turba hominū: ⁊ q̄ bona fortunæ sunt fugienda philosophanti: conscientia sua contento: propter verā libertatē acq̄rendā ex seruitute animi īpendēda philosophiæ discedæ ⁊ operādæ.

TO me inquis vitare turbam: iubes: secedere: ⁊ conscientia esse contentum: vbi illa præcepta vestra quæ imperant in actu mori? quid ego tibi video: interim suadere in hoc me recondidi ⁊ fores clausi: vt prodesse pluribus possem: nullus mihi perodiū dies exit: partem noctium studijs vendico: non vaco somno: sed succumbo: ⁊ oculos vigilia fatigatos cadentesq; in opere detineo. Secessi non tantum ab hominibus: sed etiam a rebus: ⁊ primū a rebus meis. Posterorum negocium ago. Illis aliqua quæ possint prodesse conscribo. Salutares admonitiones: velut medicamēta q; vtilia cōpositiones litteris mando: esse illas efficaces in meis vlceribus expertus quæ ⁊ si personatu non sunt: serpere desierūt. Rectū iter q̄ sero cognoui ⁊ lassus errando: aliis monstro. Clamo vitare quæ cāq;

quæ vulgo placẽt: quæ casus attribuit ad omne fortuitũ bonũ: suspitiosus pauidusq; subsiste. Et fera 7 piscis spe aliqua oblectante decipit. Munera ista fortunæ putatis? insidiæ sunt. Quisquis nostrũ tutam agere vitaz volet: quãtũ plurimũ potest ista fiscata beneficia deuitet: in quibus hoc quoq; miserũ fallimur quod habere nos putamus. haberemus: in præcipicia cursus iste deducit. Huius eminẽtis vitæ exitus cadere est. Deinde nec resistere quidẽ licet cum cœperit transuersos agere fœlicitas. Aut rectis saltẽ: aut temet fruere. Qui hoc faciũt nõ euertit fortuna: sed cernulat 7 allidit. hanc ergo sanaz 7 salubrẽ formam vitæ tene: vt corpori tantũ indulgeas: quantũ bonæ valitudini satis est. Durius tractandũ est ne animo male pareat: cibus famẽ sedet: potio sitim extinguat: vestis arceat frigus: domus munimentũ sit aduersus infesta corporis. hanc vtrũ cespes erexerit: an varius lapis gẽtis alienæ: nihil interest. Scito te hominẽ taz bene culmo q̃ auro tegi. Contemne omnia quæ superuacuus labor velut ornamentũ ac decus ponit. Cogita in te præter animum nihil esse mirabile: cui magno nihil magnũ est. Si hoc meũ: si hoc cũ posteris loquor: nõ video: tibi plus prodesse: q̃ cui ad vadimoniũ aduocatus descenderẽ: aut tabulis testamenti anulum imprimerẽ: aut in senatu candidato vocẽ 7 manuz cõmodarẽ: mihi crede: q̃ nihil agere videtur maiora agunt: humana diuinaq; tractant. Sed iam finis faciendus est: 7 aliquid vt institui pro hac epistola dependendum: id de meo nõ fiet: adhuc Epicurũ complicam? cui? hanc vocez hodierno die legis? philosophiæ seruias oportet: vt tibi contingat vera libertas nõ differetur in diẽ qui se illi subiecit 7 tradidit: statim circũagitur: hoc enim ipsuz philosophiæ seruire libertas est. põt fieri vt me interroges: quare ab Epicuro tã multa benedicta referã potius: q̃ nostroz. qd est tamen quare tu istas Epicuri voces putas esse nõ publicas q̃ multi poetæ dicũt: quæ a philosophis: aut dicenda aut dicta sunt. nõ attingaz tragicos aut nostros. habent enim hæc quoq; aliquid sæueritatis: 7 sunt inter comœdias 7 tragœdias media: quantũ disertissimorũ versuũ inter mimos iacet. q̃ multa Publij: non ex calceatis sed coturnatis dicenda sunt. vnũ eius versum qui ad philosophiã pertinet: 7 ad hãc partẽ qui modo fuit in manibus referã: quo neget fortuita in nostro habenda: Alienuz est omne quicquid optando venit. hunc versum a te dici non paulo melius: sed astrictius memini. non esse tuũ fortuna quod fecit tuũ. Illud etiã non melius dictũ a te nũc præteribo: vari bonũ quod potuit auferri potest. hoc nõ imputo in solutũ de tuo tibi. Vale.

Epistola nona: q̃ sapiens seipso contentus est ad beate viuendũ: non ad viuendũ simpliciter.

Nmerito repræhendat in quadã epistola Epicurus eos qui dicunt sapientẽ seipso esse contentum: 7 propter hoc amico non indigere. desideras scire: hoc obiicitur Stilboni ab Epicuro: 7 his quibus summũ bonuz, visum est animus ipatiẽs. In ambiguitatẽ incidendũ est: si exprimere affatim vno verbo cito voluerimus 7 impatientiam dicere. Poterit enim contrariũ ei quod significare volumus intelligi. Nos enim cum volumus dicere: qui respuat omnis mali senium. accipietur is qui nullũ possit ferre malum. vide ergo: num satius sit: aut iuulnerabilez animũ dicere: aut animũ extra patientiã positũ hoc inter nos 7 illos interest. noster sapiens vincit quidẽ incõmodũ omne: sed sentit illoz nec sentit quidẽ. Illud nobis 7 illis cõmune est: sapientẽ seipso esse contentũ: sed tamẽ amicum habere vult: 7 vicinũ: 7 contubernalem: q̃uis sibiipse sufficiat. Vide q̃ sit se content? Aliquando sui parte contentus est: si illi manũ: aut morbus: aut hostis incident. Si quis oculũ vel oculos casu excusserit: reliquiæ illi suæ satisfacient: 7 erit in minuto corpore: 7 am putato tam lætus: q̃ integro fuit. Sed quæ sibi desunt nõ desiderat: nõ deesse mauult. Ita sapiens se contentus est: nõ vt velit esse sine amico: sed vt possit. 7 hoc quod dico possit: tale est: amissũ æquo animo ferat: sine amico quidẽ nunq̃ erit. In sua potestate habet q̃cito reparet. Quomodo si pdiderit Phydias statuã: protinus alteraz faciet? Sic hic faciendaz amicitiaz artifex substituet alium in locũ amissi. Quæris quomodo amicuz cito facturus sit? dicam si illud mihi tecuz conuenerit. Vt statim tibi soluam quod debeam: 7 q̃tum ad hanc epistolam paria faciamus. Hecaton ait: Ego tibi monstrabo amatoriũ: sine medicamento: sine herba: sine vllius venefice carmine. Si vis amari: ama. habes non tantũ amicitiæ vsum veteris: 7 certe magnam voluptatẽ: sed etiam initium 7 comparationẽ nouæ. Quod interest inter metentem agricolam 7 serentem: hoc inter eum qui parauit amicum

7 qui parat. Vt Thales philosophus dicere solebat: Jucundius esse amicum facere q̄ habere Quo artificio iucundius est pingere q̄ pinxisse: illa in opere suo occupata sollicitudo ingēs oblectamentū habet in ipsa occupatione. Non æque delectat qui ab opere p̄fecto remouit manū: iam fructu artis suæ fruitur: ipsa fruebat arte cū pingeret. Fructuosior est adolescentia liberorū: sed infantia dulcior. Nunc ad propositū reuertamur. Sapiens etiā si cōtentus est se: tamen habere amicum vult: si ob nihil aliud vt exerceat amicitiam: ne tam magna virtus iaceat. Non ob hoc quod Epicurus dicebat in hac ipsa epistola: vt habeat qui sibi ægro assideat: succurrat: in vincula coniecto vel inopi. Sed habeat aliquem cui ipse ægro assideat: quem ipse circūuentū hostili custodia liberet. Qui se spectat: 7 propter hoc ad amicitiā venit male cogitat. quēadmodū cœpit sic desinet: parauit amicum aduersus vincula latronū opem: quum primum crepuerit catbena discedet. Hæ sunt amicitiæ quas tēporarias populus appellat: qui causa vtilitatis assumptus est: tamdiu placebit q̄diu vtilis fuerit. hac reflorentes amicorū turba circumsedet. Circa euersos ingens solitudo est 7 inde amici fugiunt vbi probantur. hac in re ista tot nepharia exempla sunt alior̄ mœtu relinquentiū: alior̄ mœtu prodentiū: necesse est vt initia inter se 7 exitus congruāt. Qui amic⁹ esse cœpit quia expedit: placebit ei aliquod p̄ciū contra amicitiā: si vllum in illa placet p̄ciū p̄ter ipsam. Inquit amicum paro vt habeam pro quo mori possim: vt habeā quem in exilium sequar: cuius me morti opponam 7 impendā. Ista quā tu describis negociatio est: non amicitia: quæ ad cōmodū cœpit: quæ quicquid consecuta sit expectat. Non dubiæ habet aliq̄d simile amicitiæ affectus amantiū: possumus dicere illam esse insanā amicitiā. nūquid ergo quisq̄ amat lucri causa? nūquid ambitionis aut gloriæ? ipse per se amor omniū aliarū rerū negligens: animos in cupiditatem formæ: non sine spe mutuæ charitatis accendit. Quid ergo? ex honestiori causa coit temporis affect⁹? Non agitur inquis nunc de hoc: an amicitia propter se: an propter aliud sit expetenda. nam propter seipsam expetenda est: potest ad illū accedere: qui seipso contentus est. quomodo ergo ad illam accedit? quomodo ad rem pulcherrimā non lucro captus: nec varietate fortunæ p̄territus? Detrahit amicitiæ maiestatē suā: qui illam parat ad bonos casus: se contentus est sapiens. hoc mi Lucilli perperam plæriq̄ interpretātur. Sapientē undiq̄ submouent: 7 intra cutē suam cogunt. Distinguendū est autē quid 7 quatenus vox ista promittat: se contētus est sapiens ad beate viuendū: nō ad viuendū. Ad hoc enī multis illi rebus opus est. Ad illud tantū animo sano 7 erecto 7 despiciente fortunā. Volo tibi Chrysippi quoq̄ distinctionē indicare. Vult sapientē nulla re indigere: 7 tamē multis illi rebus opus esse. Contra. Stulto nulla re opus est: nulla enim re scit vti nec verbis: sed omnibus æget. Sapienti 7 manibus 7 oculis: 7 multis ad quotidianū vsum necessarijs opus est. Eget nulla re: ægere enim necessitatis est. Nihil autem necesse sapienti est. Ergo q̄uis seipso contētus sit: amicis illi opus est: hos cupit habere q̄plurimos: nō vt beate viuat: viuet enī etiā sine amicis beate. Sūmū bonū extrinsec⁹ instrumēta non quærit: domi colitur: ex se totū est. Incipit fortunæ esse subiectus: si quā partē sui foris quærit. qualis tamē futura est vita sapientis si sine amicis relinquat in custodia coniectus vel in aliqua gente aliena destitutus: vel in nauigatiōe longa retentus: aut in desertū litus eiectus? qualis est Jouis cū resoluto mundo: 7 dijs iunus cōfusis: paulisper cessante natura acquieuit sibi cogitationibus suis traditus. tale quiddā sapiens facit: in se reconditur: secū est q̄diu quidē illi licet suo arbitrio res suas ordinare: se contentus est: 7 ducere vxorem: se contentus est: 7 liberos tollit: se contentus est: 7 tamē nō viuet si fuerit sine homine victur⁹. Ad amicitiā fert illū nulla vtilitas sua: sed naturalis irritatio. nam sicut aliæ nobis rerum inata dulcedo est: sic amicitiæ. quo solitudo in odio est: sic in dulcedine appetitio societatis quomodo hominē homini natura conciliat: sic inest huic quoq̄ rei stimulus: qui nos amicitiæ appetentes faciat. Nihilominus cū sit amicor̄ amantissimus cū illos sibi comparet: sæpe præferat. omne intra se bonum terminabit: 7 dicet quod Stilbon ille dixit. Stilbon quē Epicuri epistola insequit. hic enim capta patria: amissis liberis: amissa vxore: cū ex incendio publico solus 7 tamē beatus exiret. Interroganti Demetrio: cui cognomē ab exitio vrbiū Polyocertes fuit. Nunq̄d p̄didisset? omnia inq̄t bona mea mecū sunt. Ecce vir fortis ac strenuus: ipsam hostis sui victoriā vicit. Nihil inquit perdidi: dubitare illum coegit: an vicisset: oīa mea mecum sunt. Justicia: virtus: temperātia: prudentia: hoc ipsum nihil boni

putare q̄ eripi possit. Miramur animalia quæ dā: quæ p medios ignes sine noxa corpoꝛ transierūt. quāto hic mirabilioꝛ vir q̄ per ferrū ⁊ ruinas ⁊ ignes illesus ⁊ indemnis euasit. Vides quāto facilꝰ sit totā gentem: cꝫ vnū virum vincere: hæc vox illi est cōmunis cum Stoico: æque ⁊ hic intacta bona p cōcrematas vrbes fert. Se enim ipso contentus est: hoc fœlicitatē suā fine designat. Ne existimes nos solos generosa verba iactare: ⁊ ipse Stilboni obiurgatoꝛ Epicurus: similem illi vocē emisit: quā tu boni consule etiā si hunc diē iam exꝑ pinxi. Si cui inquit sua nō videnꝫ amplissima: licet totius mundi dominus sit: tamē miser est. Vel si hoc modo tibi melius enūciari videt. Id enim agendū: vt non verbis seruiamꝰ: sed sensibus. Miser est qui se non beatissimū iudicat: licet imperet mundo. Vt scias autē hos sensus cōmunes esse: natura scilicet dictante apud poetam comicum inuenies. Nō est beatus qui se beatum esse putat. Quid enim refert qualis status tuus sit: si tibi videt malꝰ Quid ergo inquis? si beatum se dixerit: ille turpiter diues: ⁊ ille multoꝝ dominus: sed plurimū seruus. beatus sua sententia fiet: non quid dicat: sed quid sentiat refert: nec q̄d vno die sentiat: sed quid assidue. Non est autē quod verearis: ne ad indignū res tanta ꝓueniat nisi sapienti sua non placent. omnis stulticia laboꝛat fastidio sui. Vale.

Epistola decima de solitudine vitanda prꝰ dentibus: ⁊ de synceritate orandi deum.

Ic est: non muto sententiā: fuge multitudinē: fuge paucitatē: fuge etiā vnum. Nō habeo cū quo te cōmunicatū velim: ⁊ vide q̄ iudiciū meuꝫ habeas. Audeo te tibi credere. Crates: vt aiunt: huius ipsius Stilbonis auditoꝛ: cuius mentionē prioꝛe epistola feci. Cum vidisset adolescentulū secreto ambulantē: interrogauit: quid illic solus faceret. Mecum inquit loquoꝛ. cui Crates: Caue inquit rogo ⁊ diligenter attende: ne cuꝫ hoꝰ mine malo loquaris. Iugentem: timentemq̄ custodire solemus: ne solitudine male vtaꝰ. Nemo est ex imprudentibus qui relinqui sibi debeat. Tunc mala consilia agitat: tunc aut aliꝭ aut ipsis futura pericula struūt. Tunc cupiditates improbas ordinant: tunc quicquid aut mœru aut pudoꝛe animus celabat exponit: tunc audaciā acuit: libidinem irritat: iracūꝰ diā instigat. Veniq̄ quod vnū solitudo habet cōmodū: nihil vlli cōmittere: non timere iuꝰ dicem: perit stulto: ipse se prodit. Vide itaq̄ quid de te sperem: īmo quid spondeā mihi. Spes enim incerti boni nō est. Nō inuenio cū quo te malim esse: cꝫ tecū. Repeto memoria: cꝫ magno animo quædā verba ꝓiceris: quanti roboris plena: gratulaꝰ sum protinꝰ mihi: ⁊ dixi non a sūmis laboꝛis ista venerūt. habent hæ voces fundamentū: iste homo nō est vnꝰ e populo: ad salutem spectat. Sic loquere: sic viue. Vide ne te vlla res deꝓmat. Votoꝝ tuoꝝ veterū licet diis gratiā facias: alia de integro suscipe: roga bonā mentē: bonā valituꝰ dinem animi: deinde tunc coꝛporis. Quid ni tu ista vota sæpe facias: audacter deuꝫ roganil illum de alieno rogaturus: sed vt moꝛe meo cuꝫ aliquo munusculo epistolam mittam. Verū est q̄d apud Athenodoꝝ inueni. Tūc scito esse te omnibus cupiditatibus solutū: cū eo ꝓueneris vt nihil deū roges: nisi quod rogare possis palam. Nunc eniꝫ quāta dæmētia est hominū q̄ turpissima vota diis insusurrant. Si quis admouerit aurem: conticescent: ⁊ quod scire hominē nolūt: deo narrant. Vide ergo ne hoc præcipi salubriter possit: sic viue cū hominibus tanq̄ deus videat. Sic loquere cū deo: tanq̄ homines audiāt. Vale.

Epistola vndecima de inuincibilis verecūdiæ qualitate: ⁊ de imaginaria boni viri præsentia

Dcutus est mecū amicus tuus bonæ indolis: in quo quantū esset animi: quantuꝫ ingenij: quantū iam etiā profectus: sermo primus ostendit. debet nobis gustū: ad quē respōdebat: nō ex præparato locutus est: sed subito deprehensus. ibi se colligebat verecūdia bonū in adolescente signū vir potuit excutere: adeo illi ex alto suffusus est rubor. hic illum quantū suspicoꝛ etiam cum se confirmauerit: ⁊ ex omnibus vicijs exurit: sapientē quoq̄ sequetur. Nulla enim sapientia naturalia coꝛporis: aut animi vicia ponūt quicq̄d infixū ⁊ ingenitum est: leuiter arte non vincitur. Quibusdā etiā constantissimis in conspectu populi sudoꝛ erupit: non aliter cꝫ fatigatis ⁊ æstuātibus solet. quibusdā tremūt genua dicturis. quoꝝdā dentes collidūtur: lingua titubat: labra cōcurrūt. Hæc nec disciplina: nec vsus vnq̄ excutit: sed natura vim suā exercet: ⁊ illos vicio sui: etiā robustissimos admonet. Inter hæc etiā ruboꝛē scio q̄ grauissimis quoq̄ viris: subitꝰ effundit. magis q̄dē in iuuenibus apparet: quibus ⁊ plus caloꝛis est: ⁊ tenera frons. nihilominus veteranos

ꝛ ſenes tangit. Quidā nūqꝫ magis qꝫ cū erubuerint timendi ſunt: quaſi omnē verecūdiaꝫ effuderint. Sylla tūc erat violentiſſimꝰ: cū faciē eiꝰ ſanguis inuaſerat. Nihil erat mollꝰ ore Pompei: nūqꝫ nō coꝛā pluribus erubuit vtiqꝫ ꝛ in cōcionibus Fabianū cū in ſenatū teſtis eſſet eductus erubuiſſe memini: ꝛ hic mire illū pudoꝛ decuit. Nō accidit hoc ab infirmitate mētis: ſed a nouitate rei quæ inexercitatos: ꝛ non concutit: mouet naturali in hoc facilitate coꝛporis pꝛonos. Nam ꝛ quidā boni ſanguinis ſunt: ita quidā incitati ꝛ mobilis ꝛ cito in os pꝛodentis. hæc vt dixi nulla ſapiētia abigit: alioquin haberet rerū naturā ſub iperio ſui ſi oia eraderet vicia. Quæcūqꝫ attribuit cōditio naſcendi: ꝛ coꝛporis temperatura: cū multū ſe diuqꝫ animꝰ cōpoſuerit hærebūt. Nihil horū vitari poteſt nō magis qꝫ accerſiri. Artifices ſcœnici: qui imitant affectus: qui mœtū ꝛ trepidationē exprimūt: qui triſticiā repꝛæſentāt hoc indicio imitant verecūdiā. deiciūt enim vultū: verba ſubmittūt: figunt in terra oculos ꝛ deprimūt ruboꝛē ſibi exprimere nō poſſūt. nec phibetur hic: nec adducit. Nihil aduerſus hæc ſapiētia promittit: nihil proficit. ſui iuris ſunt: iuſſa veniūt: iuſſa diſcedūt. Iam clauſulam epiſtola poſcit. Accipe equidē vtilem ꝛ ſalutarē quā te affigere animo volo. Aliquis vir bonus nobis eligendus eſt: ac ſemp ante oculos habendus: vt ſic tanqꝫ illo ſpectante viuamus: ꝛ oia tanqꝫ illo vidente faciamus. hoc mihi Lucilli Epicurus pꝛæceꝛpit: cuſtodē nobis: ꝛ pædagogū dedit: nec imerito. Magna pars peccatoꝛū tollitur: ſi peccatoꝛi teſtis aſſiſtit Aliquē habeat animus: quē vereat: cuius auctoꝛitate etiaꝫ ſecretum ſuū ſanctius faciat. O fœliceꝫ illū qui nō pꝛæſens tantū factū: ſed etiā cogitatus emendat. O fœlicē qui ſic aliquē vereri poteſt: vt ad memoꝛiā quoqꝫ eius ſe cōponat: atqꝫ oꝛdinet. qui ſic aliquē vereri poteſt cito erit verēdus. Elige iraqꝫ Catonē: ſi hic videt tibi nimis rigidꝰ: elige remiſſioꝛis animi virū Lælīū: elige eū cuius tibi placuit ꝛ vita: ꝛ oꝛatio: ꝛ ipſius animū: ante te ferens vultꝰ illū ſemp tibi oſtende: vel cuſtodē: vel exemplum. Opus eſt inquā aliquo ad quem moꝛes noſtri ſeipſi erigant: niſi ad regulā: pꝛaua non coꝛriges. Vale.

Epiſtola duodecima de bono ſenectutis ꝛ cōmendatiōe ſeu excuſatiōe ipſius: ꝛ q in neceſſitate viuere nulla neceſſitas eſt.

Vocunqꝫ me verto argumenta ſenectutis meæ video. venerā in ſuburbanū meuꝫ ꝛ querebar de impenſis ædificij dilabentis. Ait villicus mihi nō eſſe negligentiæ ſuæ vicium: omnia ſe facere: ſed villam veterem eſſe. hæc villa inter manus meas creuit. quid mihi futuꝫ eſt: ſi tam putrida ſunt ætatis meæ ſaxa? Iratus illi pꝛoximā occaſionē ſtomachandi arripui. Apparet inquaꝫ has platanos negligi: nullas habent frondes qꝫnodoſi ſunt: ꝛ retoꝛti rami: qꝫtriſtes ꝛ ſqualidi truci. hoc nō accideret: ſi qs has circumfoderet: ſi irrigaret. Iurat per genuū meum ſe omnia facere: in nulla re ceſſare curam ſuam: ſed illas vetulas eſſe. quod inter nos ſit ego illas poſuerā: ego illaꝫ primū videram foliū. Conuerſus ad ianuā quis eſt inquā iſte decrepitꝰ ꝛ merito ad hoſtiū admotus? foras enī ſpectat. vnde iſtum nacus es? quid te delectauit alienū mortuuꝫ tollere? Ait ille non cognoſcis me inquit? Ego ſum Felicio cui ſolebas ſigillaria afferre: ego ſum philoſophici villici filiꝰ deliciolū tuū. perfecte inquā iſte delirat: vetulus etiam deliciolū meuꝫ factus eſt? pꝛoꝛſus ponit fieri dentes illi cum maxime cadunt. Dedeco hoc ſuburbano meo quod mihi ſenectus mea quodcūqꝫ auerteram apparuit. Complectamur illā ꝛ amœnius: plena eſt voluptatis ſi illa ſcias vti. gratiſſima ſunt poma confugiūt puericiæ maximus in exitu deco: eſt. deditos vino potio extrema delectat: illa quæ mergit: quæ ebꝛietati ſummam manū iponit. Quod i ſe iucundiſſimū hominis voluptas habet: in finem ſui differt. iucundiſſima eſt ætas defeſſa iam non tantum pꝛæceps: ꝛ illam quoqꝫ in extrema tantuꝫ regula ſtantem iudico habere ſuas voluptates: aut hoc ipſum ſuccedit in locum voluptatum nullis ægere qꝫdulce eſt cupiditates fatigaſſe ac reliquiſſe. Moleſtum eſt inquis mortem ante oculos habere. Primū iſta tam ſeni ante oculos debet eſſe qꝫ iuueni. Non enim citamur exceſſu. Deinde nemo tam ſenex eſt: vt impꝛobe vnum diem ſperet. Vnus autem dies gradus eſt vitæ: tota ætas partibus conſtat ꝛ orbes habet circunductos maioꝛes minoꝛibus. Eſt aliquis qui omnes cōplectatur ꝛ angat: hic pertinet a natali ad diem extremuꝫ. Eſt alter qui annos adoleſcentiæ excludit. Eſt qui totā puericiā ambitu ſuo aſtringit. Eſt deinde p ſe annus in ſe omnia continens tempoꝛa: quoꝛ multiplicatione vita componitur: menſis artioꝛe pꝛæcingit cingulo Anguſtiſſimū habet dies gyrum: ſed ꝛ hic ab initio ad exitum venit: ab oꝛtu ad occaſum.

Ideo Heraclitus cui cognomen Scotomion fecit: orationis obscuritas. Unus inquit dies par omni est. hoc alius aliter accepit. dixit enim parem esse horis: nec mentitur. Nam si dies tempus est viginti quattuor horarum: necesse est omnes inter se dies pares esse: quia nox habet quod dies perdidit. Alius ait parem esse unu die omnibus similitudine. nihil enim habet longissimi temporis spacium quod non in uno die inuenias lucem et noctem: et inter alternas mundi vices. Plura facit ista non alia contractio: uel productio: dies. Itaque sic ordinatus est dies omnis: tanquam cogat agmen et consummet atque expleat vitam. Pacuuius qui syriam usu suam fecit cum vino: et illis funereis epulis se sepelisset: quasi sibi parentauerit: sic in cubiculu ferebatur a cœna: ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneret: Biuitote. nullo non se die extulit. hoc quod ille ex mala conscientia faciebat: nos in bona faciamus: et in somnu ituri læti hilaresque dicamus: Vixi. et quem dederat cursum fortuna peregi. Crastinum si adiecerit deus læti recipiamus. Ille beatissimus est et securus sui possessor: qui crastinum sine sollicitudine expectat. Quisquis dixit vixit: quotidie ad lucru surgit. Sed iam debeo epistolam includere. Sic inquis sine ullo ad me peculeo veniet? Noli timere aliquid cum fert: quare aliquid dixi multum. Quid enim hac voce præclarius: quam illi trado ad te perferendam? Malus est in necessitate viuere: sed in necessitate viuere necessitas nulla est. Quid ni nulla: si patent undique ad libertatem viæ multæ: breues: faciles. Agamus deo gratias: qui nemo in vita teneri potest. Calcare ipsas necessitates licet Epicurus inquis dixit quid tibi cum alieno? quod verum est: meum est. Perseuerabo Epicurus tibi ingerere ut isti qui in verba iurant: ne quid dicant æstiment: sed a quorum sciant: quæ optima sunt esse communia. Vale.

Epistolarum Senecæ liber primus explicit. Incipit secundus.

Epistola decimatertia de utilitate exercitationis contra aduersa de remediis contra mala fortuita: et qui stultitiam spe incipit viuere.

Vltrum tibi esse animi scio. nam etiam antequam instruerem te præceptis salutaribus et dura vincentibus: satis aduersus fortunam placebam tibi: et multo magis postquam cum illa conseruisti manu: viresque expertus es tuas: quæ nunquam certa dare fiducia sui possunt: nisi cum multæ difficultates hinc et illinc apparuerint. Aliquando ad et propius accesserunt. Sic verus ille animus: et in alienum non venturus arbitrium probat. Hæc eius probatio obstrusa est. Non potest athleta magnos spiritus ad certamen afferre: qui nunquam sigillatus est. Ille qui fudit sanguine suum: cuius dentes crepuerunt sub pugno: ille qui supplantatus aduersarium toto tulit corpore: nec piecat animum proiectus qui quoties credit contumacior resurrexit: cum magna spe descendit ad pugnam. Ergo ut similitudinem istam prosequar. Spe iam fortuna supra te fuit: nec tamen tradidisti te: sed subsiluisti et acrior constitisti. Multum enim adiicit sibi virtus lacessita. Tamen si tibi videt acape a me auxilia: quibus munire te possis. Plura sunt fucalli quæ nos terrent quam quæ premunt: et sæpius opinione quam re laboramus. Non loquor tecum stoica lingua: sed hac submissiore. Nos enim dicimus omnia ista quæ gemitus mugitusque expriment leuia esse et contemnenda. Omittamus hæc magna verba: sed diu boni vera. Illud tibi precipio: ne sis miser ante tempus. Cum illa quæ velut iminentia expauisti: forte nunquam uentura sunt. Certe nunquam venerunt. Quædam ergo nos magis torquent quam debent: quædam ante torquent quam debent: quædam torquent cum omnino non debeant. Aut augemus dolorem: aut fingimus: aut præcipimus. Primum id: qua res in controuersia est: et lite contestata habemus in præsentia differat. Do ego leue dixero: tu grauissimum esse contendes. Scio alios inter flagella ridere: alios gemere sub colapho. Postea videbimus: utrum ista suis viribus valeat an imbecillitate nostra. Illud præsta mihi: ut quotiens circumsteterint: qui tibi te mulcere esse persuadeant: non quid audeas: sed quid sentias cogites: et cum patientia tua deliberes: ac te ipse interroges quid tua optime nosti quid est: quare isti me comploret. quid est quod trepidet: quod contagium quoque mei timeant: quasi transilire calamitas possit. Est aliquid istic mali. An res ista magis infamis est quam mala. Ipse te interroga: Nunquid sine causa crucior. Et mœreo: et quod non est malum facio. Quomodo inquis intelligam: si vana sint an vera quibus angor. Accipe huius rei regulam: aut præsentibus torquemur: aut futuris: aut utrisque. de præsentibus facile est iudicium: si corpus tuum liberum est: sanum est: nec ullus ex iniuria dolor est. Videbimus quid futurum est.

hodie nihil negotij habet: aut enim futurū est: aut non. Primū vispice an certa argumēta sit venturi mali. Plurimūq; enim suspitionibus laboramus: & illudit nobis illa quæ cōficere bellū solet fama: multo autē magis singulos conficit. Ita est mi Lucilli: cito accedim⁹ opinioni: non coarguimur illa: quæ nos in mœtum adducunt: nec excutimus: sed trepidamus. & sic vertimus terga quēadmodum illi: quos pulvis motus: fuga pecorum exuit castris: aut quos aliqua fabula sine auctore sparsa cōterruit. Nescio quomodo magis vana perturbant: vera enim modū suū habent quicquid ex incerto venit: cōiecturæ & licentiæ pauentis animi tradit. Nulli itaq; tam pernicioſi: tam irrevocabiles: q̄ lymphatici mœr⁹ sūt Cæteri enim sine ratione: hi sine mente sunt. Inquiramus itaq; in rem diligenter. Vensimile est aliquid futurū mali. Non statim verū est q̄ multa non expectata venerūt: q̄ multa expectata nusq̄ comparuerūt. etiā si futurum est: quid iuuat voloi suo occurrere? Satis cito volebit cum venerit: interim tibi meliora promitte. quid faciet lucri tempus? Multa interveniēt: quibus vicīū periculū vt prope admotū: aut subsistat: aut desinat: aut alienū caput transeat. Incendiū ad fugam patuit: quosdā molliter ruina deposuit: aliquādo gladius ab ipsa cervice revocatus est: aliquis carnifici suo superstes fuit: habet etiam mala fortuna levitatem: fortasse erit: fortasse nō erit. interim nō est: meliora propone. nōnūq; nullis apparentibus signis: quæ mali aliquid præmūcient animus sibi falsas imagines fingit: aut verbum aliquod dubiæ significationis detorquet in peius: aut maiorem sibi offensam proponit alicui⁹ q̄ est. & cogitat non quantū iratus ille sit: sed quantū liceat irato. Nulla autē causa vitæ est: nullus miseriaꝝ modus si timent quantū potest: hic prudentia prosit: hic robur animi. euidentem quoq; mœtum respue. Si minus vicio: viciuz repelle: spe mœtum tempera. Nihil tam certum est ex his quæ timent: vt non certius sit & formidata subsidere: & sperata decipere. Ergo & spem ac mœtuz examina: & quotiens incerta erūt omnia tibi fauecrede quod maius: si plures habebit sententias mœtus: nihilominus in hanc partē potius indina: & perturbare te desine. Ac subinde hoc in animo volue: maiorem partem mortaliuz cum illis: nec sit quicq; mali: nec pro certo futurum sit æstuare ac discurrere. Nemo enim resistit sibi cum cœperit impelli: nec timorē suum redigit ad verum. Nemo dicat vanus auctor est: aut finxit: aut credidit: damus nos referentibus: expauescimus dubia pro certis: nō seruamus modum rerum: statim in timorem scrupulus. Pudet me sic tecum loqui: & tam leuibus te remedijs refocillare. Alius dicat: fortasse hoc non veniet. Tu dic: quid porro si veniet? Videbimus vtruz veniet: fortasse pro me venit: & mors istam vitā honestabit. Cicuta magnum Socratem fecit. Catoni gladiuz assertorem libertatis extorque: magnā partē detraxeris gloriæ. Nimiū diu te cohortor: cum tibi admonitiōe magis q̄ exhortatiōe opus sit. Non in diuersum te a natura tua ducimus: natus es ad ista: quæ dicamus. Eo magis bonū tuū auge & exorna. Sed iam finem epistolæ faciam: si illi signū suuz impressero: id est aliquam magnificam vocem perferendam ad te mandauero. Inter cætera mala: hoc quoq; habet stultitia: semper incipit viuere. Considera quid vox ista significet Lucilli virorū optime: & intelliges q̄ fœda sit hominum leuitas. Quotidie noua vitæ fundamēta ponentiuz novas etiam spes in exitu incohantium. Circumspice tecum singulos: occurrent tibi senes qui secum maxima ambitione: ad peregrinationes: ad negociandū parent. Quid est autez turpius q̄ senex viuere incipiēs? non adducerē auctorē huic voci: nisi esset secretior: nec inter vulgata Epicuri dicta quæ mihi & laudare: & adoptare promisi. Vale.

Epistola decimaquarta: vt non seruiatur corpori: & qualiter vitanda sit nocitura potentia: & q̄ is maxime divitijs fruitur qui non indiget divitijs.

Fateor insitam esse nobis corporis nostri charitatem. Fateor nos huius gerere tutelam: non nego indulgendum illi: seruiendum nego. Multis enim seruiet: qui corpori seruit: qui pro illo nimiuz timet: qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus non tanq̄ propter corpus viuere debeamus: sed tanq̄ non possimus sine corpore: huius nos nimus amor timoribus inquietat: sollicitudinibus onerat: cōtumelijs obiicit. honestū ei vile est cui corpus nimis charum est. Regatur eius diligentissime cura: ita tamen vt cū exiget ratio: cum dignitas: cum fides: mittendum in ignem sit. nihilominus quantū possumus euitemus incōmoda quæq̄: non tantū pericula: & in tutū nos reducamus: excogitantes subinde: quibus possint timenda depelli: quorū tria: ni fallor: genera sunt. Timet

inopia: timentur morbi: timentur quæ per vim potentioris ipetus eueniunt. Ex his oibus nihil magis nos concutit: q̄ quod ex aliena potentia impendet. Magno enim strepitu ⁊ tumultu venit. Naturalia mala quæ rettuli inopiæ atq̄ morbi silentio subeunt: nec oculis nec auribus quicq̄ terroris incutiūt. Ingens alterius mali pompa est: ferrū circa se ⁊ ignes habet ⁊ cathenas: ⁊ turbam ferarum: quam in viscera immittat humana. Cogita hoc loco carcerem ⁊ cruces ⁊ eculeos: ⁊ vncum ⁊ adactum per medium hominē: qui per omnes artus emergeret stipitem: ⁊ distracta in diuersum actis cruribus membra: illaq̄ tunicam alimenti ignium: ⁊ illitam ⁊ intextam: ⁊ quicquid aliud præter hæc cōmenta sæuicia est. Nō est itaq̄ mirū: si maximus huius rei timor est: cuius ⁊ varietas magna: ⁊ apparatus terribilis est. Nam quēadmodum plus agit tortor: quo plura instrumenta doloris exposuit: Speciē enim vincuntur: qui patientia restituissent. Ita ex his quæ animos nostros subigūt ⁊ domāt plus proficiunt: quia habent quod ostendant. Illæ pestes non minus graues sunt: famem dico: ⁊ sitim: ⁊ præcordiorū suspirationes: ⁊ febrem viscera ipsa torrentē: sed latent. Nihil habent quod intētent: quod præferant. Hæc vt magna bella aspectu paratuq̄ vicerunt. Demus itaq̄ operā: abstineamus offensis: populus est quē timere debeamus. Interduz si ea ciuitatis disciplina est: vt plurima p̄ senatū transigant: gratiosi timeantur in eo viri. Interduz singuli: quibus potestas populi ⁊ in populuz data est: hos omnes amicos habere operosum est: satis est inimicos non habere. Itaq̄ sapiens nunq̄ potentiū iras prouocabit imo declinabit: non aliter q̄ in nauigando procellam. Cum peteres Siciliam: traiecisti fretum: temerarius gubernator contēpsit austri minas: ille est enī q̄ siculuz pelagus. Interdū etiā plusq̄ timere debeam⁹ exasperet: ⁊ in vertices cogat: nō sinistrum petit lutus: sed id quo p̄rior charybdis maria conuoluit. Et ille cautior peritos locorū rogat q̄s æstus sit: quæ signa dent nubes: ⁊ longe ab illa regione vertigibus infami cursū tenet. Idē facit sapiens: noticiā potentiā vitat: hoc primū cauens: ne vitare videatur. Pars enim securitatis ⁊i hoc est non ex professo eam petere: quia quæ quis fugit damnat. Circumspiciendum nobis est ergo: quomodo a vulgo tuti esse possumus. Primū nihil idem concupiscam⁹: rixa est inter competitores: deinde nihil habeamus quod cū magno emolumento insidiātis eripi possit q̄ minimū sit in corpore tuo spoliorum. Nemo ad humanū sanguinem propter ipsū venit aut admodū pauci: plures computant q̄ oderint. nudum latro transmittit: etiā in obsessa via pauperi pax est. Tria deinde ex præcepto veteri præstanda sunt vt vitentur: odiuz: inuidia: contēptus. quomodo hoc fiat sapientia sola monstrabit. difficile enim temperamētū est verendumq̄: ne contemptum nos inuidia ⁊ timor transferat: nedum calcari volumus videamur posse calcari: multis timendi attulit causas timeri posse. Vndiq̄ nos reducam⁹ nō minus contemni q̄ suspici nocet. Sed philosophiā ergo confugiendū est: hæ litterę nō dico apud bonos: apud mediocriter malos: insularū loco sunt. Nam forensis eloquentia: ⁊ quæcunq̄ alia populū mouet: aduersarios habet: hæc quieta: ⁊ sui negocij contemni nō potest: cui ab omnibus artibus etiam apud pessimos honor est. nunq̄ intantum cōualescet nequicia: nunq̄ sic contra virtutes coniurabitur: vt non philosophiæ nomē venerabile ⁊ sacrū maneat. Cæterum philosophia ipsa tranquilla modesteq̄ tractanda est. Quid ergo inquis? Videt tibi. M. Cato modeste philosophari: qui belluz ciuile sententia sua rep̄mit qui furentiū principū armis: medius interuenit: qui alijs Pompeiū offendentibus: alijs Cæsarez simul lacessit duos? Potest aliquis disputare: an illo tempore capescenda fuerit sapienti respublica? Quid tibi vis. M. Cato? iam nō agitur de libertate: olim pessundata est Quare vtq̄ Cæsar: an Pompeius possideat rempublicā. Quid tibi cū ista cōtētiōe? Nullæ partes tuæ sunt: dominus eligitur. quid tum? alter vincere potest: melior vincere nō potest nō potest esse peior qui victus fuerit: melior qui vicerit. Vltimas partes attigi Catonis: sed ne priores quidē anni fuerint: q̄ sapientē in illa rapina reipublicæ admitteret. Quid aliud q̄ vociferatus est Cato: cū misit iratas voces: cū modo per populi leuatus manus ⁊ obrut⁹ sputis: ⁊ portandus extra forum traheretur: modo e senatu in carcerē duceret? Sed postea videbimus an sapienti opera pēdenda sint. Interim ad hos te stoicos voco: q̄ a republica excluſi secesserunt ad colendam vitam: ⁊ humano generi iura colenda: sine vlla potentioris offensa. Non conturbabit sapiens publicos motes: nec populum in se nouitate vitæ conuertet. quid ergo? Vtiq̄ erit tutus: qui hoc propositū sequetur. Promittere tibi hoc magis

non possum q̄ in homine temperanti bonam valitudinem: ⁊ tamen facit temperantia bonā valitudinē. Perit aliqua nauis ī portu: sed q̄d tu accidere ī medio mari credis? quāto huic periculū paratius fore: multa agenti: molientiq̄: cui ne ocium quidē tutū est? Præmit aliquando inocentes. quis negat? Nocentes tamē sæpius. Ars ei constat: qui per ornamēta percussus est. Deniq̄ consilium omnium rerum sapiens: non exitum spectat. Initia in potestate nostra sunt: de euentu fortuna iudicat: cui de me sententiam non do. Ut aliquid vexationis affert aliquid aduersi: non damnatur latro: cum occidit. Nunc ad quotidianam stipem manum porrigis: aurea te stipe implebo. Et quia facta est auri mentio: accipe quemadmodum usus fructusq̄ eius tibi esse gratior possit. Is maxime diuitijs fruitur qui minime diuitijs indiget. Ede inquis auctorem: vt scias q̄ benignissimus propositus est aliena laudare. Epicuri est: aut Metrodori: aut alicuius ex illa officina. ⁊ quid interest quis dixerit? Omnibus dixit. quis æget diuitijs timet pro illis. Nemo autem sollicito bono fruit. Adiicere illis aliquid studet: dum de incremento cogitat: oblitus est usus: ratiocinationes accipit: forum conterit: kalendariū versat: fit ex domino procurator. Vale.

Epistola decimanona de non saginando vel īpinguando corpore ⁊ de ipsius exercitatiōe ⁊ vocis moderatiōe: ⁊ quare vita stulti ingrata sit.

Os antiquis fuit: vsq̄ ad meas seruatus ætatem: primis epistolæ verbis adiicere Si vales bene est: ego valeo. Recte ⁊ nos dicimus: sī philosopharis bene est. Valere enī hoc demum est. Sine hoc æger est animus. Corpus quoq̄ etiam si magnas habet vires non aliter q̄ furiosi aut frenetici validū est. Ergo hanc valitudinem præcipue cura: deinde illam secundā: quæ non magno tibi constabit: si volueris bene valere. Stulta est enim mi Lucilli: ⁊ minime conueniens litterato viro: occupatio exercendi lacertos: ⁊ dilatandi ceruicem: ac latera firmandi: cum tibi fœliciter sagina cesserit: ⁊ thori creuerint: nec vires vnq̄ optimi bonis: nec pōdus æquabis. Adijce nūc q̄ maiore corporis sarcina animus elidit: ⁊ minus agilis est. Itaq̄ quantū potes: circūscribe corpus tuū ⁊ animo locum laxa: multa sequūtur incōmoda huic deditos curæ. Primū exercitationes: quarū labor spiritū exhaurit: ⁊ inhabilem ītentioni: ac studijs acrioribus reddit. Deinde copia ciborū subtilitas impedit. Accedūt pessimæ notæ: mancipia ī magisteriū recepta: homines inter oleū ⁊ vinum occupati: quibus ad votum dies est actus: si bene desudauerunt: si in locum eius quod effluxit multum potionis alterius ieiuno gutture ingesserunt: bibere: ⁊ sudare: vita cardiaci est. Sunt exercitationes ⁊ faciles ⁊ breues: quæ corpus sine mora laxant ⁊ tempori parcant: cuius præcipua ratio habenda est. Cursus ⁊ cum aliquo pondere manus motæ ⁊ saltus: vel ille qui corpus in altum leuat: vel ille qui in longū mittit: vel ille: vt ita dicā: saltuaris: aut contumeliosius dicam: fullonius. Quodlibet ex his elige: vsu fit facile. Quicquid facile facies cito redi a corpore ad animum: illum noctibus ac diebus exerce: labore modico alitur ille. hanc exercitationem non frigus: non æstus impediet: nec senectus quidē Id bonum cura quod vetustate fit melius. Nec̄ ego te semper iubeo īminere libro: aut pugillaribus. Dandum est aliquod interuallum animo: ita tamen vt non resoluatur: sed vt remittatur. Gestatio ⁊ corpus concutit: ⁊ studio non officit. possis legere: possis dictare: possis loqui: possis audire: quorū nihil nec ambulatio quidē vetat fieri. Nec tu intensionē vocis contempseris: quam veto te per gradus ⁊ certos modos attollere: deinde deprimere. quid si velis deinde quēadmodū ambules discere: admittes istos quos noua artificia docuit fames: erit qui gradus tuos temperet: ⁊ buccam edentis obseruet: ⁊ intantū procedet inquantum eius audacia patientiæ leuitate produxeris. quid ergo? a clamore protinus ⁊ a summa contentione vox tua incipiet? vsq̄ eo naturale est: paulatim incitari: vt litigantes quoq̄ a sermone īcipiant: ad vociferationē transeant. Nemo statim quiritū fidē implorat. Ergo vbicunq̄ tibi impetus animi persuaserit: modo vehementius fac in ciues conuicium modo lenti?: prout vox quoq̄ te hortabit ī id latus. Modeste cū recipies illam reuocarisq̄ descendat: non decidat: moderatoris sui temperamentum habeat: nec indocto ⁊ rustico more desæuiat. Non enim id agimus: vt exerceatur vox: sed vt exerceat. Detraxit tibi nō pusillum negocii mercedula ⁊ munus gratum: ad hæc beneficia accedet. Ecce insigne præceptū. Stulti vita ingrata est: trepida est: tota in futurū fert. Quis hæc inquis dicit? Idē qui supra. quam tu nūc vitam dici existimas stultam? Habet ixionis. Non ita est: nostra

dicitur: quos cæca cupiditas in nocitura: certe nunq̃ saciatura præcipitat: quibus si quid satis esse posset: fuisset qui non cogitamus q̃ iucundum sit nihil poscere: q̃ magnificum sit plenū esse: nec ex fortuna pendere. Subinde itaq̃ Lucilli q̃ multa sis cōsecutus: recordare. Cuz aspexeris quot te antecedant: cogita quot sequant. Si vis gratus esse aduersus deos: & aduersus vitam tuam: cogita q̃ multos anteceſseris. Quid tibi cum cæteris? Teipse anteceſsisti finem constitue: quem transire non possis quidem si velis. discedant aliquādo ista insidiosa bona & sperantibus meliora q̃ assecutis. Si quid in illis esse solidi: aliquando & implerent. Nunc haurientium sitim concitant: & imitantur specioſi apparatus: & quod futuri temporis incerta sors voluit. Quare potius a fortuna impetrē vt det: q̃ a me ne petam? quare autē petam oblitus frugalitatis humanæ? Congeraz inquit laborem? Ecce hic dies vltimus est. non vt sit: prope ab vltimo est. Vale.

Epistola decima sexta qualiter ad bonam vitaz veniens in philosophiæ robore solidat. & qui quo ad naturam viuit: nunq̃ pauper: qui quo ad opinionē nunq̃ diues erit.

Iquere tibi hoc scio Lucilli: neminem posse beate viuere: ne tolerabiliter quidem: sine sapientiæ studio: & beatam vitam perfecta sapientia effici. Cæterū tolerabilem etiam incohatam. Sed hoc quod liquet firmandum: & altius quotidiana meditatione figendum est. Plus oneris est in eo vt proposita custodias: q̃ vt honesta proponas Perseuerandum est: & assiduo studio robur addendū: donec bona mens sit: quod bona voluntas est. Itaq̃ tibi apud me pluribus verbis haud assumatis: nec tam longis intelligo te multum profeciſse. Quæ scribis vnde veniant scio: non sunt ficta nec colorata. Dicam tamen sententiam: q̃ iam de te spem habeo: nonduz fiduciam. Tu quoq̃ idem facias volo Non est quod tibi cito & facile credas. Excute te: & varie scrutare: & obserua. Illud ante oīa vide: vtrum in philosophia: an in ipsa vita profeceris. Non est philosophia populare artificium: nec ostentationi paratum. non in verbis: sed in operibus est. nec in hoc adhibet vt aliqua oblectatione consūmatur dies: vt dematur ocio nausea. Animum format & fabricat: vitam disponit: actiones regit: agenda & obmittenda demonstrat: sed & ad gubernaculuz: & per ancipicia fluctuantium dirigit cursum. sine hac nemo securus est. Innumerabilia accidunt singulis horis: quæ consilium exigunt: quod ab hac petendum est. Diceret aliquis: Quid mihi prodest philosophia si fatuz est? quid prodest si deus rector est? quid prodest si casus imperat? Nam & mutari cætera non possunt: & nihil præparari potest aduersus incerta: si aut consilium meum deus occupauit: decreuitq̃ quid facerem: aut consilio meo nil fortuna permittit. Quicquid est ex his Lucilli: vel si omnia hæc sint: philosophandus est: siue nos inexorabili lege fata constringunt: siue arbiter deus vniuersi cuncta disponit: siue casus res humanas sine ordine impellit & iactat: philosophia nos tueri debet. hæc adhortabitur: vt deo libenter pareamus: vt fortunæ contumaciter resistamus: hæc docebit vt deum sequaris: feras casum. Sed non est nunc in hanc disputationem transeundū. Quid sit iuris nostri: si prouidentia in imperio est: aut si fatorum series illigatos trahit: aut si repentina: aut subita dominantur? Illo nunc reuertor vt te moneam & exhorter: ne patiaris animi tui impetum delabi & refrigeſcere. Constitue illum & contine: vt habitus animi fiat quod est impetus. Iam ab initio: si bene te noui: circūspicies quid hæc epistola munusculi attulerit: excute illam & inuenies. Non est quod mireris animum meum: adhuc de alieno liberalis sum. Quare autem alienum dixi? quicquid benedictum est ab vllo: meū est. Sic quoq̃ quod ab Epicuro dictum est. Si ad naturam viues nunq̃ eris pauper. Si ad opiniones nunq̃ eris diues. Exiguum natura desiderat: opinio immensum. Congeratur in te quicquid multi locupletes possederant: vltra priuatum pecuniæ modum fortuna te prouehat: auro tegat: purpura vestiat: & eo hoc deliciarum opum q̃ perducat: vt terram marmoribus absondas: & non tantum habere tibi liceat: sed calcare diuitias. Accedant statuæ & picturæ: & quicquid ars vlla luxuriæ elaborauit: maiora cupere ab his discēs. Naturalia desideria finita sunt: ex falsa opinione nascentia: vbi desinant non habent. nullus enim terminus falso est: via eunti aliquid extremum est: error immensus est. Retrahe ergo te a vanis: & cum voles scire quod petis: vtrum naturalem habeat: an cæcam cupiditatem: considera si possit alicubi consistere. Si longe progresso: semp aliquid longius restat. scito id naturale non esse. Vale.

Epistola decimaseptima: quomodo ad philosophiam tendenti pauptas expediat.

Roiice omnia ista si sapis imo vt sapias: & ad bonā mentem magno cursu ac totis viribus tende. Si quid est quo teneris aut expedi aut incide. Morat inqs me res familiaris: sic illæ disponere volo: vt sufficere nihil agenti possit: ne aut paupertas mihi oneri sit: aut ego alicui. Cum hæc dicis non videris vim ac potentiaz eius de quo cogitas boni nosce: & summam quidem rei prouides: quantum philosophia prosit. Partes autem nondum satis subtiliter despicis: nec dum scis quantuz vbiq nos adiuuet: quēadmodū in maximis: vt Ciceronis vtar verbo: opitulet: & in minima descendat. Mihi crede aduoca illam in consilium: suadebit tibi ne ad calculos sedeas. Nempe hoc quæris: & hoc ista dilatione vis consequi: ne tibi paupertas timenda sit. Quid si appetēda sit? multis ad philosophandum obstitere diuitiæ: paupertas expedita est: secura est. Cum classicum cecinit scit non se peti: cum aliqua condamatio est: quomodo exeat: non quid efferat quærit: aut si nauigandum est: non strepunt portus: nec vnius comitatu inquieta sunt litora. non circumstat illum turba seruorum: ad quos pascendos transmarinarum regionum est optāda fertilitas. facile est pascere paucos ventres: & bene institutos: & nihil aliud desiderātes q̄ impleri. Paruo fames constat: magno fastidiū. paupertas contenta est desideriis instantibus satisfacere. Quid est ergo? quare hanc recuses contubernalez: cuius mores sanus diues mutatur? Si vis vacare animo: aut pauper sis oportet: aut pauperi similis. Nō potest studiū salutare fieri sine frugalitatis cura: frugalitas aūt paupertas voluntaria est. Colle itaq; has excusationes quantum sat est: nondum habeo si ad illam sententiam puenero: tūc me totū philosophiæ dabo. Atqui nihil prius q̄ hoc parandum est: quod tu differs: & post cætera paras: ab hoc incipiendum est. Parare inquis vnde viuam volo: simul & parare discе. Si quid te vetat bene viuere: bene mori non vetat. Non est quod pauptas nos a philosophia reuocet: ne ægestas quidem. toleranda est enim ad hoc properantibus: vel fames quā tolerauere quidā in obsidionibus. & quid aliud erat illius patientiæ premiū: q̄ in arbitrium non cadere victoris? quanto hoc maius est quo promittitur perpetua libertas: nullius nec hominis nec dei timor. Equidē vel esurienti ad ista veniendum est. Perpessi sunt exercitus inopiam omnium rerum: vixerunt herbarum radicibus: & dictu fœdam tulerunt famem. Hæc omnia passi sunt pro regno: quo magis mireris: alieno. Dubitabit aliquis ferre paupertatem vt animum furoribus liberet? Non est ergo paus acquirendum: licet ad philosophiam etiam sine viatico peruenire. Ita est cum omnia habueris: nunc & sapientiam habere voles: hæc erit vltimū vitæ instrumentum: & vt ita dicam: additamentuz. Tu vo sine aliquid habes iam philosophare. Vnde eniz sis. An iam nimis habeas: sine nihil? hoc pus quære q̄ quicq̄. At necessaria non deerūt. Primū deesse non poterunt: q̄a natura minimū petit. naturæ autez se sapiens accōmodat. Sed si necessitates vltimæ inciderint: iamdudū exiliet e vita: & molestus sibi esse desinet. Si vero exiguū fuerit & angustum quo possit vita produci: id boni consulet: nec vltra necessaria sollicitus: aut anxius ventri: & scapulis suum reddet: & occupationes diuitum concursationesq; ad diuitias cunctum: securus lætusq; ridebit. ac dicet: quid in longum ipse te differs: expectabis ne fœnoris quæstum: aut ex mercede compendium: aut tabulas boni Senis? cum fieri possis statim diues. Hepræsentat opes sapientia: quas cuicunq; fecit supuacuas delet: hæc ad alios pertinēt: tu locupletibus propior es. Sæculum muta: nimis habes: ideſt ante omnia sæcula quod sat est. Poteraz hoc loco epistolam claudere: nisi te male instituissem. Reges parthos non potest quisq; salutare sine munere: ubi vale dicere non licet gratis. Quid istic ab Epicuro mutuū summam? Multis parasse diuitias: nō finis miseriaz fuit sed mutatio. nec hoc miror. Nō est enim in rebus vicii: sed i ipso animo. Illud quoq; quod pauptatē nobis graue fecerat: & diuitias graues facit: quēadmodum nihil differt: vtrū ægrum in ligneo lecto: an in aureo colloces quocunq; illum transtuleris: morbum suum secum transfert. Sic nihil refert vtrū animus æger in diuitijs: an in paupertate ponatur malum suū illum sequitur. Vale.

Epistola decimaoctaua: q̄ sine luxuria dies festus agatur: & de paupertate vltro petenda: & qualiter īmodica ira gignit insaniam.

Decembr est mensis cum maxime ciuitas desudat: ius luxuriæ publice datum est ingenti apparatu sonant omnia: tanq; q̄quid inter saturnalia intersit: & dies rerū

agendarum. Adeo nihil interest: vt non videatur mihi errasse: qui dixit olim mensem decembrem fuisse: nunc annū. Si te hic haberem libenter tecum conferrem: quid existimares esse faciendum. vtrum nihil ex quotidiana consuetudine mouendum: an ne dissidere videremur cum publicis moribus? & hilarius cœnandum & exuendum togam. Nam quod fieri nisi in tumultu & tristi tempore ciuitatis non solebat voluptatis causa: ac festorum dierum vestem mutauimus. Si te bene noui arbiter partibus functus: nec per omnia nos similes esse pileatæ turbæ voluisses: nec per omnia dissimiles. nisi forte per omnia his maxime diebus animo imparandum est: vt tunc voluptatibus abstineat: cū in illas omnis turba procubuit. Certissimum argumentum firmitatis suæ capit si ad blanda & in luxuriam trahentia nec it: nec abducitur. Hoc multo fortius est ebrio: ac vomitante populo: siccū ac sobriū esse. Illud temperatius nō excerpere se: nec insignire: nec misceri omnibus: & eadem: sed nō eodem modo facere. Licet enim sine luxuria agere festum diem. Cæterum adeo mihi placet tentare animi tui firmitatem: vt ex præcepto magnorum virorum tibi quoq; præcipiā. Interponas aliquot dies: quibus cōtentus minimo ac vilissimo cibo dura atq; horrida veste: dicas tibi hoc est quod timebatur. in ipsa securitate animus ad difficilia se præparet: & contra iniurias fortunæ: inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit sine vllo hoste: vallum iacit: & superuacuo labore laxatur: vt sufficere necessario possit. Quem in ipsa re trepidare volueris: ante rem exerceas. hoc secuti sunt qui omnibus mensibus paupertatem imitati prope ad inopiam accesserunt: ne vnq̄ expauescerent: quod sæpe didicissent. Non est nunc quod existimes me dicere te admoneas: cœnas: & pauperū cellas: & quicquid aliud est per quod luxuria diuitiarum tedio ludit. Grabatus ille verus sit: & sagum & panis durus: ac sordidus hoc triduo: & quatriduo fer. Interdum pluribus diebus vt non lusus sit: sed experimentum. Tunc mihi crede Lucilli exultabis: dispondio satur: & intelliges ad saturitatē nō op⁹ esse fortuna. hoc enim quod necessitati satis est: debet irata. Non est tamen quare tumultū tibi facere videaris. facies enim q̄d multa milia pauperū faciūt: illo noīe te suspice: q̄ facies nō coact⁹: q̄ tam facile erit tibi illud pati semper: q̄ aliquādo experiri. Exerceamur ad paululū: & ne imparatos fortuna deprehendat: fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus: si scierim⁹ q̄ non sit graue pauperes esse. Certos habebat dies ille magister voluptatis Epicurus: quibus maligne famē extingueret: visurus an aliquid deesset ex plena: & consūmata voluptate: & quantum deesset: & an dignus: q̄ quis magno labore pēsaret. hoc certe in his epistolis ait quas scripsit Carino de magistratu ad Polyenum. Et quidem gloriatur: non toto asse pasci Metrodorum qui nondū tantum profecerit. Toto in hoc tu victu saturitatem putas esse? voluptas est. Voluptas autē est nō illa leuis & fugax: & subinde reficienda: sed stabilis et certa. Non enim horrida res est aqua & polenta: aut frustum hordeacei panis: sed summa voluptas est: posse capere etiam ex his voluptatem: & ad id sere duxisse: quod eripere nulla fortunæ iniquitas possit. Liberiora sunt alimenta carceris: sepositos ad capitale supplicium: non tam anguste qui occisurus est pascit. Quanta est animi magnitudo: ad id sua sponte descendere: quod nec ad extrema quidem: decretis timendum sit. hoc est præoccupare tela fortunæ. Incipe ergo mi Lucilli sequi horum consuetudinem. & aliquos dies destina: quibus secedas a tuis rebus: minimoq; te facias familiarem. incipe cum paupere habere commercium. Illude hospes contēnere opes: & te quoq; dignum finge deo. Nemo alius est deo dignus q̄ qui opes contempsit: quarum possessionem tibi non interdico: sed efficere volo: vt illas intrepide possideas. quod vno cōsequeres modo: si te etiā sine illis beate victurum persuaseris tibi: si illas tanq̄ exituras semper aspexeris. Sed iam incipiamus epistolam complicare. Prius inquis: redde quod debes. delegabo te ad Epicurum ab illo fiet remuneratio. Immodica ira gignit insaniam. hoc q̄ verū sit: necesse est scias Cum habueris seruum & inimicum: in omnes personas hic exardescit affectus: tam ex amore nascatur: q̄ ex odio: non minus inter seria q̄ inter lusus & iocos. Nec interest ex q̄ magna causa nascatur: sed in qualem perueniat animum. Sic ignis non refert q̄ magnus: sed quo incidat. nam etiam maximum solida nō receperunt: rursus arida & cōburi facilia scintillam quoq; fouent vsq; in incendium. Ita est mi Lucilli ingentis iræ exitus: furor est. & ideo ira vitanda est: non moderationis causa: sed sanitatis. Vale.

r

Epistola decimanona De secessu in ocium: & de perplexitate concatenātiū
seu cupiditate vitanda: & de cœna cum amico habenda.

Vulto quotiens epistolas tuas accipio. implent enim me bona spe: iam non promittunt de te: sed spondent. Ita facio atq; obsecro. quid enim habeo melius q̄ q̄ amicum rogem: q̄ q̄ pro ipso rogaturus sum? Si potes: subduc te istis cogitationibus. si minus: eripe. Satis multum temporis sparsimus: incipiamus in senectute vasa colligere. nunquid inuidiosum est? in freto vixim⁹: moriamur in portu. Neq; ego suasserim tibi: nomen ex ocio petere: quod nec iactare debes: nec abscondere. Nunq; enim vsq; eo te abigam generis humani furore damnato: vt latebram tibi aliquam parari & obliuionem velim. Id age: vt ocium tuum non emineat: sed appareat. Deinde videbūt te isti quibus integra sunt & prima consilia. Nō velint vitam per obscurum transmittere: tibi liberū non est. In medium te protulit ingenij vigor: scriptorum elegantia: claræ & nobiles amicitiæ. Tanta notitia te inuasit: vt licet in extrema mergans: ac penitus recondaris: tamē proxima monstrabunt: tenebras habere non potes. Sequetur pristinæ lucis multum: quocūq; fugeris. quietem potes vendicare: sine vllius odio: sine desiderio: aut morsu animi tui. Quid enim relinques: quod inuitus relictum a te possis cogitare? dicentes quorum nemo teipsum sequitur: sed aliquid ex te amicos. olim amicitia petebatur: nunc præda. Mutabunt testamenta destituti senes: migrabit ad aliud limen salutator. non potest paruo res magna constare. Æstima vtrum te relinquere: an aliquid ex tuis malis. Vtinam tibi sene scere contigisset: intra natalium tuorum modum: nec te in altum fortuna misisset. Tulit te longe a conspectu vitæ salubris: rapida fœlicitas: prouincia & procuratio: & quicquid ab istis promittitur. Maiora deinde officia te excipient: & ex alijs alia. Quis exitus erit? quid expectas donec desinas habere quod cupias? nūq; erit tempus: qualem dicimus esse seriem causarum: ex quibus necctitur fatum talem esse cupiditatum: altera ex fine alterius nascitur In eam dimissus es vitam: qua nun q̄ tibi miseriarum terminum: ac seruitutis ipsa factura sit. Subduc ceruicem iugo tritam: semel illaq; incidi: q̄ semper præmi satius est. Si te ad priuata retuleris: minora erunt omnia: & affatim implebunt. Et nunc plurima & vndiq; ingesta non saciant. vtrum autem mauis ex inopia saturitatē: an in copia famē? Et auida fœlicitas est: & alienæ auidati exposita. Quādiu tibi satis nihil fuerit: ipse alijs nō eris. Quo modo inquis exibo vtcūq;. Cogita q̄ multa pro pecunia: q̄ multa labore pro honore contemneris: aliquid & pro ocio audendū est. Aut in ista sollicitudine procurationū: & deinde vrbanorum officiorum senescendum in tumultu: ac semper nouis fluctibus: quos effugere nulla modestia: nulla vitæ quiete contingit. quid enim ad rem pertinet? an tu quiescere velis: fortuna tua non vult. Quid si illi etiam nunc promiseris crescere? quantuq; ad successū accesserit: accedet & ad mœtus. Volo tibi hoc loco referre dictum Necœnatis vera in ipso ceuleo edocuit. Ipsa enim altitudo attonat summa. Si quæris: in quo libro dixerit? in eo qui Prometheus inscribitur. hoc voluit dicere: attonita habet summa. Est ergo tanti vlla potentia: vt sit tibi tam ebrius sermo. Ingeniosus ille vir fuit: magnum exemplū Romæ eloquentiæ daturus: nisi illum enerualsset fœlicitas: immo castrasset. Hic te exitus mouet: nisi iam contrahas vela: nisi quod ille sero voluit terram leges. Poteram tecuq; & hac Necœnatis sententia parem facere rationem. Sed mouebis mihi controuersiam si te noui: nec voles quod debeo in aspero & probo accipere: vt se res habet. ab Epicuro versura facienda est. Ante inquit circūspiciendum est cum quibus edas & bibas. Naq; sine amico viscera tio leonis: ac lupi vita est. hoc non continget tibi: nisi successeris: alioquin habebis conuiuas quos ex turba salutantium nomen dator digesserit. Errat autem qui amicuq; in atrio quærit: in conuiuio probat. nullum habet maius malu⁹ occupatus homo: & bonis suis obsessus: q̄ q̄ amicos sibi putat: quibus ipse non est: q̄ beneficia sua efficacia iudicat: ad concilliandos amicos: cum quidam quo plus debent magis oderint. Leue æs alienum debitorem facit: graue inimicum. quid ergo? Beneficia non parant amicitias: parant si acceptures licuit diligere: si collocata non sparsa sunt. Itaq; dum incipis esse mentis tuæ: interim hoc cōsilio sapientium vtere: vt magis ad rem existimes pertinere quis: q̄ quid accæperit. Vale.

Explicat liber secundus.

Incipit liber tertius. Epistola. xx. de concordia doctrinæ cum vita: & de inæqualitate vitãda: & de paupertatis beneficio: & q̃ magn⁹ est q̃ in diuitijs paup est: sed securior q̃ caret eis.

Ivales & te diguũ putas: qui aliquãdo fias tuus gaudeo. Nea enĩ gloria erit si te istinc vbi sine spe exeundi fluctuaris extraxero. Illud aũt mi Lucilli tecrogo atq̃ horror: vt philosophiã in præcordia ima dimittas: & experimentum tui profectus capias: non oratione nec scripto: sed animi firmitate: & cupiditatũ diminutione. verba rebus proba. Aliud propositum est dedamantibus & assensionem coronæ captantibus. Aliud his qui iuuenũ & ociosorũ aures disputatione varia: aut volubili detinent. Facere docet philosophia: non dicere. & hoc exigit: vt ad legem suam quisq̃ viuat: ne orationi vita dissentiat: vt ipsa inter se vita vnius siue omniũ actionum dissensione coloris sit vnius. Maximum hoc est & officium sapientiæ & indicium: vt verbis opera concordent: vt ipse vbiq̃ par sibi idemq̃ sit. Quis hoc præstabit? pauci: aliqui tamen. est difficile hoc. nec dico sapientem semper vno iturũ gradu: sed vna via. Obserua itaq̃ nũquid vestis tua domusq̃ dissentiant. Nũquid in te liberalis sis: in tuos sordidus. Nũquid cœnes frugaliter: ædifices luxuriose. Vnam semel ad quam viuas regulã prende: & ad hanc omnem vitam tuam exæqua. Quidem se domi contrahunt: dilatant foris & extendunt. vicii est hæc diuersitas: signum vacillãtis animi: ac nondum habentis tenorem suum. etiam nunc dicam vnde sit ista inconstantia: & dissimilitudo rerum consiliorũq̃. Nemo proponit sibi quid velit: nec si proposuit perseverat in eo: sed transilit. nec tantũ mutat: sed redit: & in ea quæ deseruit ac damnauit reuoluit. Itaq̃ vt relinquam diffinitiones sapientiæ veteres: & totũq̃ complectar humanæ vitæ modum: hoc possum contentus esse. quid est sapientia? Semper idem velle atq̃ idem nolle. licet illam exceptiunculam non adiiciam: vt rectum sit quod velis: non potest cuiq̃ semper idem placere nisi rectum. Nesciunt ergo homines quid velint: nisi illo momẽto quo volũt etiam in totum nulli velle aut nolle decretum est. Variatur quotidie iudicium & in contrarium vertitur a plærisq̃ agitur vita per lusum. Præmeditare ergo quod cœpisti: & fortasse perduceris: aut ad summum: aut eo quod sũmum esse solus intelligas. quid fiet inquis huic turbæ familiarium? turba ista cum a te pasci desierit: ipsa te pascet: aut quod tu beneficio tuo non potes scire: paupertatis scies. illa veros certosq̃ amicos retinebit. discedet quisquis nõ te sed aliud sequebatur. Non est autem vel ob hoc vnum amãda paupertas: q̃ a quibus ameris ostendet. O quando ille veniet dies quo nemo in honorem tuum mentiatur. Huc ergo cogitationes tuæ tendant: hoc cura: hoc opta: omnia alia vota deo remissurus: vt contentus sis temetipso: & ex te nascentibus bonis. Quid potest esse fœlicitas proprior? Redige te ad parua ex quibus cadere non possis: idq̃ libentius facias. ad hoc pertinebit tribuũ epistolæ huius: quod statim conferam: inuideas licet. etiam nunc libenter pro me depẽdet Epicurus. Magnificentior: mihi crede: sermo tuus in grabato videbitur & in panno. non enim dicẽtur tantum illa sed probabũtur. Ego certe aliter audio quæ dicit Demetrius noster: & cum illum vidi nudum quanto minus q̃ in stramentis incubantem non præceptor veri: sed testis est. quid ergo? Num licet diuitias in sinu positas cõtenere? quid ni liceat? Et ille ingentis animi est qui illas circũfusas sibi multuq̃ diuq̃ miratas quod ad se venerit nõdet: suaseq̃ audit magis esse q̃ sentit. Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio Magnus est ille qui in diuitijs pauper est. Sed securior qui caret diuitijs. Nescio inquis quomodo iste paupertatem laturus est: si in illam inciderit: nec scio ego Epicuri angulus: si iste pauper cõtẽpturus sit diuitias: si in illas inciderit. Itaq̃ in vtroq̃ mens æstimanda ẽ inspiciendumq̃: an ille paupertati indulgeat: an hic diuitijs nõ indulgeat. Alioquin leue argumentum est bonæ volũtatis grabatus: aut pannus: nisi apparuit aliquẽs illa nõ necessitate pati: sed mali. Cæterũ magnæ indolis est ad ista non properare tanq̃ meliora: sed præparari tanq̃ ad facilia. hæc sunt Lucilli facilia. Cũ vo multo ante meditatus accesseris iucunda quoq̃ ineſt illis: sine qua nihil est iucundũ: securitas. Necessarium ergo iudico id quod tibi scripsi. magnos viros sæpe fecisse: aliquod dies interponere quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad veram. quod eo magis faciendum est: quo delicijs perma duimus: & omnia dura ac difficilia iudicamus: potius excitandus ex somno: & vellicãdus

est animus: admonenduscꝫ naturam nobis minimum constituisse. Nemo nascitur diues quisquis exit in lucem: iussus est lacte: panno esse cõtentus. ab his initijs nos regna non capiunt. Vale.

Epistola. xxi. qꝫ tendentem ad philosophiam impedit mũdanæ fœlicitatis falsa æstimatio. Et qꝫ solum studiosum ingenuũ facit aliquem dari. Et in omni qđ habere cupimus: cupiditatibus detrahẽdũ est.

Dum istis negocium tibi esse iudicas de quibus scripseras. Maximum negocium tecum habes: tu tibi molestus es. Quid velis nescis: melius probas honesta cꝫ sequaris. Vides vbi sit posita fœlicitas: sed ad illam peruenire non audes. Quid sit autem quod te impediat: quia parum ipse despicis. dicam: Magna hæc esse existimas quæ relicturus es & cum proposuisti tibi illam securitatem ad quam trãsiturus es: retinet te huius vitæ a qua recessurus es fulgor: tanꝫ in sordida & obscura casurũ. Erras Lucilli ex hac vita ad illam ascenditur. Quod interest inter splendorem & lucem: cum hæc certam originem habeat: ac suam ille niteat alieno. hoc inter hanc vitam & illã: hæc fulgore extrinsecus veniente percussa est. Crassam illi statim vmbraꝫ faciet: quisquis obstiterit. Illa vero suo lumine illustris est. Studia te tua clarum & nobilem efficient. Exemplũ Epicuri referã cũ Idomeneo scriberet: & illum a vita spinosa: ad fidelem stabilemcꝫ gloriam reuocaret. Huic dæ tunc potentiæ ministrum & magna tractantem. Si gloria inquit tangeris: notiorem tẽ epistolæ meæ facient: cꝫ omnia ista quæ colis & propter ea quæ coleris. Nunquid ergo mentitus est? Quis Idomenea nosset: nisi Epicurus illum suis litteris incidisset. Omnes illos magistratus & satrapas: & Regem ipsum ex quo Idomenei titulus petebat: obliuio alta supprẽsit. nomen Attici perire Ciceronis epistolæ non sinunt: nihil illi profuisset gener Agrippa: & Tiberius progener: & Drusus Cæsar proponepos: inter taꝫ magna nomina tacerentur: nisi Cicero illum applicuisset. Profunda super nos altitudo tẽporis veniet pauca ingenia caput exercent. & in idem quãdocꝫ silentium obitura obliuioni resistent ac se diu vẽdicabunt. Quod Epicurus amico suo potuit promittere: hoc tibi promitto Lucilli. Habeo apud posteros gratiam: possum mecum duratura nomina educere. Virgilius noster duobus memoriã æternam promisit: & præstat. Fortunati ambo si quid mea carmina possunt. Nulla dies vnꝫ memori vos eximet æuo. Dum domus Æneæ capitolij immobile saxum. Accolet imperiumcꝫ pater romanus habebit. quoscũcꝫ in mediuꝫ fortuna protulit: quicũcꝫ membra ac partes alienæ potentiæ fuerant: horuꝫ gratia viguit domus frequentata est. dum isti steterũt: post ipsos cito memoria defecit. Ingeniorum crescit dignatio nec ipsis tantum honor habetur: sed quicquid illorum memoriæ adhæsit eripitur. ne gratis Idomeneus in epistolam meam venerit: ipse eam de suo redimet. Ad hunc Epicurus illam nobilem sententiam scripsit: qua hortatur: vt Pytoclea locupletem nõ publica: nec ancipiti via faciat. Si vis inquit Pytoclean diuitem facere: non pecuniæ adiiciendum: sed cupiditatẽ detrahendũ est. & apertior ista sentẽtia est: cꝫ interpretanda sit: & disertior cꝫ ad iuuanda. hoc vnum te admoneo ne istud tantũ existimes de diuitijs dictuꝫ: quocũcꝫ trãstuleris idem poteris. Si vis Pytoclean honestum facere: non honoribus adiiciendum est sed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pytoclean esse in perpetua voluptate: non voluptatibus adiiciendum est: sed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pytoclean senem facere: & implere vitaꝫ: non annis adiiciendum est: sed cupiditatibus detrahendum est. has voces non est qꝫ Epicuri esse iudices: publicæ sunt. quod fieri in senatu solet: faciendum ego in philosophia quoqꝫ existimo. Cũ censuit aliquis quod ex parte mihi placeat: iubeo illum diuidere sententiam & sequor. Probo libentius Epicuri egregia dicta commemoro vt isti qui ad illa confugient: spe mala inducti qui velamentum ipsos suorum vicioruꝫ habituros se existimant: probent quocunqꝫ ierint honeste esse viuendum. Cum audierint ista audient istic: hortulos & inscriptum hortulis. hospes hic bene manebis: hic summum bonum voluptas est: paratus erit istius domicilij custos: hospitalis humanus: & te polenta excipiet: & aquam quoqꝫ large administrabit. & dicet: Et quid bene acceptus es? Nõ irritat inquit hi hortuli famen sed extinguunt. nec maiorem ipsis potionibus sitim faciunt: sed naturali & gratuito remedio sedant. In hac voluptate consenui: de his tecuꝫ desideriis loquor quæ consolationem non recipiunt: quibus dandum est aliquid vt deficiant. Nam de illis

extraordinarijs quæ licet differre: licet castigare ⁊ opprimere. hoc vnum commune faciam: ista voluptas naturalis est: non necessaria: huic nihil debes. Si quid impendis voluptati est: venter præcepta non audit: poscit: appellat: nō est molestus creditor: paruo dimittitur si modo das illi quod debes: non quod potes. Vale.

Epistola. xxij. ⁊ occupationes consilio relinquendæ sunt: non præcipitanter fugiendæ: ⁊ de varia quiete locorū: ⁊ ꝙ homines peiores moriūt ꝙ nascātur.

Am intelligis educendū esse te: ex istis occupationibus speciosis ⁊ malis. sed quo modo id consequi possis quæris. quædam non nisi a præsente monstrantur. Nō potest medicus per epistolas tibi aut balnei tempus eligere: vena tangēda est. Vetus prouerbium est: Gladiatorem in arena capere cōsilium: aliquid aduersarij vultus: aliquid manus mota: aliquid ipsa inclinatio corporis intuentem mouet. Quid fieri soleat: quid oporteat in vniuersum ⁊ mandari potest ⁊ scribi. Tale consilium non tantum absentibus sed etiam posteris datur. illud medicinale: alterum quando fieri debeat: aut quemadmodum ex longinquo nemo suadebit: cum rebus ipsis deliberandum est. Non tantū præsentis: sed vigilantis est occasionem obseruare properantem. Itaq; hanc circūspice: hanc si videris prende: ⁊ toto impetu: totis viribus id age: vt te istis officijs exuas. Et quidē quā sententiam feram attende. Censeo aut exista vita tibi: aut e vita exeundum. Sed illud ideꝫ existimo: leui eundum via: vt quod male implicuisti soluas potius: ꝙ abrumpas: dūmodo si alia soluendi ratio non erit vel abrumpas. Nemo tam timidus est: vt malit semper pendere ꝙ semel cadere. Interiꝫ quod primū est impedire te noli: cōtentus esto negocijs in quæ descendisti: vel quod videri potest maius incidisti. non est quod ad vlteriora nitaris: aut perdas excusationem: ⁊ apparebit te non incidisse. ista enim quæ dici solent falsa sunt: non potui aliter. Quod si nollem? necesse erat. Nulli necesse est fœlicitatem cursu sequi. est aliquid etiam si non repugnare subsistere: nec instare fortunæ ferenti. nūquid offenderis: si in consilium non venio tantum: sed aduoco? Et quidem prudentiores ꝙ ipse sū: ad quos soleo deferre: si quid delibero. Epicuri epistolam ad hanc rem pertinentem legi: Idomeneo quæ scribitur: quem rogat vt quantum potest fugiat ⁊ properet: anteꝙ aliqua vis maior interueniat: ⁊ auferat libertatem recedendi. Idem tamen subiicit: nihil esse tentandum: nisi cum apte poterit: tempestiueꝙ tentari. Sed cum illud tempus captatum diu venerit: exiliendum ait. Dormitare de fuga cogitantem verat: ⁊ sperat etiaꝫ ex difficillimis salutareꝫ exitum: si nec properemus ante tempus: nec cessemus in tempore. Puto nūc ⁊ stoicam sententiā quæris: non est ꝙ quisꝙ illos apud te temeritatis informet cautiores ꝙ fortiores sunt. Expectas forsitan vt tibi hæc dicantur? Turpe est credere oneri: luctari cuꝫ officio quod semel recæpisti. Non est vir fortis ⁊ strenuus qui laborem fugit: verū vbi crescit illi animus ipsa rerum difficultate. Dicentur tibi ista: si operæ pretium habebit perseuerantia: si nihil indignum bono viro faciendum patiendumue erit. alioquin sordido se: ⁊ contumelioso labore non conteret: nec in negocijs erit negocij causa. ne illud quidem quod existimas eū factu rum facet: vt ambitiosis rebus implicitus: earum semper æstus ferat. Sed cū viderit grauia: in quibus volutator incerta ancipitia referet pedem: non vertet terga: sed sensim recedet in tutum. Facile est autem mi Lucilli occupationes euadere: si occupationum precia cōtempseris. Illa sunt quæ nos morātur ⁊ detinent. Quid ergo? Tā magnas spes relinquā Nundum erit latus? Incomitata lætitia? Atrium vacuum? Ab his ergo inuiti homines recedunt: ⁊ mercedem miseriaꝫ amant: ipsas execrātur. Sic de ambitione: quomodo de amica queruntur. Idem si verum affectum eorum inspicias: non oderunt sed litigant. Excute istos qui quæ cupiere deplorant: ⁊ de earum rerum loquuntur fuga: quibus carere nō possunt. Videbis voluntariaꝫ esse illis in eo morā quod ægre ferre ipsos: ⁊ misere loquūt Ita est mi Lucilli: paucos seruitus plures seruitutem tenent: sed si deponere illā in animo est: ⁊ libertas bona fide placuit. In hoc autem vnum aduocationem petis: vt sine perpetua sollicitudine id tibi facere contingat. Quid in te tota cohors stoicoꝝ probatura sit. Omnes Zenones ⁊ Chrysippi moderata: ⁊ honesta: ⁊ vera suadebūt. Sed si propter hoc tergiuersaris: vt circūspiaas quātū feras tecum ⁊ ꝙ magna pecunia instruas occū: nunꝙ exitū inuenies. Nemo cum sarcinis enatat. Emerge ad meliorem vitam propicijs dijs: sed nō sic quo modo istis propicij sunt: quibus bono ac benigno vultu: mala magnifica tribuerūt. ad hoc

vnum excusati: q̄ ista quæ vrunt: quæ exeruciant: optantibus data sunt. Jam impūmebā epistolæ signum. resoluenda est: vt cum solēni ad te munusculo veniat: 7 aliquam magnificam vocem ferat. 7 occurrit mihi ecce nescio vtrū verior: an eloquentior. cuius īquis? Epicuri. adhuc enim alienas saranas adoro. Nemo non ita exit e vita tanq̄ modo intrauerit quemcūq̄ vis occupa: adolescentem: senem: mediū inuenies æque timidum mortis: æque insciū vitæ. Nemo quicq̄ habet facti. in futurum enim nostra vitulimus. Nihil me magis ista voce delectat: q̄ q̄ exprobratur senibus infantia. Nemo inquit aliter: q̄ quomodo natus est: exit e vita falsum est. peiores morimur q̄ nascimur: nostrum istud non naturæ vitium est. Illa de nobis conqueri debet. 7 dicere: quid hoc est sine cupiditatibus vos genuit: sine timoribus: sine superstitione: sine perfidia: cæteris q̄ pestibus: quales intrastis: præcipio exire: vel percæpit sapientiam. Si quis sapiens: si quis tā securus moritur q̄ nascitur. nūc vo trepidamus: cum periculuz accessit: non animus nobis: non color cōstat: lachrymæ nihil profuturæ cadunt. Quid est turpius: q̄ in ipso limine securitatis esse sollicitum. Causa autem hæc est: q̄ inanes omnium bonorum sumus: vitæ desiderio laboramus. non enim apud nos pars eius vlla subsedit: transmissa est 7 effluxit. Nemo q̄ bene viuat: sed q̄ diu curat: cum omnibus possit contingere: vt bene viuant: vt diu nulli. Vale.

Epistola. xxiij. De solido 7 inani gaudio. 7 de malo vitæ principio.

Otas me tibi scripturum q̄ humane nobiscum hyems egerit: quæ 7 remissa fuit 7 breuis: q̄ malignum versit: q̄ præposteruz frigus: 7 alias ineptia verba quærentium. Ego vo aliquid quod mihi 7 tibi prodesse possit: scribam. Quid autem id erit: nisi vt te exhorter ad bonam mentem. Huius fundamentū quod sit quæris. Ne gaudeas vanis fundamentum hoc esse dixi: culmen est. ad summa peruenit: qui scit quo gaudeat: qui fœlicitatem suam in aliena potestate non posuit. sollicitus est: 7 incertus sui quē spes aliqua pruritat: licet ad manum sit: licet non ex difficili petatur: licet illum nunq̄ sperata decæperint. Hoc ante omnia fac mi Lucilli: disce gaudere: existimes me nunc detrahere tibi multas voluptates: qui fortuna submoueo: qui spes dulcissima oblectamenta deuitandas existimo immo contra: nolo tibi vnq̄ deesse lætitiā. Volo illā tibi domi nasci: nascit si modo intra te ipsum sit. Cæterę bilaritates non implent pectus: sed frontem remittunt leues sunt. nisi forte tu iudicas eum gaudere qui ridet: animus debet esse alacer 7 fidens: 7 super omnia erectus. Mihi crede: res sæuera est verum gaudium. An tu existimas quēq̄ soluto vultu: 7 vt ipsi delicati loquuntur: 7 hilari oculo mortem contenere? paupertati domum aperire? voluptates tenere sub fræno? meditari dolorum patientiā? Hæc qui apud se versat in magno gaudio est: sed parū blando. In huius gaudij possessione te volo: nūq̄ deficiet: cum semel vnde petatur inueneris: leuium metallorum fructus in summo est: illa opulentissima sunt: quorum in alto latet vena: assidue plenius responsura fodienti. Hæc quibus delectatur vulgus: tenuem habent ac perfusoriam voluptatem: 7 inuenticium gaudium est: fundamento caret. hoc de quo loquor ad quod te conor perducere solidum est: et q̄ plus pateat introrsus. Facio te Lucilli charissime: quod vnum potest te præstare fœlicem: disce 7 conculca ista quæ extrinsecus splendent: quæ tibi promittuntur ab alio: vel ex alio. ad verum bonum specta: 7 de tuo gaude. Quid est autem hoc de tuo? Teipso 7 tui optima parte. Corpusculum quoq̄ etiam si nihil fieri sine illo potest: magis necessariam rē crede: q̄ magnam. Vanas suggerit voluptates breues pœnitendas: ac nisi magna moderatione temperentur in contrarium abituras. Ita dico in præcipiti voluptas ad dolorem vergit: nisi modum teneat. Modum autem tenere in eo difficile est: quod bonum esse credidere. Viri boni auditas tuta est. Quid sit istud interrogas aut vnde subeat. dicam: Ex bona conscientia: ex honestis consilijs: ex rectis actionibus: ex contemptu fortuitorum: ex placido vitæ: 7 continuo tenore vnam præmentis viam. Nā illi qui ex alijs propositis in alia transilierint: aut ne transilierint quidem: sed casu quodam transmittuntur. Quomodo habere quicq̄ certum mansurumue possunt suspensi 7 vagi. Pauci sunt qui consilio se suaq̄ disponant: cæteri eoruz more quæ fluminibus innatant: non eunt: sed ferūtur. Ex quibus alios leuior vnda detinuit: ac mollius vexit: alios vehemētior rapuit: alios proxime ripæ cursu languescente deposuit: alios torrens impetus deiecit in mare. Ideo constituendum est quid velimus: 7 in eo perseuerandū. Hic est locus soluendi æris alieni. possum enim voce

tibi Epicuri tui reddere: ꝛ hanc epistolam liberare. Molestum est semper vitam incohare: aut si hoc modo magis sensus potest exprimi: male viuūt qui semper viuere incipiūt. Quare inquis? desiderat enim explanationē ista vox. Quia semper illis imperfecta vita est. Nō potest autez stare paratus ad mortem qui non incipit viuere. Id agenduz est: vt satis vixerimus. Nemo hoc putat qui oditur maximam vitā. Non est q̄ existimes paucos esse bos propemodum omnes sunt. Quidam ꝯo tunc incipiunt: cum desinenduz est. si hoc iudicas mirū: adiciam quod magis admireris. Quidam ante viuere desierunt: q̄ incperent. Vale.

Epistola. xxiiij. de præmeditatione futuroꝝ periculoꝝ. ꝛ de non timēda morte. ꝛ de non inconsulte animum indinando.

Vllicitum te esse scribis de iudicij euentu: quod tibi furor inimici denūciat: ꝛ existimas me suasurum: vt meliora tibiipsi proponas ꝛ acquiescas spei blandæ. Quid enim necesse est mala accersire? ꝛ satis cito patienda cōuenerint. Præsumere ac præsens tempus futuri mœtu perdere est sine dubio stultum: quia quandocūq̄z sis futurus miser: esse iam miserum. Sed ego alia te ad securitatem via ducam. si vis omnem sollicitudinem exuere: quicquid vereris ne eueniat: euenturū vtiq̄z propone: ꝛ quodcūq̄z illud est malum tecum ipse metire: ac timorem tuum taxa. intelliges profecto aut non magnū: aut non longum esse quod metuis. nec diu exempla quibus confirmeris colligenda sunt. Omnis illa ætas tulit in quācunq̄z partem rerum: vel ciuilium: vel externarum memoriā miseris occurrent tibi ingenia: aut profectus: aut impetus magni. nunquid accidere tibi si dānaris potest durius: q̄ vt mittaris in exilium? vt ducaris in carcerem? nunquid vltra quicq̄z corpori timendum est: q̄ vt vratur? q̄ vt pereat? singula ista constitue: ꝛ contemptores eorum cita: qui non quærendi sed eligendi sunt. Damnationem suam Rutilius sic tulit: tanq̄z nihil illi molestū aliud esset q̄ q̄ male iudicaretur. Exiluz Metellus fortiter tulit. Rutilius etiaz libenter. Alter vt redire reipub. præstitit. Alter reditū suuz Syllæ negauit: cui nihil tunc negabatur. In carcere Socrates disputauit: ꝛ exire cum essent qui permitterent fugam noluit: remanlitq̄z vt duarum rerum grauissimarum hominibus mœtum demeret: mortis ꝛ carceris. Mucius ignibus manum imposuit. Acerbum est vri: quanto acerbius: si id te faciente patiaris. Vides hominem non eruditum nec vllis præceptis contra mortem: aut dolorem suboꝛnatum: militari tantum roboꝛe instructum: pœnas a se irriti conatus exigentem: spectatoꝛ destillantis in hostili foculo dextræ stetit: nec ante remouit nudis ossibus fluentem manum q̄ ignis illi ab hoste subductus est. Facere aliquid in illis castris fœlicitas potuit: nihil fortius. Vide quanto acrioꝛ sit ad occupanda pericula virtus: q̄ crudelitas ad irroganda. Facilius Porsenna Mucio ignouit quem voluerat occidere: q̄ sibi Mucius q̄ non occidit. decantate inquis in omnibus scholis fabulæ istæ sunt. Tu mihi cum ad contemnendū mortem ventū fuerit Catonem narrabis. Quid ni ego narrem? Vltima illa nocte Platonis libzum legentem posito ad caput gladioꝝ duo hæc in rebus extremis instrumenta prospexerat. alterū vt vellet moꝛi: alterum vt posset. Compositis ergo rebus vtcūq̄z componi fractæ atq̄z vltimæ poterant: id agenduz existimauit: ne cui Catonem aut occidere liceret: aut seruare cōtingeret. ꝛ stricto gladio quem vsq̄z in illuz diem ab omni cæde purum seruauerat. Nihil inquit ægisti fortuna omnibus conatibus meis obstando non pro me adhuc: sed pro patriæ libertate pugnaui. nec agebam tanta pertinacia vt liber sed vt inter liberos viuerem. nūc quoniā deploꝛate sunt res generis humani: Cato deducat in tutum. impꝛessit deinde moꝛtiferum coꝛpoꝛi vulnus: quo obligato a medicis: cū minus sanguinis haberet minus virium animi. Idem iam non tantuz Cæsari: sed sibi iratus nudas in vulnus manus ægit: ꝛ generosum illum contemptoꝛem q̄z omnis potentiæ spirituz non emisit: sed eiecit. Non in hoc exempla hæc congero vt ingenium exerceaz: sed vt te aduersus id quod maxime terribile videtur exhoꝛter. Facilius autem exhoꝛtabor: si ostendero non tantum fortes viros hoc momentum afflandæ animæ contempsisse: sed quosdam ad alia ignauos: in hac re æquasse animum fortissimoꝝ: sicuti illum Cneꝛ pompei socerum Sapionem: qui contrario in Affricam vento relatus: cum teneri nauem suam auduisset ab hostibus: ferro se transuerberauit. ꝛ quærentibus vbi Imperatoꝛ esset: Imperatoꝛ iquit se bene habet. Vox hæc illum parem maioꝛibus fecit: ꝛ fatalez Sapionibus in Affrica gloriam: non est interrumpi passa. multum fuit Carthaginem vincere: sed amplius moꝛtem.

Imperator inquit bene se habet. An aliter debebat Imperator? equidē Catonis mori. Nō reuoco te ad historias: nec ex omnibus sæculis cōtemptores mortis: qui sunt plurimi: colligo. Respice ad hæc nostra tempora: de quorū languore ac delicijs querimur. Omnis ordinis homines succurrent: omnis fortunæ: omnis ætatis: qui mala sua morte præciderint. Mihi crede Lucilli: adeo mors timenda non est: vt beneficio eius nihil anteferendū timē dum sit. Securus itaq; inimici minas audi 7 cuius conscientia tua tibi fiduciam faciat: tamen quia multa extra causam valent: 7 quod æquissimū est spera: 7 ad id te quod est iniquissimum: para. Illud autem ante omnia memento: demere rebus tumultum: ac videre quid in quacūq; re sit. scies nihil esse in istis terribile: nisi ipsum timorem. Quod vides accidere pueris: hoc nobis quoq; masculis pueris euenit. illi quos amāt: quibus assuerunt cum quibus ludunt: si personatos vident expauescunt. non hominibus tantum: sed rebus persona demenda est: 7 reddenda facies sua. Quid mihi gladios 7 ignes ostendis 7 turbā carnificum circa te frementem? Tolle istam pompam sub qua lates: 7 stultos territas: mors est: quā nuper seruus meus: quā ancilla contempsit. Quid tu rursus mihi flagella 7 eculeos magno apparatu explicas? Quid tu singulis articulis: singula machinamenta quibus exrorqueantur apta: 7 mille alia istrumenta excarnificandi particulatim hominis? Pone ista quæ nos obstupefaciunt: iube contitescere gemitus 7 exclamationes: 7 vocum inter lacerationes elisarum acerbitatem. Nempe dolor est quem podagricus ille contemnit: quē stomachicus ille in ipsis delicijs præfert: quē in puerperio puella perpetitur. leuis est si ferre possuq; breuis est si ferre nō possum. Hæc in animo voluta q̄ sæpe audisti: sæpe dixisti: sed an vere audieris: an vere dixeris: effectu proba. Hoc enim turpissimū est: quod nobis obiici solet: verba nos philosophiæ: non opera tractare. Quid tu nunc: primum tibi mortem imminere scisti: nunc exilium: nunc dolorem? In hoc natus es: quicquid fieri potest: quasi futuruq; cogitemus: quod facere te moneo: sed scio te certe fecisse. Nunc admoneo vt animum tuū nō mergas in ista mollicitudinem. Debetabitur enim 7 minus habebit vigoris cum exurgendum erit: adhuc illum a priuata causa ad publicam. dic mortale tibi 7 fragile corpusculuq; esse: cui non ex iniuria tantum: aut ex potentioribus viribus denunciabitur dolor: ipsæ voluptates in tormenta vertuntur. Epulæ eruditatem afferunt: ebrietates neruorum torporē tremorem q; libidines pedum: manuum: articulorum omnium deprauationes. Pauper fiam: inter plures eroget fiam: ibi me natum putabo quo mittar alligabor. Quid enim? Nunc solutus sum. ad hoc me natura graue corporis mei pondus astrinxit: moriar hoc dicis: desinam ægrotare posse: desinam alligari posse: desinam mori posse. Non sum tā ineptus vt Epicuream cantilenam hoc loco persequar. 7 dicam: vanos esse inferorum mœtus: nec Ixionem rota voluri: nec saxum humero Sisyphi trudi in aduersum: nec vltius viscera: 7 renasci posse quotidie: 7 carpi. Nemo tam puer est: vt Cerberuq; timeat: 7 tenebras: 7 larualem habitum nudis ossibus cohærentium. Mors nos aut consummat: aut exuit. emissis meliora restant onere detracto: consumptis nihil restat: bona pariter malaq; submota sunt. Permitte mihi referre hoc loco tuuq; versum: si prius admonuero: vt te iudices non alijs scripsisse ista sed etiam tibi. Turpe est aliud loqui: aliud sentire: quanto turpius aliud scribere: aliud sentire. Memini te illum locum aliquando tractasse: non repente nos in mortē incidere: sed minutatim procedere. Quotidie morimur. quotidie enim demit aliqua pars vitæ: 7 tunc quoq; cum crescimus: vita decrescit. Infantiam amisimus: deinde pueritiam deinde adolescentiam vsq; ad hesternum quicquid transit temporis perit: hunc ipsum quem agimus diem: cum morte diuidimus. quemadmoduq; depsydriam non extremum stillicidium exhaurit: sed quicquid ante defluxit: sic vltima hora qua esse desinimus: nō sola mortem facit: sed sola consummat: tunc ad illā peruenimus: sed diu venimus. Hæc cū descripsisses quo soles ore semper quidem magnus: nunc̄ tamē acrior cū vbi veritati commendas verba. Dixisti mors non vltima venit: sed quæ rapit vltima mors est. Malo te legas: cū epistolam meam. Apparebit enim tibi hanc quā timemus mortem extremam esse non solā video quo spectes. Quæris quid huic epistolæ infulserim: quod dictum alicuius animosum: quod præceptum vtile ex hacipsa materia quæ in manibus fuit: mittere aliquid. Obiurgat Epicurus non minus eos qui mortem concupiscunt: cū eos qui timent. 7 ait: Ridiculuq; est currere ad mortem tedio vitæ: cum genere vitæ: vt currendum ad mortem esset

effeceris. Item alio loco dicit: Quid tam ridiculum: q̄ appetere mortem cum vitam tibi in quietem feceris mœtu mortis. His adijcias: ⁊ illud eiusdē notæ: liquet tantam hominū imprudentiam esse immo dementiam vt quidam timore mortis cogātur ad mortē. Quic' quid horum tractaueris confirmabis animum: vel ad mortis: vel ad vitæ patientiam. Et in vtrūq; emonendi ac firmandi sumus: ⁊ ne nimis amemus vitam: ⁊ ne nimis oderimus etiam cum ratio suadet finire: sed non timere: nec cum pro cursu capiēdus est impetus. Vir fortis ac sapiens non fugere debet e vita: sed exire: ⁊ ante omnia ille quoq; vitetur affectus qui multos occupauit: libido scilicet moriendi. Est enim mi Lucilli: vt ad alia: sic etiam ad moriendum inconsulta animi inclinatio: quæ sæpe generosos atq; acerrimæ indolis viros corripit: sæpe ignauos iacentesq; illi contemnūt vitam: hi grauantur. Quosdā subit eadē faciendi viuendiq; facietas: ⁊ vitæ non odium: sed fastidium: in quod prolabimur ipsa pellente philosophia: dū dicimus quousq; eadem. Nempe expergiscar: dormiaz: saciabor: esuriaz: algebo: æstuabo: nullius rei finis est: sed in orbē nexa sunt omnia: fugiūt ac sequūt' diez nox præmit: dies noctem: æstas in autumnum desinit: autumno hyems instat: quæ vere compescitur. Omnia sic transcunt: vt reuertantur: nihil noui video: nihil noui facio fit aliquando et huius rei nausea: multi sunt: qui non acerbum iudicent viuere: sed superuacuum. Vale.

Epistola vicesimaquinta De corrigendis ⁊ non inueterandis vicijs. Et de imaginaria boni viri præsentia.

Quod ad duos amicos nostros pertinet: diuersa via eundum est. alterius enim vicia emendanda: alterius frangenda sunt. vtar libertate tota: non amo illum nisi offendo. Quid ergo inquis? Quadragenariuz pupillum cogitas sub tutela tua continere. Respice ætatem eius iam duram ⁊ intractabilem: non potest reformari: tenera fringuntur: an profecturus sim nescio. malo successum mihi: q̄ fidem deesse: nec desperaueris: etiam diutinos ægros posse sanari: si contra intemperantiam stetteris: si multa inuitos ⁊ facere coegeris ⁊ pati. Nec de altero quidez satis fiduciæ habeo: excepto eo q̄ adhuc peccare erubescit. nutriendus est hic pudor: qui q̄diu in animo eius durauerit: aliquis erit bonæ spei locus. Cum hoc veterano parcius agendum puto: ne in desperationez sui veniat nec vllum tempus aggrediendi melius fuit: q̄ hoc fuerat dum interquiescit. dum emēdato similis est: alijs hæc intermissio eius imposuit: mihi verba non dat: expecto cum magno fœnore vicia redditura: quæ nunc scio cessare: non deesse. Impendam huic rei dies: ⁊ vtrum possit aliquid agi: an non possit: experiar. Tu nobis te vt facis fortem præsta: ⁊ sarcinas cōtrahe: nihil ex his quæ habemus necessarium est: ad legem naturæ reuertamur: diuitiæ paratæ sunt: aut gratuitum est quo ægem⁹: aut vile. Panem ⁊ aquam natura desiderat nemo ad hæc pauper est: intra quæ quisquis desiderium suum claudit: cum ipso Ioue de fœlicitate contendat: vt ait Epicurus: cuius aliquam vocem huic epistolæ inuoluam. Sic fac inquit omnia tanq̄ te spectet aliquis. Prodest sine dubio: custodem sibi imposuisse: et habere quem respicias: quem interesse cogitationibus tuis iudices. Hoc quidez longe magnificētius est: sic viuere tanq̄ sub alicui⁹ boni viri: ac semper præsentis oculis. Sed ego etiaz hoc contentus sum: vt sic facias quæcunq; facies: tanq̄ spectet aliq̄s. Omnia nobis mala solitudo persuadet. Cum iam profeceris tantum: vt sit tibi etiam tui reuerentia: licebit dimittas pædagogum. Interim te aliquoꝝ auctoritate custodi. Aut Cato ille sit: aut Scipio: aut Lælius: aut cuius interuentu: perditi quoq; homines vicia supprimerent: dum te efficis eum cum quo peccare non audeas. Cum hæc effeceris: ⁊ aliqua cœperit apud te tui esse dignatio: incipiā tibi permittere: quod idez suadet Epicurus. Tunc præcipue in teipso secede: cum esse cogeris in turba. Dissimilem te fieri multis oportet: dum tibi tutum non sit a te recedere. Circumspice singulos. Nemo est cui nō satius sit: cum quolibet esse q̄ secū Tunc præcipue in teipso secede: cum esse rogeris in turba: si bonus vir: si quietus: si temperans vis esse alioquin in turbam tibi a te recedendum est. Istic enim malo viro propius es. Vale.

Epistolā vicesimasexta De non accusando defectum naturæ. ⁊ qualiter boni viri meritum mors exruciat. ⁊ q egregium sit morte discere.

Odo dicebam tibi in conspectu esse meæ senectutis: iam vereor ne senectutem post me reliquerim: aliud iam bis annis: huic corpori vocabulum conuenit. quoniam quidem senectus lassæ ætatis non fractæ nomen est: inter decrepitos me numera ⁊ extremū tangentes. gratias tamē mihi apud te ago. Non sentio in animo ætatis iniuriā cum sentiam in corpore tantum vicia ⁊ viciorum ministeria senuerūt: viget animus ⁊ gaudet: non multum sibi gaudet esse cum corpore: magnam partem oneris sui posuit: exultat: ⁊ mihi facit controuersiam de senectute: hunc ait esse florem suum. credamus illi: bono suo vtatur. ire in cogitationem iuuat ⁊ dispicere quid ex hac tranquillitate ac modestia morum sapientiæ debeam: quid ætati: ⁊ diligenter excutere quæ non possim facere: quæ nolim pro desse habitur⁹ aliquid si quicquid nolim: quicquid nō possim: nō posse me gaudeo. Quæ enim querela est? Quod incōmodum? si quicquid debet desinere defecit. Incommodū summum est inquis: minui ⁊ deperire: ⁊ vt proprie dicam liquescere. Non enim subito impulit ac prostrati sumus: carpimur: singuli dies aliquid subtrahunt viribus. ⁊ quis exitus est melior q̄ in finem suuꝫ natura soluente delabi? Non quia aliquid mali ictus ⁊ e vita repentinus excessus: sed quia leuis hæc via est subduci. Ego certe velut appropinquet experiē tum: ⁊ ille laturus sententiam de omnibus annis meis dies veniet: ita me obseruo ⁊ allo quor. Nihil est inquā adhuc: quod aut rebus aut verbis exhibuimus: leuia sunt ista ⁊ fallacia pignora animi: multisq̄ inuoluta lenociniis: quod profecerim: morti crediturus sum. Non timide itaq̄ compono ad illum diem: quo remotis strophis ac fucis: de me iudicaturus sum: vtrū loquar fortia an sentiā. nunquid simulatio fuerit: ⁊ minus quicquid contra fortunam iactaui verborum contumacium. Remoue existimationem hominū: dubia semper est: ⁊ in partem vtrāq̄ diuiditur. Remoue studia totam vitam tracta: mors de te pronūciatura est. ita dico disputationes ⁊ litterata colloquia: ⁊ ex præceptis sapientiū verba collecta: ⁊ eruditus sermo: non ostendunt verum robur animi. Est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid ageris: tunc apparebit: cum animam ages. Accipio conditionem: non reformido iudicium. Hæc mecum loquor: sed tecum quoq̄ me locutum puta. Iunior es: quid refert? non dinumerantur anni. Incertum est quo te loco mors spectat. itaq̄ tu illam omni loco expecta. Desinere iam volebam: ⁊ manus expectabat ad clausulam: sed confiendā sunt sacra: ⁊ huic epistolæ viaticum dandum est. Putas me nō dicere: vnde sumpturus sum mutuum: scis cuius: arca vtar. Expecta me pusillum ⁊ de domo fiet numeratio: interim commodabit Epicurus: qui ait: Meditare vtrum commodius sit: vel morte trāsire ad nos: vel nos ad eam. Hic patet sensus: egregia res est mortem condiscere: superuacuum forsitan putas id discere quo semel vtendum est. hoc est ipsum quare meditari debeamus: semper discendum est: quod an sciamus: experiri non possumus: meditare morte qui hoc dicit meditari libertatem iubet: qui mori discit: seruire dediscit. Supra omnem potentiam est certe extra omnem. quid ad illum carcer: ⁊ custodia: ⁊ claustra? liberum hostiuꝫ est. Vna est cathena quæ nos alligatos tenet: amor vitæ: qui vt non est abiciendus: ita minuendus est: vt si quando res exiget: nihil nos detineat nec impediat: quo minus parati sumus: quod quandoq̄ faciendum est: statim facere. Vale.

Epistola vicesimaseptima De voluptatis nocumento ⁊ virtutis gaudio: ad q̄ per externuꝫ adiutoriū nō venit. ⁊ q nūq̄ nimis discit: q̄ non satis discit

Vis me inquis mones. iam enim te ipse monuisti: iam correxisti: ideo aliorum emendationi vacas. Non sum tam improbus vt curationes æger obeam: sed tanq̄ in eodē valitudinario iacēs de communi malo tecū colloquor: remedia cōuinco. Sic itaq̄ me audi tāq̄ mecū loquar: in secretū te meū admitto ⁊ te adhibito: mecū exigo: clamo mihi ipse: numera ānos tuos: ⁊ pudebit eadē velle: q̄ volueras puer eadē parare. Hoc de nicq̄ tibi circa diē mortis præsta moriāt ātē te vicia. Dimitte istas voluptates turbidas: magno leuādas: nō vēturæ tātū: sed p̄teritæ nocēt. Quēadmodū scelera etiā si nō sint detēcta

cū fierent: sollicitudo non cum ipsis abijt. ita improbarum voluptatum: etiam post ipsas pœnitentia est: non sunt solidæ: non sunt fideles. etiam si non nocent fugiunt. Aliquod potius bonum mansurum circumspice: nullum autem est: nisi quod animus ex se sibi inuenit. Sola virtus præstat gaudium perpetuum: securum: etiam si quid obstat dubium modo interuenit: quæ infra feruntur: nec vnq̄ diem vincunt. Quando ad hoc gaudium peruenire continget? Non quidē cessatur adhuc: sed festinatur. multū restat operis: in quod ipse necesse est vigiliam ipse laborem tuum impendas. Si effici cupis: delegationem res ista non recepit. Aliud litterarum genus adiutorium admittit. Calphisius Sabinus memoria nostra fuit diues: & patrimonium habebat libertini & ingenuū: nunq̄ vidi hominē beatum indecentius. Huic memoria tam mala erat: vt illi modo nomen Ulyxis excideret modo Achillis: modo Priami: quos tam bene nouerat: q̄ pædagogos nostros nouimus. Nemo verbulus nominum dator: qui nomina non reddit: sed imponit tam properanter: q̄ ille Troianos & Achiuos persalutabat. Nihilominus eruditi volebat videri. Hāc ita q̄ compendiariam excogitauit. magna summa emit seruos: vnum qui Homerū teneret: alterum qui Hesiodum. nouem præterea lyricis: singulos assignauit: magno emisisse illum nō est quod mireris: non inuenerat faciendos: sed locauit. Posteq̄ hæc familia illi comparata est: cœpit cōuiuas suos inquietare: habebat ad pedes suos hos: a quibus subinde cum peteret versus quos referret: sæpe in medio versu excidebat. suasit illi satellius quadratus: stultorum diuitum adrosor: & quod sequitur arrisor: & quod duobus bis adiunctū est derisor: vt grammaticos haberet analectas. Cum dixisset Sabinus: centenis milibus sibi constare singulos seruos. Minoris inquit totidem scrinia emisses. Ille tamē in ea opinione erat: vt putaret se scire: quod quisq̄ in domo sua sciret. Idem Satellius illum hortari cœpit: vt luctaretur: homines ægrum: pallidum: gracilem. cū Sabinus respondisset: & quomodo possum vir viuo. Noli obsecro inquit dicere: non vides q̄ multos seruos valentissimos habeas. Bona mens nec commodatur: nec emitur: & puto si venalis esset: non haberet emptorem. At mala quotidie emitur. Sed accipe iam quod debeo: & vale. Diuitiæ sunt ad legem naturæ cōposita paupertas. Hoc sæpe dicit Epicurus aliter atq̄ aliter. Sed nūq̄ nimis dicit quod nūq̄ satis dicitur: quibusdā remedia monstrāda: quibusdā inculcanda sunt. Vale.

Epistola. xxviij. q̄ non loci: sed animi mutatione tristicia tollitur. & de non prouocando discrimine. & q̄ initiū sit salutis noticia peccati.

De tibi soli putas accidisse: & admiraris quasi rem nouam: q̄ peregrinatione tam longa: & tot locorum varietatibus: non discussisti tristitiam gratuitamq̄ mentis. Animum debes mutare: non cœlum: licet vastum traieceris mare: licet vt ait Virgilius noster: terræq̄ vrbesq̄ recedant: sequentur te quocūq̄ peruenieris vicia. Hoc idem cuidam quærenti Socrates ait: quid miraris? Nihil tibi peregrinationes prodesse: cum te circūferas: præmit te eadem causa quæ expulit. Quid terrarum iuuare nouitas potest? Quid cognitio vrbium: aut locorum? In irritum cedit ista iactatio. Quæris quare te fuga ista nō adiuuet: tecum fugis: onus animi deponendum est: nō ante tibi vllus placebit locus. talē nunc esse animum tuum cogita: qualem Virgilius noster vatis inducit: iam concitatam et instigatam: multumq̄ habentis in se spiritus: non sui. Bacchatur vates: magnum si pectore possit: excussisse deum. vadis huc & illuc: vt excutias insidens pondus: quod ipsa iactatione incommodus fit. sicut in naui onera immota minus vrgent: inæqualiter conuoluta: citius eam partem in quam incubuere demergunt. Quicquid facis contra te facis: & motu ipso noces tibi: ægrum enim concutis. At cum istud exemeres malum: omnis mutatio loca iucunda fiet: in vltimas expellaris terras licebit: in quolibet barbariæ angulo colloceris: hospitalis tibi illa qualiscumq̄ sedes erit. Magis quis veneris: q̄ quo interest. & ideo nulli loco adhibere debemus animum. cum hac persuasione viuendum est: non sum vni angulo natus: patria mea totus hic est mundus: quod si liqueret tibi: non admireris: nil adiuuare te regionum varietatibus in quas subinde priorum tedio migras. prima enim quæq̄ placuisset: si omnem tuam crederes. Non peregrinans: sed erras & ageris: ac locum ex loco mutas: cum illud quod quæris: bene viuere: omni loco positum sit. nūquid tam turbidū fieri potest q̄ forum? ibi quoq̄ licet quiete viuere: si necesse sit. Sed si liceat disponere se: conspectū quoq̄ & vianā fori procul fugiam. Nam vt loco grauia: etiam firmissimā valitudinē

tẽtant. ita quoꝫ bonæ menti: nec dũ adhuc perfectæ. ⁊ conualescenti sunt aliq̃ parum salubria. Dissentio ab his qui in fluctus medios eunt: ⁊ tumultuosam probantes vitã: quotidie cum difficultatibus rerum: magno animo colluctantur. Sapiens ferret ista: non eligeret ⁊ mallet in pace esse ꝫ in pugna. Non enim multum prodest vicia sua protecisse si cum alienis rixandum est. Triginta inquis tyranni Socratẽ circũsteterunt: nec potuerunt animum eius infringere. Quid interest quot domini sint? Seruitus vna est: hanc qui contempsit: in quanta libet turba dominantium liber est. Tempus est desinere. Sed si prius portorium soluero. Initium est salutis: notitia peccati. Egregie mihi hoc dixisse videtur Epicurus. Nã qui peccare se nescit: corrigi non vult. deprehendas te oportet: anteꝫ emendes. Quidam vicijs gloriantur: qui mala sua virtutum loco numerant. tu existimas aliquid: de remedio cogitare. Ideo quãtum potes te ipse coargue: inquire in te accusatoris: primum partibus fungere: deinde iudicis nouissime deprecatoris aliquando te offende. Vale.

Explicit liber tertius. Incipit liber quartus. Epistola. xxix. ꝙ licet non omẽs monẽdi sint: q̃dã tamẽ cõtradicentes: vel illudẽtes docẽdi sint. ⁊ ꝙ sapiens malit sibi placere ꝫ populo.

E Marcellino nostro quæris: ⁊ vis scire quid agat. raro ad nos venit: nõ nulla alia ex causa: ꝫ ꝙ audire vex timet: a quo piculo iã abest. nulli enĩ nisi audituro dicendum est. Ideo de Diogene: nec minus de alijs Cynicis: qui libertate promissa vsi sũt: ⁊ obuios monuerũt dubitan solet: an hoc facere debuerint. Quid enim si q̃s surdos obiurget: aut natura morboue mutos? Quare inquis verbis parcam? Gratuita sunt. Non possum scire an ei profuturus sim: quem admoneo. illud scio alicui me profuturum: si multos admonuero spargenda manus est. non potest fieri vt nõ aliquãdo succedat multa tentanti. Hoc mi Lucilli nõ existimo magno viro faciendũ: diluitur eius auctoritas: nec habet apud eos satis ponderis: quos posset minus obsolefacta corrigere. Sagittarius nõ aliquando ferire debet: sed aliquando derrare. Non est ars quæ ad effectum casu venit. Sapientia ars est: certum petat: eligat profecturos: ab his quos desperauit: recedat: non tamẽ cito relinquat ⁊ in ipsa desperatione extrema remedia tentet. Marcellinum nostrum ego nondum despero: etiam nunc seruari potest: sed si cito manus illi porrigitur. Est quidem periculum ne porrigentem trahat Magna in illo vis est ingenij: sed iam tendentis in paruum. nihilominus adibo hoc periculum: ⁊ audebo illi mala sua ostendere. faciet quod solet: aduocabit illas facetias: quæ risum euocare lugentibus possunt. ⁊ in se primũ: deinde in nos iocabitur: omnia quæ dicturus sum occupabit scrutabitur scholas nostras. ⁊ obiiciet philosophis conuiuia: amicas: gulam: ostendet mihi: aluum in adulterio: alium in popina: alium in aula ostendet Marcũ Lepidum: philosophum Aristonem qui in gestione differebat. hoc enim ad edẽdas operas: tempus accepérat: de cuius secta cum quereret Scaurus: ait vtiq̃ peripateticus nõ est de eodẽ cũ cõsuleretur Julius Crecinus vir egregius: quid sentiret. nõ possum inquit tibi dicere. nescio enim quid de gradu faciat: tanꝫ de essedario interrogaretur. Nos mihi circulatores sophistas: qui philosophiam honestius neglexissent ꝫ vendunt in faciem ingeret. Constitui tamen contumelias perpeti moueat ille mihi risũ: ego forte illi lachrymas mouebo at si ridere perseuerabit: gaudebo tãꝫ in malis: ꝙ illi genus insaniæ euitare cõtigerit. Sed non est ista hilaritas longa: obserua videbis eosdem intra exiguum tempus acerrime ridere: ⁊ acerrime tabere. Propositum est aggredi illum: ⁊ ostendere quãto pluris fuerit: ꝫ minoris multis videretur. Vicia eius etiam si non excidero: inhibebo: non desinent: sed intermittent. fortasse autem ⁊ desinent si intermittẽdi cõsuetudinẽ fecerint. Nõ est hoc ipsum fastidiendum: quoniãquidẽ grauiter affectis: sanitatis loco bona est remissio. Dũ me illi paro: in me interim qui potes: qui itelligis vnde: quo euaseris: ⁊ ex eo suspicaris: quousq̃ sis euasurus cõpone mores tuos: attolle animum tuum: aduersus formidata consiste. Numerare eos noli: qui tibi mœtuꝫ faciunt. nõne videar stultus: si quis multitudinẽ eo loco timeat: per quẽ transitus singulis est? Eque ad tuã mortẽ multis aditus nõ est: licet illã multi minentur. Sic istud natura disposuit: spiritũ tibi tã vnus eripiet: ꝫ vnus dedit. Si pudorem haberes: vltimã mihi pẽsionẽ remisisses. Sed ne ego quidẽ me sordide geram in finem æris alieni: ⁊ tibi quod debeo impingã. Nunꝫ volui populo placere. nam quæ ego

scio: non probat populus. quæ probat populus: ego nescio. Quis hoc inquis: tanꝯ nescias cui imperem? Epicurus. Sed idem hoc omnes tibi ex omni homo conclamabunt: Peripatetici: Academici: Stoici: Cinici. Quis enim placere populo potest: cui placet virtus? Malis artibus popularis fauor acquiritur. Similem te illis facias oportet: non probabunt: nisi aguouerint. Multo enim ad rem magis pertinet: qualis tibi videaris: ꝯ qualis alijs. Conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest. Quid ergo illa laudata & omnibus perferenda artibus: rebusꝯ philosophia præstabit: si licet vt malis tibi placere: ꝯ populo: vt existimes iudicia non numeres: vt sine mœtu deorum: hominũꝯ viuas vt aut vincas mala: aut finias? Cæterum si te videro celebrem: secundis vocibus vulgi: si intrante te clamor & plausus: pantomimica ornamenta obstrepuerint: si tota ciuitate te fœminæ: pueriꝯ laudauerint. quid ni ego tui miserear: cum sciam quæ via ad istum fauorẽ ferat. Vale.

Epistola tricesima: q̃ nihil habet de spe vitæ quem senectus ducat ad mortem. Variæ etiam subiiciuntur causæ: quare mors timenda non sit.

Missum Rufidium virum optimum vidi quassum: ætati obluctantem. Sed iam plus illum degrauat: ꝯ q̃ possit attolli. Magno senectus & vniuerso pondere incubuit. Scis illum semper infirmi corporis: & exucti fuisse: diu illud continuit: & vt verius dicam: concinnauit: subito defecit: quemadmodũ in naui: quæ sentinaꝫ trahit vni rimæ: aut alteri obsistitur. Vbi se plurimis locis laxari cœpit: & cædere: succurri nõ potest nauigio debilitanti. Ita in senili corpore aliquatenus ibecillitas sustineri & fulciri potest: vbi tanꝯ in putri ædificio omnis iunctura diducatur: & duꝫ alia exapitur: alia discinditur. circũspiciendum est: quomodo exeas. Bassus tamen noster alacer animo est. hoc philosophia præstat in conspectu mortis hilarem: & in quocũꝯ corporis habitu fortem: lectumꝯ nec deficientem ꝯuis deficiatur. Magnus gubernator: & scisso nauigat velo: & si exarmauerit tamen reliquias nauigij aptat ad cursum. Hoc facit Bassus noster: & eo animo vultuꝯ finem suum spectat: quo alienũ spectare nimis securũ putares. Magna res est Lucilli. hæc & diu discenda: cum aduertat hora illa ineuitabilis æquo animo abire. Alia genera mortis: spei mixta sunt: desinit morbus: incendium extinguitur: ruina quos videbatur oppressura deposuit: mare quos hauserat eadem vi qua sorbebat eiecit incolumes: gladiũ miles ab ipsa periturũ ceruice reuocauit. Nil habet quod speret quem senectus ducit ad mortem: huic vni interdici non potest. Nullo genere homines mollius moriuntur: sed nec diucius. Bassus noster videbatur mihi prosequi se: & componere & viuere tanꝯ supstes sibi: & sapienter ferre desiderium sui. Nam de morte multa loquitur: & id agit sedulo: vt nobis persuadeat si quid incommodi: aut mœtus in hoc negocio est. morientis vicium esse: non mortis. nõ magis in ipsa quicꝯ esse molestia: ꝯ post ipsam. Tam demens autem est qui timet quod non est passurus: ꝯ qui timet quod non est sensurus. In quiscꝯ hoc futurum credit: vt per quã nihil sentitur: ipsa sentiatur? Ergo inquit mors adeo extra omne malum est: vt sit extra omne malorum mœtum. Hæc ego scio & sæpe dicta: & sæpe dicenda: sed neꝯ cuꝫ legerẽ æque mihi profuerunt: neꝯ cum auditem bis dicentibus qui negabant timenda quorum mœtu aberant. Hic vo plurimum apud me auctoritatis habuit: cum loqueretur de morte vicina. dicam etiam quid sentiam: Puto fortiorem eum esse: qui in ipsa morte est: ꝯ qui circa mortem. Mors enim admota etiam imperitis animum dedit: non euitandi ineuitabilia. Sic gladiator tota pugna timidissimus: iugulum aduersario præstat: & errantem gladius sibi attemperat. Et illa quæ in propinquo est: vtiꝯ ventura desiderat lætam animi firmitatem: quæ est rarior: nec potest nisi a sapiente præstari. Libentissime itaꝯ illum audiebaꝫ quasi ferentem de morte sententiam: & qualis esset eius natura: velut propius inspecturum dicantem. Plus vt puto fidei haberet apud te: plus ponderis: si quis reuixisset: & in morte nihil mali esse narraret expertus. Accessus mortis: quam perturbationẽ afferat: optime tibi hi dicent: qui ẽ illam steterunt: qui venientẽ & viderũt & recæperũt. Inter hos Bassũ licet numeres: qui nos decipi noluit. Is ait: tam stultum esse qui mortem timeat: ꝯ qui senectutẽ. Naꝫ quẽadmoduꝫ senectꝰ adolescentiã sequitur: ita mors senectutẽ. Viuere voluit: qui mori nõ vult. Vita enim cũ expectatione mortis data est. Ad hãc itur: quã adeo timere demẽtis est: quia certa expectatur. dubia mentiũtur: mors necessitatẽ habꝫ æquã & inuictaꝫ

Quis quæri potest in ea conditione se esse: in qua nemo non est? prima autē pars est æqui
tatis æqualitas. sed nunc supernacuum est naturæ causam agere: quæ non aliam voluit
legem nostram esse: q̄ suam. quicquid composuit: resoluit: 7 quicquid resoluit composuit
iterum. Iam ꝙo si cui contingit: vt illum senectus leuiter emitteret: non repente auulsum
vitæ: sed minutatim subductum. Ne ille agere gratias omnibus dijs debet: q̄ saciatus ad
requiem hominī necessariam lasso gratam perductus est. Vides quosdam optantes mor-
tem: 7 quidem magis q̄ rogari solet vita. nescio vtros exilitimem: maiorem animū nobis
dare qui deposcunt mortem: an qui hilares eaq; quietiq̄ operiūtur? quoniam illud ex rabie
interdum ac repentina indignatione fit: hæc ex iudicio certæ tranquillitatis est. Venit ali-
quis ad mortem iratus morti. venientem nemo hilaris excipitur: nisi qui se ad illam diu
composuerat. Fateor ergo ad hominem mihi charum ex pluribus causis me frequentius
venisse: vt scirem an illum totiens eundem inuenirem. Nūquid cum corporis viribus mi
nueretur animi vigor: qui sic crescebat illi? quomodo manifestior notari solet agitatorum
lætitia: cum septimo spacio palmæ appropinquant? Dicebat enim ille Epicuri præceptis
obsequens: primum sperare se nullum dolorem esse in illo extremo anhelitu: si tamen esset
haberet aliquantum in ipsa breuitate solacij. Nullum enim dolorem esse longum: qui ma
gnus est. Cæterum succursurum sibi: etiam in ipsa distractione animæ corporisq̄: si cū cru
ciatu id fieret: post illum dolorem se dolere non posse. Non dubitare autem se: quin senilis
anima in primis labris esse: nec magna vi distraheretur a corpore. Ignis qui valentem ma
teriam occupauit: aqua 7 interduq; ruina extinguendus est. Ille qui alimentis deficitur: sua
sponte subsidit. Libenter hoc mi Lucilli audio: non tanq̄ noua: sed tanq̄ in rem præsen-
tem perductus. Quid ergo? Non multos spectaui abrūpentes vitā. Ego ꝙo vidi. q̄ plus
momenti apud me habent: qui ad mortem veniunt sine odio vitæ: 7 admittunt illam: nō
attrahunt. Illud quidem agebat tormentum nostra nos sentire opera: q̄ tunc trepidamus
cum prope a nobis esse credidimus mortem. At quo enim prope non est parata omnibus
locis: omnibusq̄ momentis? Sed consideremus inquit: tunc cum aliqua causa moriendi
videtur accedere: quāto aliæ propinquiores sint: quæ nō timentur. Hostis alicui mortem
minabatur: hanc crudelitas occupauit. Si distinguere voluerimus causas mœtus nostri: in
ueniemus alias esse: alias videri. Mortē non timemus: sed cogitationē mortis. Ab ipsa
enim semper tātūdem absumus. Ita si timenda mors est: semper timēda est. Quod enim
tempus morti exemptum est? Sed vereri debeo: ne tam longas epistolas petus q̄ mortem
oderis. Itaq̄ finem faciam. Tu tamen mortem: vt vnq̄ timeas semper cogita. Vale.

Epistola triceſimaprima de assentatione cauenda: de
contemptu laboris: 7 excellentia virtutis 7 animi.

Gnosco Lucillium meum: incipit quem promiserat exhibere: sequere illum impetū
animi: quo ad optima quæq̄ calcatis bonis popularibus ibas. nō dedidero maio
rem meliorem q̄ te fieri: q̄ moliebaris. Fundamēta tua multum loci occupauerūt
tantū effice quātū conatus es: 7 illa quæ tecum in animo tulisti: tracta. Adsumma sapiens
eris: si dauseris aures: quibus cæram parū est obdere. firmiore spissamēto opus est q̄ in Io
cijs vsum Vlyxem ferunt illa vox quæ timebatur: erat blanda: non tamē publica. At hæc
quæ timenda est: non ex vno scopulo: sed ex omni terrarū parte circūsonat. Præteruehere
itaq̄ non vnum locum insidiosa voluptate suspectum: sed omnes vrbes. Surdum te amā
tissimis tuis præsta: bono animo male precantur. Et si esse vis fœlix: deos ora ne quid tibi
ex his quæ optantur eueniat. non sunt ista bona: quæ in te isti volut congeri. Vnum bonū
est quod beatæ vitæ causa 7 firmamentum est sibi videre. Hoc autem contingere non pōt
nisi contemptus est labor: 7 in eorum numero habitus: qua neq̄ bona sunt: neq̄ mala. Fi
eri enī non potest: vt vna res modo bona sit: modo mala: modo leuis 7 perferenda: modo
expauescenda. labor bonū non est. Quid est ergo bonum? Laboris cōtemptio: non curare
cū oportet laborē subire. Itaq̄ inuanū operosos culpauerim. Kursus ad honesta nitētes
quātomagis incubauerint: min⁹q̄ sibi vicia cōsurgere permiserint: admirabor 7 clamabo tā
to melior surge 7 ispira: 7 duū istū vno si potes spiritu exupera. Generosos aios labor nu
trit. Nō est ergo qd illo vetere voto parentū tuor q̄d eligas: q̄d cōtingere tibi velis: q̄d
optes: 7 īcōtū iam pmaxima viro apto. Turpe est etiaq̄ nūc deos fatigare: q̄d votis op⁹ est

Fac te ipse fœlicem: facies autem si intellexeris bona esse: quibus admixta virtus est. turpia quibus malicia coniuncta est. quemadmodum sine mixtura luas nihil splendidum est: nihil atrum: nisi quod tenebras habet: aut aliquid in se traxit obscuri. quemadmodum sine adiutorio ignis nihil calidum est: nihil sine aere frigidū. Ita honesta & turpia virtutis ac maliciæ societas efficit. Quid ergo est bonum? Rerum scientia. Quid malum est. Imperitia rerū. Ille prudēs vtiq; artifex pro tempore quæq; repellet: aut eliget: sed nec quæ repellit timet: nec miratur quæ eligit: si modo magnus illi: & inuictus animus est. Submitte te ac deprimi veto: laborem si non recuses parum est posse. Quid ergo inquis: labor friuolus & superuacuus est? quem humiles causæ vocauerunt: non est malus: non magis q̄; ille: qui pulchris rebus impenditur. quoniam animi est ipsa tolerantia: qui se ad dura & aspera hortatur: ac dicit quid cessas? Non est viri timere sudorem. Huic & illud accedat: vt perfecta virtus sit æqualitas ac tenor vitæ per omnia consonans sibi. quod non potest esse: nisi rerum scientia contingat: & ars per quam humana ac diuina noscantur. hoc est summum bonum: quod si occupas: incipis deorum socius esse: nō supplex. Quomodo inquis isto perueniturr nō per apœninum grauemue montem: nec per deserta cadauie: nec syrtes tibi: nec Scylla: aut charybdis: adeundæ sunt: quæ tamen omnia transisti: pro procuratiuncule precio. Tutum iter est: iucundum est ad quod natura te instruxit. dedit tibi illa quæ si non deseruieris: par deo consurges. parem autem te deo pecunia non faciet. Deus nihil habet: prætexta nō faciet: deus nudus est: fama non faciet: nec ostentatio tui & in populos nominis dimissa noticia. Nemo nouit deum: multi de illo male existimant: & impune nō turba seruorum lecticam tuam per itinera vbiana ac peregrina portantiū. Deus ille maximus potentissimusq; ipse vehit omnia. nec forma quidē & vires beatum te facere possunt: nihil horum non patitur vetustatem. Quærendum est quod non fiat indies eius quod non possit obstari. Quid hoc est? Animus: sed hic rectus: bonus: magnus. Quid aliud voces hūc q̄; deum in humano corpore hospitatum? Hic animus tam in equitem Romanum: q̄; in libertinum: q̄; in seruum potest cadere. Quid est eques Romanus: aut libertinus: aut seruus? Nomina ex ambitione: aut iniuria nata. Subsilire in cœlum ex angulo licet. Exurge modo: & te quoq; dignum finge deo. finges autem non auro: aut argento: nō potest ex hac materia imago deo exprimi similis: cogita illos cum propicij essent fictiles fuisse. Vale.

Epistola triceſimaſecunda. Laudat ſeceſſum a turba: & curſum huius vitæ admonet percurrendum.

Exquiro a te: & ab omnibus ſciscitor qui ex iſta regione veniūt: quid agas? vbi? et cum quibus moreris? verba dare non potes: tecum sum. Sic viue: tanq̄; quid facias auditurus sim: imo tanq̄; viſurus. Quæris quid me maxime ex his quæ de te audio delectet: q; nihil audio: q; plæriq; ex his quos interrogo nesciunt quid agas: hoc est salutare non conuersari dissimilibus: & diuersa cupientibus. Habeo quidem fiduciam: non posse te torqueri. mansurumq; in proposito: etiam si solliciatantium turba circumeat. Quid ergo est? non timeo ne mutent te: timeo ne impediant. multum autem nocent etiam qui morantur: vtiq; in tanta brevitate vitæ: q̄; breuiorem inconstantia facimus. Aliud eius subinde atq; aliud facientes initium. Deducimus illam in particulas: ac lancinamus Propera ergo Lucilli charissime: & cogita quantum additurus celeritati fueris: si a tergo hostis instaret: si equitem aduentare suspicareris: ac fugientium præmere vestigia. fit hoc præmeris: accelera: & euade. perduc te in tutū: & subinde considera q̄; pulchra res sit consummare vitam ante mortem. deinde expectare securum reliquam sui temporis partem: nihil sibi in possessione beatæ vitæ positum: quæ beatior non sit si longior. O quando illud videbis tempus: quo scies non tempus ad te pertinere: quo tranquillus placidusq; eris: & extra stim negligens in summa tui sacietate. Vis scire quid sit: quod faciat homines auidos futuri? Nemo sibi contingit. Optauerunt itaque tibi alia parentes tui. Sed ego contra tibi omnium eorum contemptum opto: quorum illi copiam. Vota illorum multos compilant: vt te locupletent: quicqd ad te transferunt: alicui tradēdum est. Opto tibi facultatem tui: vt vagis cogitationibus: agitata mens tādem resistat: & certa sit: vt placeat sibi: & intellectus verbis bonis quæ simul intellecta sūt possideant. ætatis adiectione non ægeat. Ille demum necessitates supergressus est: & exauctoratus ac liber: qui viuit vita peracta. Vale.

Epistola triceſimatertia: quomodo omnia philoſophiæ verba
pondus habent: & q turpe ſit ſemper ex commentario ſapere.

Eſideras his quoq epistolis: sicut prioribus ascribi aliquas voces nostrorū, puerū
Non fuerunt circa floſculos occupati: totus contextus illorum virilis est: inæqua
litatem ſuas esse: vbi quæ eminent notabilia ſunt. non est admirationi vna arbor:
vbi in eandez altitudinem: tota ſilua ſurrexit. eiuſmodi vocibus referta ſunt carmina: refer
tæ hiſtoriæ. Itaq non illas Epicuri exiſtimas esse: publicæ ſunt: & maximæ noſtræ: ſed illi
magis annotantur: quia raræ interim interueniūt: quia inſpectatæ: quia mirum eſt fortiter
aliquid dici ab homine molliciem profeſſo. ita enim plæriq iudicāt. apud me eſt Epicurus
& fortis licet manulentus ſit. Fortitudo & induſtria & labor arte quæſitus: & ad bellū ꝓmpta
mēs: taz in perſas q in alte cinctos cadit. Nō ē ergo: qd exigas excerpta & repetita. cōtinuū
eſt apud noſtros quicquid apud alios excerpitur. Non habemus itaq iſta odorifera: nec
emptorem decipimus. nihil inuenturum cum intraverit præter illa quæ in fronte ſuſpenſa
ſunt. ipſis permittimus vnde velint ſumere exemplaria: puta nos velle ſingulares ſenten
tias ex turba ſeparare. Cui illas aſſignabimus? Zenoni: an Cleanti: an Chryſippo: an Pa
necio: an Poſſidonio? Non ſumus ſub Rege: ſibi quiſq ſe vendicat apud nos quicquid
Hermacus dixit: quicquid Metrodorus: ad vnum refertur. omnia quæ quiſq in illo cō
tubernio locutus eſt: vnius ductu & auſpicijs dicta ſūt. Non poſſumus inquam: licet tente
mus educere aliquid ex tanta rerum æqualiuz multitudine. pauperis eſt numerare pecus
quocūq miſeris oculū: id tibi occurret quod eminere poſſet: niſi inter paria legeret. Quare
depone iſtam ſpem: poſſe te ſummatim deguſtare ingenia maximorum virorum. Tota tibi
igitur inſpicienda ſunt: tota tractanda. Res geritur: & per liniamēta ſua ingenij opus nectit
ex quo nihil ſubduci ſine ruina poteſt. Nec recuſo quominus ſingula membra dūmodo in
ipſo homine conſideres. non eſt formoſa cuius crus laudatur: aut brachium: ſed illa cuius
vniuerſa facies: partibus admirationem ſingulis abſtulit. Si tamen exægeris: non taz mē
dice tecum agam: ſed plena manu fiet. ingens eorum turba eſt paſſim iacentium. ſūmenda
erunt: non colligenda. non enim excidunt: ſed fluunt perpetua & inter ſe contexta ſunt. nec
dubito quin multum conferant rudibus: adhuc & extrinſecus auſcultātibus. facilius enim
ſingula inſidunt circūſcripta & carminis modo induſa. Ideo pueris & ſententias ediſcēdas
damus: & has quas græci chrias vocant: quia complecti illas puerilis animus poteſt: qui
plus adhuc non capit certi profectus. Viro captare floſculos turpe eſt: & fulcire ſe nouiſſimis
ac pauciſſimis vocibus: & memoria ſtare. Sibi iam imitatur: dicat iſta non teneat. Turpe ē
enim ſeni: aut proſpicienti ſenectutem: ex cōmentario ſapere. Hoc Zenon dixit. Tu quid?
hoc Cleantes. Tu quid? quouſq ſub alio moueris? & impera: & dic quod memoriæ tradi
aliquid & de tuo profer. Omnes itaq iſtos nunq auctores ſemper interpretes: ſub aliena
vmbra latentes: nihil exiſtimo habere generoſi: nunq auſos facere aliquid: q diu didice
rant memoriam in alienis exercuerunt. Aliud eſt enim meminiſſe: aliud ſcire. Meminiſſe eſt
rem cōmiſſam memoriæ cuſtodire. at contra ſcire eſt: & ſua facere quæq nec ab exemplari pē
dere: & totiens reſpicere ad magiſtrum. Hoc dixit Zenon. hoc Cleantes: Aliquid interſit in
ter te: & librum. Quouſq diſces? Iaz & præcipe: quid eſt cur audiaz quod legere poſſum?
Multum inquit viua vox facit. non quidem hæc quæ alienis verbis cōmodat: & actuarij
vice fungitur. Adhuc, nunc q iſti qui nunq tutelæ ſuæ fiunt: primū in ea re ſequūtur prio
res: in qua nemo non a priore deſciuit. deinde in ea re ſequūtur: quæ adhuc quæritur. nūq
autem inuenietur: ſi contenti fuerimus inuentis. Præterea qui aliud ſequitur: nihil inuenit
immo nec quærit. Quid ergo non ibo per priorum veſtigia? Ego nō vtar via vetere: ſed ſi
priorem planioremq inuenero: hanc muniam: & qui ante nos iſta mouerunt: non domini
noſtri: ſed duces ſunt. patet omnibus veritas: nondum eſt occupata: multum ex illa etiam
futuris relictum eſt. Vale.

Epiſtola triceſimaquarta. Quomodo delectat magiſtrum profe
ctus diſcipuli: & q magna pars bonitatis eſt velle fieri bonum.

Reſco & exulto: & diſcuſſa ſenectute recaleſco: quotiens ex his quæ agis ac ſcribis in
telligo: quantum te ipſe: nam turbam olim reliqueras: ſuper te geris. Si agricolā
arbor ad fructum perducta delectat. ſi paſtor ex fœtu gregis ſui capit voluptatez. ſi

alumnum suū nemo aliter intuetur: q̄ vt adolescentiam illius suam iudicet. quid euenire credis his qui ingenia educauerunt: ⁊ quæ tenera formauerūt: adulta subito vident? Ille ro te mihi: meum opus es. ego cum vidissem indolem tuam: iniæci manū. exhortatus sum addidi stimulos: nec lentæ iræ passus sum: sed subinde incitaui: ⁊ nunc idem facio: sed iaz currentem horto: ⁊ inuicem hortantem. Quid aliud inquis adhuc volo? In hoc plurimum est: non sic quomodo principia totius operis dimidium occupare dicūtur. ita res animo constat. Itaq̄ pars magna bonitatis est velle fieri bonum. Scis quemadmoduz bonū dicam: perfectum: absolutum: quem malum facere nulla vis: nulla necessitas possit. Hunc in te prospicio: si perseueraueris: ⁊ incubueris: ⁊ id ægeris: vt omnia facta dictaq̄ tua inter se congruant: ac respondeant sibi: ⁊ vna forma percussa sint. Nō est huius animus in recto cuius acta discordant. Vale.

Epistola tricesimaquinta De differētia amicitiæ: ⁊ amoris: ⁊ viuo gaudio: ⁊ constanntia animi.

Vm te tam valde rogo vt studeas: meum negocium ago. habere amicum volo: quod contingere mihi: nisi pergis: vt cœpisti excolere te: nō potest. Nūc eniz amas me: amicus non es. Quod ergo? hæc inter se diuersa sunt: imo dissimilia. qui amicus est amat: qui amat non vtiq̄ amicus est. Itaq̄ amicitia semper prodest. amor aliquando etiam nocet. Si ob nihil aliud: ob hoc perfice: vt amare discas. Festina ergo dum mihi proficis: ne illud alteri dideris. Ego quidem iam percipio fructum: cum mihi fingo vnos animo futuros: ⁊ quicquid ætati meæ vigoris abscessit: id ad me ex tua: quāq̄ nō multum abest: rediturū. Sed tamen quoq̄ re ipsa esse lætus volo. Venit ad nos ex his quos amamus etiam absentibus gaudium: sed id leue ⁊ euanidum: conspectus ⁊ præsentia et conuersatio: habet aliquid viuæ voluptatis. Vtiq̄ si non tantuz quem velis videas: sed ⁊ qualē velis: videas. Affer itaq̄ te mihi ingens munus: ⁊ quo magis istes cogita te mortalem esse: me senem. Propera ad me: sed ad te prius profice: ⁊ ante omnia hoc cura vt cōstes tibi. Quotiens experiri voles: an aliquid actuz sit: obserua an eadē hodie velis: quæ heri. mutatio voluntatis indicat animum natare alibi: atq̄ alibi apparere: prout tulit vētus. Non vagatur quod fixum atq̄ fundatum est. Istud sapienti profecto cōtingit aliqua tenus: ⁊ proficienti profectoq̄. Quid ergo interest? hic commouetur quidē: non tamē trāsit sed suo loco nutat. ille ne commouetur quidem. Vale.

Explicit liber quartus. Incipit liber quintus.

Epistola tricesimasexta De inquieta fœlicitate. de bona hoziditate. ⁊ q̄ propria boni animi meditatio ad veram philosophiam perducit.

Micum tuum hortare: vt istos magno animo contēnat qui illum obiurgant: q̄ vmbram ⁊ ocium petierit: q̄ dignitatem suam destituerit: ⁊ cuz plus cōsequi posset: prætulerit quietem omnibus: q̄ vtiliter negocium suuz gesserit quotidie illis ostendet. Vi quibus inuidetur non desinent transire: alij elidentur: alij cadent. res est inquieta fœlicitas: ipsa se exagitat: mouet cerebrum non vno genere: alios in aliud irritat: hos in potentiam: illos in luxuriam: hos inflat: illos mollit: ⁊ totos resoluit. Vt bene aliquis illam ferat: si quomodo vinum. Itaq̄ non est quod tibi isti persuadeāt euz esse fœlicem: qui a multis obsidetur. Sic ad illum quemadmodum ad lacum concurritur. quē qui exhauriunt conturbant. Nugatorium ⁊ inertem vocant. Scis quosdam peruerse loqui ⁊ significare contraria fœlicem vocabant. Quid ergo erat? Ne illud quidem curo: quod quibusdā nimis horridi animi videtur ⁊ tetrici. Ariston aiebat: malle se adolescentē tristem q̄ hilarem ⁊ amabilem turbæ. Vinū enim bonum fieri: quod recēs durum et asperum visum est: non pati ætatem: quod in dolio placuit. Sin eum tristem appellent: ⁊ inimicum processibus suis: bene se dabit in vetustate ipsa tristicia. Perseueret modo colere virutē: perbibere liberalia studia. nō illa quibus profundi satis est: sed hæc quibus tingēdus est animus: hoc est discendi tempus. Quid ergo? Aliquid est quo non sit discenduz? Minime. Sed quemadmodum studere omnibus annis honestum est: ita non omnibus institui turpis ridicula res est: elementarius senex iuueni parandum est: seni vtendum Facies ergo rem vtilissimam tibi: si illuz q̄ optimum feceris. Hæc aiunt beneficia esse expectenda: tribuendaq̄. non dubiæ primæ sortis: quæ tam dare prodest q̄ accipere. Deniq̄

nihil illi iã liberi est qui spopondit. minus autem turpe est creditori q̃ spei bonæ decoquere. Ad illud æs alienum soluendum opus est negociantis: nauigatione prosperâ agrũ colenti vbertate eius: quã colit terræ: cœli fauore. ille quod debet: sola potest voluntate persoluere: in mores ius fortuna non habet: hos disponat: vt q̃ tranquillissimus animꝰ ille ad perfectum veniat: qui nec ablatum sibi quicq̃ sentit: nec adiectum: sed in eo habitu est quo cumq̃ res cedant: cui siue aggeruntur vulgaria bona: supra res suas eminet: siue aliquid ex istis: vel omnia casus excussit. minor non fit: si in parthia natus esset: arcum infans statim tenderet. si in germania protinus puer: tenerum hastile vibraret. si auorum nostrorũ temporibus fuisset: equitare: & hostem cominus percutere didicisset. Hæc singulis disciplina gentis suæ suadet: atq̃ imperat. Quid ergo huic meditandum est? q aduersus omnia tela q aduersus omne genus hostium: bene facit mortem contẽnere quæ quin habeat in se aliquid terribile: vt & animos nostros quos in amorem sui natura formauit: offendat. nemo dubitat. Nec enim opus esset in id comparari & acui: in quod instinctu quodam voluntario iremus: sicut feruntur omnes ad obseruationẽ sui. nemo discit: vt si necesse fuerit æquo animo in rosa iaceat: sed in hoc durat: vt tormentis non submittat fidem: vt si necesse fuerit stans etiam aliquando saucius pro vallo peruigilet: & ne quidem pillo incumbat: quia solet obrepere interim somnus in aliquod adminiculum reclinatis. mors nullum habet incõmodum. esse enim debet & aliquid cuius sit incommodum. quod si tanta cupiditas te longioris æui tenet: cogita nihil eorum quæ ob oculis abeunt: & in rerum naturaꝰ ex qua prodierunt: ac mox processura sunt: reconduntur. consummi desinunt ista non pereunt. & mors quã pertimescimus: ac recusamus intermittit vitam: non eripit. Veniet iterum qui nos reponat dies in lucem: q̃ multi recusant: nisi oblitos reduceret. Sed postea diligentius docebo omnia: quæ videntur perire mutari: æquo animo debet rediturus exire. Obserua orbẽ rerum in se remeantium: videbis nihil in hoc mundo extingui: sed vicibus descendere ac surgere. æstas abijt: sed alter illam annus adducit. hyems cecidit: referunt illam sui mensis. solem nox obruit: sed ipsam statim dies abiget. stellarum iste discursus: quicquid præterijt repetit: pars cœli leuatur assidue: pars mergitur. Veniq̃ finem faciam: si hoc vnum adiecero. necinfantes: nec pueros: nec mente lapsos timere mortem: & esse turpissimuꝰ si eã securitatem nobis ratio non præstat: ad quam stultitia perducit. Vale.

Epistola triceſimaſeptima De duplici magnanimitate. & quomodo ad veram libertatem philoſophia perducat.

Quod maximum vinculum est: ad bonam mentem promisisti virum bonum: sacramento rogatus es: deridebit se: si quis tibi dixerit. Nollem esse militiam & facilẽ nolo te decipi: eadem honestissimi huius & illius turpissimi: aut amẽtis verba sunt vti ferroq̃ necari: ab illis qui manus arenæ locant: & edunt: & bibunt: quæ per sanguinẽ reddant cauetur: vt ista vel inuiti patiantur a te: vt volens libensq̃ patiaris. illis licet arma submittere: misericordiam populi tentare. Tu neq̃ submittes: neq̃ vitam rogabis: recto tibi inuictoq̃ moriendum est. Quid porro prodest paucos dies: aut annos lucri facere? Sine missione nascimur. Quomodo ergo inquis me expediam? effugere non potes necessitates. potes vincere fit via: & hanc tibi viam dabit philosophia. ad hanc te confer si vis sanus esse: si securus: si beatus. Veniq̃ si vis esse: quod est maximum: liber: hoc cõtingere aliter nõ potest. humilis res est stultitia: abiecta: sordida: seruilis: multis affectibus: & sæuissimis subiecta. hos tam graues dominos interdum alternatim imperantes: interdum pariter dimittit a te sapientia: quæ sola libertas est: vna ad hanc fert via: & quidem recta non aberrabis. Vade certo gradu. si vis omnia tibi subijcere: te subijce rationi. multos reges si ratio te rexerit. ab illa discES: quid: & quemadmodum aggredi debeas: non incides rebus neminem mihi dabis: qui sciat quomodo quod vult: cœperit velle non consilio illo: sed impetu impactus est. Non minus sæpe fortuna in nos incurrit: q̃ nos in illam. turpe est nõ ire: sed ferri. & subito in medio turbine rerum stupentem quærere: huc ego quemadmodũ veni. Vale.

Epistola triceſimaoctaua De vtilitate familiaritatis breuis & inelaborati sermonis.

Erito exigis: vt hoc inter nos epistolarum commercium frequentemꝰ. plurimum proficit sermo: qui minutatim irrepit animo. disputationes præparatæ & effusæ

audiente populo plus habent strepitus: minus familiaritatis philosophia bonuz consiliū est: consilium nemo clare dat. aliquando vtendum est: illis: vt ita dicam: cōcionibus vbi qui dubitat impellendus est. Vbi vo non hoc agendum est: vt velit discere: sed vt discat: ad hæc submissiora verba veniendum est: facilius intrant & hærent. nec enim multis opus est: sed efficacibus. Seminis modo spergenda sunt: quod q̄uis sit exiguum: cuz occupauerit idoneum locum: vires suas explicat: & ex minimo in maximos auctus diffunditur. Idē facit ratio: non late patet: si aspicias in opere crescit. pauca sunt quæ dicūtur: sed cuz illa animus bene excipit: conualescunt & exurgunt. eadem est inquam præceptorum conditio quæ seminum multuz efficiunt: & angusta sunt: tantum vt dixi: idonea mens rapiat illa sibi: & in se trahat: multa inuicem & ipsa generabit: & plus reddet q̄ acceperit. Vale.

Epistola triceſimanona De differentia ordinariæ orationis: & breuiarij. Et q̄ sit proprium generosi animi ad excelsa citari. Et q̄ superfluitas noceat.

Ommentarios quos desideras diligenter ornatos: & in anguſtuz coactos: ego vo componaz. Sed vide ne plus profutura sit ratio ordinaria: q̄ hæc quæ nunc vulgo breuiarium dicitur. olim cum latine loqueremur: summarium vocabatur. illa res discentu magis necessaria est: hæc scienti. illa enim docet: hæc admonet. Sed vtriusq̄ rei tibi copiam faciam. Tu a me non est: q̄ illum: aut illum exigas. Qui voto rez dat ignotus est. Scribam ergo quod vis: sed more meo. Interim multos habes: quorum scripta nescio an satis ordinent. Sume in manus iudicem philosophorum. hæc ipsa res expergisci te coget: si videris q̄ multi tibi laborauerunt: cōcupisces & ipse ex illis vnus esse. Habet enim hoc optimum in se generosus animus: q̄ concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenij virum humilia delectant: & sordida. magnarum rerum species ad se vocat: & extollit: quem admodum flamma: quæ surgit in rectum iacere ac deprimi non potest: nō magis q̄ quiescere. Ita noster animus in motu est: eo mobilior & actuosior: quo vehementior fuerit. Sed fœlix qui ad meliora hunc impetum dedit: ponet se extra ius ditionemq̄ fortunæ: secūda tē perabit: aduersa comminuet: & alijs admiranda despiciet. Magnanimi est magna contemnere: ac mediocria malle q̄ nimia. illa enim vtilia vitalia sunt: at hæc eo q̄ superfluunt nocent. Sic segetem nimia sternit vbertas: sic rami franguntur onere: sic ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas. Idem animus quoq̄ euenit: quos īmoderatā fœlicitas rumpit: quia non tantum in aliorum iniuriam: sed etiā in suaz vertunt. Quis hostis in quē q̄ tam contumelioſus fuit: q̄ in quosdam voluptates suæ sunt: quorum īpotentiæ: atq̄ insaniæ: libidini: ob hoc vnuz possis ignoscere: quod quæ fecere patiuntur. Nec immerito: hic illos furor vexat. necesse est enim immensum exeat cupiditas: quæ naturalem moduz trāsilit. ille enim habet suum finem inania & ex libidine orta: sine termino sunt: necessaria metit vtilitas: superuacua quo redigis? Voluptatibus itaq̄ se mergunt: quibus in consuetudinem adductis: carere non possunt: & ob hoc miserrimi sunt q̄ eo peruenerunt: vt illis quæ superuacua fuerāt: facta sunt necessaria. Seruiunt itaq̄ voluptatibus: non fruunt. & mala sua: quod malorum vltimum est: amant. Tunc autem consummata est infœlicitas: vbi nō solum turpia delectant: sed etiam placent. & desinit esse remedio locus: vbi quæ fuerunt vitia mores sunt. Vale.

Epistola quadrageſima. Moderandam pronūciationem docet. & exemplo maxime Ciceronis iubet esse tardiloquum.

Vod frequenter mihi scribis: gratas ago. Nā quo vno modo potes: te mihi ostendis. nunq̄ epistolam tuam accipio: vt non protinus vna simus. Si imagines nobis amicorum absentium iucundæ sunt: quæ memoriā renouant: & desideriuz absentiæ falso atq̄ inani solatio leuant: quanto iucundiores sunt litteræ: quæ vera amici absentis vestigia: veras notas afferūt. Nam quod in cōspectu dulcissimū est: id amici manus epistolæ impressa præstat agnoscere. Audisse te scribis Seraphionem philosophum: cum istuc applicuisset: solere magno cursu verba conuellere: quæ nō effundit vna vox: sed præmit & viget. Plura enim veniunt: q̄ quibus vox vna sufficiat. Hoc non probo in philosopho: cuius pronūciatio quoq̄ sicut vita debet esse composita. Nihil autem ordinatum est quod præcipitatur & properat. Itaq̄ oratio illa apud Homerum concitata: & sine intermissione in morem niuis superueniēs: oratori data est. Lenis & melle dulcior: seni profuit. Sic

Vid nō potest mihi persuaderi: cui persuasum est vt nauigarem? solui mari languido nauem. Erat sine dubio cœlū graue sordidis nubibus: quæ fere: aut in aquaz: aut in ventū resoluunt. sed putaui taz pauca milia a Parthenope vsq; Puteolos surripi posse: cuius dubio & īpendente cœlo. Itaq; quo celerius euadere protinus per altuz ad nesida direxi: præcisurus omnis sinus. cuz iā eo processissem: vt mea nihil īteresset: vtrū irem: an redirem. Primū æqualitas illa: q̄ me corruperat perijt. Nondū erat tempestas: sed iam inclinatio maris: ac subinde crebrior. cœpi gubernatorez rogare: vt me in aliquo litore exponeret. Niebat ille aspera esse & importuosa. Nec quicq; se æque in tempestate timere q; terram. Peius autē hoc vexabar: q; vt mihi periculum succurreret. Nausea enim me seguis bæc: & sine exitu torquebat: quæ bilez mouet: nec effundit. Institi itaq; gubernatori: & illū

vellet nollet: coegi petere litus. Cuius vt vicinia attigimus. non expecto vt quicq̃ ex præceptis Virgilij fiat: obuertunt pelago proras: aut ancora de prora iacit. memor artificij mei veteris: frigidus cultor mitto me in mare: quomodo per sichrolutã decet gausapat⁹. Quæ putas me passum: dum per aspera eripior? dum viam quæro? dum facio? Intellexi non immerito nautis terram timeri. Incredibilia sunt quæ tulerim: cum ferre me nõ possim. Illud scito Vlyxem non fuisse tam irato mari natum: vt vbiq̃ naufragia faceret. Nauseator erat Ergo & ego quocũq̃ nauigare debuero vigesimo anno perueniam: vt primum stomachus quem scis cum mari nauseam non effugere. Collegi & corpus vnctione recreaui. Hoc cœpi mecum cogitare: quanta nos vitiorum nostrorum sequeretur obliuio: etiam corporalium quæ subinde admonent sui: nedum illorum: quæ eo magis latent: quo maiora sunt. Leuis aliquem motiuncula decipit: sed cum creuit: & vera febris exarsit: etiam duro & perpesso sui confessionem excipit: pedes volent: articuli puntiunculas sentiunt. Adhuc dissimulam⁹ & aut talium extorsisse dicimus: aut in exercitatione aliqua laborasse: dubio & incipiente morbo: quæritur nomen: qui vbi iaz calcaria cœpit intendere: & vtroq̃ pedes fecit dextros: necesse est podagra fateri. Cõtra euenit in his morbis quibus afficiunt animi: quo quis peius se habet: minus sentit. Non est quod mireris Lucilli charissime. Nam qui leuiter dormit: & speciem ẽm quietem capit: aliquando dormire se dormiens cogitat. grauis sopor etiaz somnia extinguit: animumq̃ altius mergit: q̃ vti vllo intellectu sui est. Quare vitia sua nemo confitetur? Quia etiam nunc in illis est. somnium narrare vigilantis est. & vitia sua confiteri sanitatis indicium est. Expergiscamur ergo vt errores nostros coarguere possumus. Sola autem nos philosophia excitabit: sola somnum excutiet grauem. illi te totum dedica dign⁹ illa es: illa digna te est: ite in complexum alter alterius. Omnibus alijs rebus te nega fortiter: aperte: non est q̃ precario philosopheris. Si æger esses: curaz intermisisses rei familiaris: & forensia tibi negocia excidissent: nec quẽq̃ tãti putares: cui aduocatus tui remissione descenderes: vel toto animo id ageres: vt q̃primũ morbo liberareris. Quid ergo? Non & nunc idem facies. Omnia impedimenta dimitte: & vaca bonæ mẽti. Nemo ad illã peruenit occupatus: exercet philosophia regnum suum: dat tempus: non accipit. non est res successiua: ordinaria est: domina est: adest & iubet. Alexander cuidaz ciuitati partẽ agrorum & dimidiam rerum omnium promittenti: Eo inquit proposito in Asiam veni: vt nõ id acciperem quod dedissetis: sed vt id haberetis quod reliquissem. Id est philosophia rebus omnibus: non sum hoc tempus acceptura quod vobis superfuerit: sed id vos habebitis quod ipsa erogauero. Totam huc conuerte mentem: huic assidе: banc cole. Ingens interuallum inter te & alios fiat: omnes mortales æuo tu antecedes: non multum te dij antecedent. Quæris quid inter te: & illos interfuturum sit? diutius erunt. Ut meberde magni artifices est: dauisse totum in exiguo. Tantũ sapienti suæ: quantum deo omnis ætas patet Est aliquid quo sapiens antecedat deum. illi beneficio naturæ: non timet suo sapiens. Ecce res magna habere imbecillitatem hominis: securitatem dei. Incredibile philosophiæ ius est: ad omnem fortuitam vim retundendam. Nullum telum in corpore eius sedet: munita est & solida. Quædam defatigat & velut leuia tela laxo sinu eludit: quædam discutit: & in eum vsq̃ qui miserat: respuit. Vale.

Epistola quinquagesimaquinta. De morbo suspirij vel anhelitus: vbi mirabile documentum de morte subiungit. Et q̃ sapiens de vita exit non eijcitur.

Dngũ mihi comitatum dederat mala valitudo: repente me inuasit. quo genere inquis? Prorsus merito interrogas: adeo nullum mihi ignotum est: vni tantũ morbo quasi assignatus sum: quem quare græco nomine appellẽ: nescio. Scitis enim apte dici suspirium potest: breuis autem valde & procellæ similis est impetus: intra horaz fere desinit. Quis enim diu expirat? Omnia enim diu corporis aut icõmoda: aut pericula p me transierũt. Nullũ mihi videt molest⁹. quid ni? Illud enĩ quicq̃d est: ægrotare est. Hoc animã agere. Itaq̃ medici hãc meditationẽ mortis vocãt. Facit enĩz aliquãdo spirit⁹ ille quod sæpe conat⁹ est. Hilarez me putas hæc tibi scribere: quia effugi: si hoc fine: quasi bona valitudine delecter: tam ridicule facio: q̃ ille quisq̃s⁹ vicisse se putat: cum vadimoniũ distulit. Ego vo & ipsa suffocatione: nõ desij cogitationib⁹ lætis ac fortib⁹ acq̃escere. Quid hoc est inquã. Tã sæpe mors experit⁹ me faciat. Ut ego illã diu expertus suz. Quãdo inqs:

ãnteq̃ nascerer. Mors est non esse id quod ante fuit: sed id quale sit: iam scio. hoc erit post me: quod ante me fuit. Si quid in hac re tormẽti est: necesse est: & fuisse anteq̃ ꝓdiremus in lucem. Atqui nullam sensimus tunc vexationem. Rogo non stultissimum dicas: si quis existimet lucernæ pœnas esse: cum extincta est: q̃ anteq̃ accendit. Nos quoq̃ & extinguimur & accendimur: medio illo tempore aliquid patimur. Vtinq̃ no alta securitas est. In hoc enim mi Lucilli: nõ fallor: erramus: q̃ mortem iudicamus sequi cum illa & præcesserit & sequtura sit. Quid ante nos fuit: mors est. Quid enim refert: vtruꝫ non incipias: an desinas cum vtriusq̃ rei hic sit effectus: non esse. His & huiusmodi exhortationibus tacitis scilicet: nam verbis locus non erat: alloqui me non desij. deinde paulatim suspirium illud: quod esse iam anhelitus cœperat: interualla maiora fecit: & retardatum est: ac remãsit: nec adhuc q̃uis desierit: ex natura fluit spiritus. sentio excitationem eius quandam: & morꝫ quomodo volet: dummodo non ex animo suspirem. Hoc tibi de me recipe: non trepidabo ad extrema iam paratus sum: nihil cogito de die toto. illum tu lauda & imitare: quem nõ piget mori: cum iuuet viuere. Quæ est enim virtus: cum eiiciaris exire? Tantum est & hic virtus eijcior quidem: sed tanq̃ exeam. & ideo nunq̃ eijcitur sapiens: quia eiici est inde expelli vnde inuitus recedas. Nihil inuitus facit sapiens necessicatẽ effugit: quia vult quod coactura est. Vale.

Epistola quinquagesima sexta De villa vatiæ & dispositione eius
Et de ignauo ocio vitando. Et q̃ solus sapiens sibi viuere scit.
Et quomodo animus amicos semper faciat esse præsentes.

Gestatione cum maxime venio: non minus fatigatus sum: q̃ si tantũ ambulassem quantum sedi. labor est enim: & diu ferri: ac nescio an eo maior: quia cõtra natura est: quæ pedes dedit: vt per nos ambularemus: & oculos vt per nos videremus Debilitatem nobis indixere delicæ: & quod diu volum⁹: posse desinimus. Nihi tamẽ necessarium erat concutere corpus: vt siue bilis insederat faucibus discuteretur: siue ipse ex alia causa spiritus densior erat: extenueret illum iactatio: quã profuisse mihi sensi. ideo⁹ diutius vehi perseraui: inuitante ipso litore: quod iter cumas & Seruilij Vatiæ villam curuatur: & hinc mari: illinc lacu: velut angustum intercludit. Erat enim arcenti tempestate mare spissum. Fluctus autem illud: vt scis frequens: & concitatus exæquat longior: trãquillitas soluit: cum arenis quæ humore alligantur succus abscessit. Ex cõsuetudine tamẽ mea circũspicere cœpi: an aliquid illic inuenirem: quod mihi posset bono esse: & direxi oculos in villam: quæ aliquando Vatiæ fuit. In hac ille prætorius dives: nulla alia re: q̃ ocio not⁹ consenuit: & ob hoc vnum fœlix habebatur. Nam quotiens aliquos amicitia illimi galli quotiens Seiani odium: deinde amor merserat. æque enim offendisse illum: q̃ amasse periculosum fuit. Exclamabant homines: O vatia solus scis viuere. At ille latere sciebat: non viuere. Multum autẽ interest: vtr̃ vita tua ociosa sit: an ignaua. Nunq̃ aliter hanc villã Vatia vuo prætereabam: q̃ vt dicerem Vatia hic situs est. Sed adeo mi Lucilli philosophia sacrum quiddaꝫ est & venerabile: vt etiã si quid illi simile est: mendacio placeat. Ocio sum enim hominem: & seductum existimat vulgus: & securum: & se contentuꝫ: sibi viuentẽ quorum nihil vlli contingere: nisi sapienti potest. ille quidem nulla re sollicitus: scit sibi viuere. ille enim quod est primum: scit viuere. Naꝫ qui res & homines fugit: quem cupiditatum suarum infœlicitas relegauit: qui alios fœliciores videre nõ potuit: qui velut umidũ atq̃ iners animal mœtu oblicuit: ille sibi non viuit: sed quod est turpissimum: ventri: somno: libidini. Non continuo sibi viuit: qui nemini. Adeo tamen magna res est constantia & in proposito suo perseuerantia: vt habeat auctoritatem inertia quoq̃ pertinax. De ipsa villa nihil tibi possum certi scribere. frontem eius tantum noui: vt exposita: quæ ostendit etiam transeuntibus. Speluncæ sunt duæ magni operis: cuius laxo atrio paries manufactus est: & quarum altera solem non recipit: altera vsq̃ in occidentem tenetur. Prata noua medius riuus: & a mari & ab acheruſio lacu receptus: euripi modo diuidit: aledis piscibus etiam si assidue exhauriatur sufficiens. sed illi cum mare patet: parcitur: cum tempestas piscatoribus dedit ferias: manus ad prata porrigitur. Hoc tamen est commodissimũ in villa q̃ Baias transparietem habet: incommodis illarum caret: voluptatibus fruitur. Has laudes eius ipse noui: esse illam totius animi credo occurrit enim fauonio: & illuꝫ adeo exapit

vt Baias neget. Nō stulte videtur elegisse hūc locum Batia: in quē odium suū pigrū iam ⁊ senile conferret. Sed nō multū ad tranquillitatē locus confert. Īnimꝰ est: qui sibi omnia cōmendet. Vidi ego in villa hilari ⁊ amœna mœstos: vidi in media solitudine occupatis similes. Quare non est quod existimes: ideo parū bene compositus esse te: qꝛ in Campania non es. quare autē non es? hucusq; cogitationes tuas mitte. Cōuersari cum amicis absenti bus licet: ⁊ quidē quotiens velis: cōtiū velis. Magis hac voluptate quæ maxima est frui mur: dum absumus. Præsentia enim nos delicatos facit: ⁊ qui aliquando vna loquimur ambulamus: consedimus: cum deducti sumus: nihil de his quos modo vidimus: cogita mus. Et ideo æquo animo ferre debemus absentiam: quia nemo nō multū etiā præsenti bus abest. Pone hic primū: noctes sepatas: deinde occupatiōes vtrinq; diuersas: deinde studia secreta: suburbanas profectiones. Videbis nō multū esse: quod nobis peregrinatio eripiat. Īmicus animo possidendus est. hic autē nūq; abest: quē cūq; vult: quotidie videt Itaq; mecum stude: mecū cœna: mecū ambula. in angusto viueremus: si quicq; esset cogi tationibus clausum. Video te mi Lucilli: cum maxime audio: adeo tecum sum: vt dubitē an incipiam non epistolas: sed codicillos tibi scribere. Vale.

Epistola quinquagesimaseptima. Notat tu multuosam luxuriaꝫ balneoꝝ
Et qꝛ omnia vicia animi inutiliora sunt. Et de magnanimitate Scipionis.

Ercam: si est tam necessarium q̄ videtur silentium in studia sepositō. Ecce vndiq; me variꝰ clamor circūsonat: supra ipsum balneū habito. Propone nūc tibi omnia genera vocum quæ in odium possunt aures adducere: cuꝫ fortiores exercent: ⁊ ma nus plumbo graues iactent: cum aut laborant: aut laborantē imitant: gemitꝰ audio: quo/ tiens retentū spiritū remiserūt: sibilos ⁊ acerbissimas respirationes: cum in aliquē inertem ac plæbeia functione cōtentū incidit: audio crepitum illiſæ manꝰ humeris: quæ prout pla na prouenerit: aut cōcaua: ita sonum mutat. Si vo Pelicrepus superuenit: ⁊ numerare cœ pit pilas: actū est. Ādijce nūc sordalum ⁊ furem deprehensum: ⁊ illū cui vox sua in balneo placet. Ādijce nunc eos qui in piscinā cum ingenti impulsæ aquæ sono saliūt: præter istos quorum: si nihil aliud: recte voces sunt. Ēlipedum cogita tenuem ⁊ stridulam vocem: quo sit notabilior subinde exprimentē: nec vnq; tacentem: nisi dum vellit alas: ⁊ alium pro se clamare cogit. Jam librariꝰ varias exclamationes: ⁊ botullarium: ⁊ distillarium: ⁊ omnes popinarū institores: mercem suam quadā ⁊ insignita modulatione vendentes. O te īquis ferreum: aut surdum: cui mens inter tot clamores tam varios: tam dissonos constat: cū Chrysippum nostrum assidua salutatio perduxit ad mortem. Āt mehercle ego istum fre/ mitum non magis curo: q̄ fluctum: aut deiectum aquæ. Quis audiam quidaꝫ genti: hāc vnam fuisse causam vrbem suam transferendi: qꝛ fragorem Nili cadentis: ferre non potuit. Magis mihi vox auocare videtur: q̄ crepitus. illa enim animū adducit: hic tantū aures implet ac verberat. In his quæ me sine auocatione circūstrepūt: essedas transcurrentes po no: ⁊ fabrum inquilinum: ⁊ serrarium vicinū: aut hunc qui ad metam sudantem tabulas experitur ⁊ tibias: nec cantat: sed exclamat. Etiā nunc molestior est mihi sonus qui intermit titur subinde: q̄ qui continuat. Sed iam me sic ad omnia ista duraui: vt audire vel Pau sarum possim voce acerbissima: remigibus modos dantem. Ānimum non cogo sibi inten tum esse: nec auocari ad externa: omnia licet foris resonent dum intus nihil tumultus sit: dum inter se non rixentur cupiditas ⁊ timor: dum auaricia luxuriaq; non dissideant: nec altera alteram vexet. Nam quid prodest totius regionis silentium: si affectus fremunt Omnia noctis erant tacita intempesta quiete falsum est. nulla placida est quies: nisi quā ratio cōposuit. Vox exhibet molestiam: non tollit: ⁊ sollicitudines immutat. Naꝫ dormienti quoq; insomnia tā turbulenta sunt: q̄ dies. illa tran quillitas vera est: in quā bona mens explicatur. Āspice illū cui somnus laxæ domus silentio quæritur: cuius aures: ne quis agi tet sonus: omnis seruorum turba cōtiguit: ⁊ suspensum accedentium propius vestigium po nitur. Huc nempe versatur: atq; illuc: somnum inter ægritudines leuem captans: quæ nō audit: audisse se queritur. Quid in causa putas esse? Ānimus illi obstrepit. Hic placandꝰ est. Huius compescenda seditio est: quem non est quod existimes placidum: si iacet corpꝰ interdum quies inquieta est. Et ideo ad rerum actus excitandi: ac tractatione bonarum ar/ tium occupādi sumus: quotiēs nos male habet inertia sui īpatiens. Magni Imperatores

cum male parere militem vident: aliquo labore cõpescunt ⁊ expeditionibus detinent. nũq̃ vacat lasciuire districtis: nihilq̃ tam certũ est q̃ ocij vicia negocio discuti. Sæpe videmur tedio rerum omnium: ⁊ infœlicis atq̃ ingratæ stationis pœnitentia secessisse: tamen in illa latebra: in quã nos timor: ac lassitudo coniecit: interdũ recrudescit ambitio. non enim exciſa desũt: sed fatigata: aut etiam abiecta rebus parũ sibi cedentibus. Idẽ de luxuria dico: quæ videt aliquando cessisse: deinde frugalitatem profitentes sollicitat: atq̃ in media parsimonia: voluptates nõ damnatas sed relictas petit: equidẽ eo vehemẽtius: quo occultius. Omnia enim vicia in aperto leniora sunt. Morbi quoq̃ tunc ad sanitatem inclinãt: cuj ex abdito erumpunt: ac vim suã proferunt. Et auaritiam itaq̃ ⁊ ambitionem ⁊ cætera mala mentis humanæ: tũc perniciosissima scias esse cuj simulata sanitate subsidũt: occisi videmur: ⁊ nõ sumus. Nã si bona fide sumus: si receptui cecinim⁹: si speciosa cõtemplim⁹ vt paulo ante dicebam: nulla res nos aduocabit: nullus hominum auiumq̃ concentus: interrumpet cogitationes bonas solidasq̃ iam ⁊ certas. Leue illud est ingenium: nec sese adhuc reduxit in rectum: quod ad voces ⁊ accidentia erigitur. Habet intus aliquid sollicitudinis: ⁊ habet aliquid cõcepti timoris. quod illum curiosum facit: vt ait Virgilius noster: ⁊ me quem dudum: nonnulla iniecta mouebant Tela: ⁊ atque aduerso glomerati ex agmine Graij. Nũc oẽs terrent auræ sonus excitat omnis. Suspensum ⁊ pariter: comitiq̃ onerique timentemq̃ Prior: ille sapiens est: quem non tela vibrantia: non arietata inter arma agminis densi: nõ vibis impulsæ fragor territat. Hic alter imperitus: rebus suis timet: ⁊ ad omnem crepitũ expauescens: quem vna quælibet vox pro fremitu accepta deiecit: quem motus leuissimi examinant: timidum illum sarcinæ facũt. Quemcũq̃ ex istis fœlicibus elegens: multa trahentibus: multa portantibus. videbis illum comitiq̃: onerique timentez. Tunc ergo te fato esse compositum cum ad te nullus clamor pertinebit: cuj te nulla vox tibi excutiet: nõ si blãdietur: non si minabitur: non si inani sono vana circumstrepit. Quid ergo? Non aliquando commodius est: ⁊ carere conuicio? fateor. Itaq̃ ex hoc loco migrabo ⁊ experiri: ⁊ exercere me volui. Quid necesse est diutius torqueri: cum tam facile remedium Vlyxes socijs etiã aduersus sirenas inuenerit. Vale.

Epistola quinquagesima octaua De crypta Neapolitana. Et q̃ nõ timor: sed horror cadit in sapientem. Et q̃ anima hominis corporis angustijs cohiberi non potest.

Vm a Bais deberem Neapolim repetere: facile credidi tempestatem esse: ne iterum nauem experirer: ⁊ tantum luti tota via fuit: vt possim videri: nihilominus nauigasse. Totum Athletarum fatum in illo die perpetiendum fuit: a ceromate nos baphe excipit in crypta Neapolitana: nihil illo carcere longius: nihil illis faucib⁹ obscurius quæ nobis præstant: non vt nos per tenebras videamus: sed vt ipsas. Cæterum etiam si locus haberet lucem: puluis auferret. In aperto quoq̃ res grauis: ⁊ molesta. quid illic vbi in se volutatur: ⁊ cum sine vllo spiramento sit inclusus: in ipsos a quibus excitatus est recidit. Duo incõmoda inter se contraria simul pertulimus: eadem via: eodẽ die: ⁊ luto ⁊ puluere laborauimus. Aliquid tamen illa mihi obscuritas quod cogitarem dedit. Sensi quedam ictum animi: ⁊ sine mœrore mutationẽ: quã insolitæ rei nouitas: simul ac fœditas fecerat Non de me nunc tecum loquor: qui multum ab homine tolerabili: nedum a perfecto absum: sed de illo in quem fortuna ius perdidit. Huius quoq̃ feriẽtur animus: mutabitur color. Quædam enim mi Lucilli: nulla effugere virtus potest. admonet illam natura mortalitatis suæ. Itaq̃ ⁊ vultum adducet ad tristiciam: ⁊ inhorrescet ad subita: ⁊ caligabit: si vastaq̃ altitudinem in crepidine eius constitutus despexerit. Non est hoc timor: sed naturalis affectio: inexpugnabilis rationi. Itaq̃ fortes quidã ⁊ paratissimi fundere suum sanguinẽ: alienum videre non possunt. Quidam ad vulneris noui. Quidam ad veteris: ⁊ puruleti tractationez: inspectionemq̃ succidunt: ac liquunt animo. Alij gladium facilius recipiunt: q̃ vident: Sensi ergo vt dicebam quandam: non quidem perturbationem: sed mutationem Kursus ad primũ conspectum redditæ lucis alacritas redit incogitata ⁊ iniussa. illud deinde mecum loqui cœpi: q̃ inepte quædam magis aut minus timeremus: cum omniuj idez finis esset. Quid enim interest: vtrũ supra aliquem vigiliarũ ruat: aut mons? Nihil inuenies. erunt tamen qui banc ruinam magis timeant: q̃uis vtraq̃ mortifera æque sit: adeo

non effectus: sed efficientiaz timor spectat. Nunc me putas de Stoicis dicere: qui existimãt animam hominis magno pondere extriti: permanere non posse: & statim spargi: quia non fuerit ei exitus liber. Ego vo non facio: qui hoc dicunt videntur mihi errare. Quemadmodum enim flamma nõ potest oppimi: nã circa id diffugit quo vrgetur: quẽadmodum aer verbere: ac ictu non læditur: ne scinditur quidem: sed circa id cui cessit: refunditur. sic animꝰ qui ex tenuissimo constat: deprehendi non potest: nec intra corpus affligi: sed beneficio subtilitatis suæ per ipsa quibus præmitur: erumpit. Quomodo fulmini etiam cum latissime percurrerit ac fluxit: per exiguum foramen est reditus: sic animo qui adhuc tenuior est igne per omne corpus fuga est. Itaqꝫ de illo quærendum est: an possit immortalis esse. Hoc quidem certũ habe: si superstes est corpori propter illud nullo genere mori posse: propter quod non perit: quoniã nulla immortalitas cum exceptione: nec quicqꝫ noxiuz æterno est. Vale.

Explicit liber septimus.

Incipit liber octauus. Epistola quinquagesimanona De multiplici rex diuisione & differentia. vbi exemplo Platonis ostendit: qualit parsimonia ducat ad senectutẽ: cuiꝰ senectutis bonum: nec concupiscendum: nec recusandum.

Vanta nobis verborum paupertas: immo ægestas sit: nũqꝫ magis ꝙ hodierno die intellexi. Mille res inciderunt: cum forte de Platone loquerẽmur: quæ nomina desiderarent: nec haberent. Quædam vo cum habuissent fastidio nostro perdidissent. Quis autem ferat in ægestate fastidiuz hunc quem græci œstron vocãt: pecora peragentem: & totis saltibus dissipantem: asiluz nostri vocabant. Hoc Virgilio licet credas: Est lucos silari circa ilicibusqꝫ virentem. Pluribus alburnum volitans: cui nomen asilo Romanum est. œstrum græci vertere vocantes. Asper acerba sonans: quo tota exterrita siluis. Diffugiunt armenta. Puto intelligi istud verbum iuterijsse: ne te longe differam. Quædaz simplicia in vsu erant: sicut cernere ferro: inter se dicebantur. Idẽ Virgilius hoc probabit tibi. Ingentis genitos diuersis partibꝰ orbis. Inter se coijsse viros: & cernere ferro. Quo nũc decernere dicimꝰ: simplicis illius verbi vsus amissus est. Dicebãt antiqui: si iusso: id est iussero. Hoc nolo mihi credas: sed fideli Virgilio. Cæteraqꝫ iusso: mecum manus inferat arma. Non id ago nunc hac diligentia: vt ostendam quãtum tempus apud grammaticũ perdiderim: sed vt ex hoc intelligas: quantũ apud Ennium & Actium verborum situs occupauerit. cum apud hunc quoqꝫ: qui quotidie excutitur: aliqua nobis subducta sint. Quid sibi inquis ista præparatio vult: quo spectat: non celabo te. Cupio si fieri potest: propicijs auribus tuis quid sentiam dicere: si minus dicam: & iratis. Ciceronẽ auctorem huius verbi habeo: puto locupletem. si recentiorem quæris: Fabianum disertum & elegantem: orationis etiam ad nostrum fastidiuz nitide. Quid enim fiet mi Lucilli: quomodo dicetur? Visa res necessaria: naturã continens fundamentum omnium. Rogo itaqꝫ permittas mihi hoc verbo vti. Nihilominus dabo operam: vt ius a te datum: parcissime exerceam: fortasse cõtentus ero mihi licere Quid proderit facultas tua: cũ ecce id nullo modo latine exprimere possim. propter quod linguæ nostræ conuicium fec. Magis damnabis angustias Romanas: si scieris. Vnam syllabam esse quam mutare non possum: quæ sit hæc quæris? duri tibi videor ingenij in medio positam sic posse transferre: vt dicam quod est. Sed multum interesse video. Cogor verbum pro vocabulo ponere: sed id necesse est ponam: quod est sex modis hoc a Platone dici. Æmiꝰ noster homo eruditissimus hodierno die dicebat: omnes tibi exponam: si ante iudicauero esse aliquid genus & speciez. Nunc autem illud genus primum quærimus: ex quo cæteræ species suspensæ sunt: a quo nascitur omnis diuisio: quo vniuersa cõprehẽsa sunt. Inuenietur autẽ si cœperimus singula retro legere. Sic enim pducemur ad primum Homo species est: vt Aristoteles ait. Equus species est. Canis species est. Ergo cõmune aliquod quærendum est: his omnibus vinculum: quod illa complectatur & sub se habeat. hoc quid est? animal. ergo genus esse cœpit horum oium quæ modo rettuli: hominis: equi canis: animal. Sed sunt quædaz quæ aiam habent: nec sunt animalia. Placet enim satis & arbustis aiam inesse: itaqꝫ viuere & mori illa dicemus. Ergo animantia superiorem tenebunt locum: quia & animalia in hac forma sunt & sata. Sed quædaz anima carent: vt saxa

Itaqꝫ erit aliquid animantibus antiquius corpus. Sed hoc sic diuidam: vt dicã. Corpa omnia: aut animalia esse: aut inanimalia: etiam nunc est aliquid superius q̃ corpus. Dicamus enim quædam corporalia esse: quædam incorporalia esse. Quid erit ergo ex quo hæc deducantur? 7 illud cui nomen modo parũ proprium imposuimus: quod est. Sic enim in species secabitur: vt dicamus: quod est. Aut corporale est: aut incorporale. Hoc ergo genꝰ est primum 7 antiquissimum: 7 vt ita dicam: generale. Cætera quidem genera sunt: sed specialia: tanq̃ homo genus est. Habet enim ĩ se nationũ species: Græcos: Romanos: Parthos. Colorum: albos: nigros: flauos. Habet singulos: Catonem: Ciceronem: Lucretium. Itaqꝫ quod multa continet: in genus cadit. quod sub alio est in speciẽ. illud genus quod est generale supra se nihil habet: initium rerum est: omnia sub illo sunt. Stoici volunt superponere huic: etiam nunc aliud genus magis principale. de quo statim dicam: si prius illud genus: de quo locutus sum: merito primum poni docuero: cum sit rerum omnium capax: quod est. In has species diuido: vt sint corporalia: aut incorporalia: nihil tertium est. Corpus quomodo diuido? Vt dicam. Aut animantia sunt: aut inanimantia. Rursus animãtia quẽadmodum diuido? Vt dicam. quædam animum habent: quædam tantuꝫ animã. Aut sic: quædam impetum habent: incedunt: transeunt: quædam solo affixa radicibus aluntur: crescunt. Rursus animalia: in quas species seco? aut mortalia sunt aut immortalia. Primum genus stoicis quibusdam videtur. Quod quare videatur subiciam. In rerum inq̃unt natura: quædam sunt: quædam non sunt. 7 hæc autẽ quæ non sunt rerũ natura complectitur: quæ animo succurrũt: tanq̃ centauri: gigantes: 7 quicquid aliud falsa cogitatione formatum: habere aliquam imaginem cœpit: cuius non habeat substantiam. Nunc ad id quod tibi promisi: reuertor. quomodo quæcũq̃ sunt in sex numeros Plato partiat. primũ id qd̃ est: nec visu: nec tactu: nec vllo sensu cõprehẽdit: cogitabile est. Quod generaliter est: tanq̃ homo generalis sub oculos non venit: sed specialis venit. Vt Cicero 7 Cato: Animal non videtur: sed cogitatur. Videtur autem species eius: equus 7 canis. Secũduꝫ ex his quæ sunt ponit Plato: quod eminet 7 exuperat omnia. Hoc ait per excellentiaꝫ esse Poeta communiter dicitur: omnibus versus facientibus: hoc nomen est: sed iam apud græcos in vnius notam cessit. Homerum intelligas: cum audieris poetam. Quid ergo? hoc est de his scilicet maior 7 potẽtior cunctis. Tertium genus est eorum: quæ propria sunt innumerabilia sunt hæc: sed extra nostrum posita conspectum. Quæ sint interrogas? Propria Platonis supellex est. Plato Ideas vocat: ex quibus omnia quæ sunt: quæcunq̃ videmꝰ fiunt: 7 ad quas cũcta formant. Hæ immortales: immutabiles: inuiolabiles sunt Quid sit Idea: id est q̃d Platoni esse videat. audi. Idea est eorꝫ quæ naturaliter fiũt exẽplar æternũ. Additã diffinitiõi iterpretationẽ: quo tibi res aptior fiat. Volo imaginẽ tuã facere. Exẽplar picturæ tuæ habeo: ex quo capit aliquem habitũ mens nostra: quẽ operi suo imponat. Ita illa quæ me docet 7 instruit facies: a qua petit imitatio: idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet rerum natura: hominum: piscium: arborum: ad quæ quodcunq̃ fieri ab illa debet: exprimitur. Quartum locum habebit idos. Quid sit hoc idos attendas oportet: 7 Platoni imputes: non mihi hanc rerum difficultatem. Nulla est aũt sine difficultate subtilitas. Pauloante pictoris imagine vtebar. Ille cum reddere Virgilium coloribus vellet: ipsum intuebatur. Idea erat Virgilij facies: futuri operis exemplar. Et hac quod artifex trahit: 7 operi suo imposuit: idos est. Quod intersit quæris? Alterum exemplar est: alterum forma ab exemplari sumpta 7 operi imposita. alteram artifex imitat: alteram facit. habet aliquam faciem statua: hæc est idos. habet aliquam faciẽ exemplar ipsiuꝫ quod intuens opifex statuam figurauit: hæc idea est. Etiam nunc si aliam desideras distinctionem. Idos in opere est. Idea extra opus est: nec tantum extra opus est: sed ante opus. Quintum genus est eorum quæ communiter sunt. hæc incipiunt ad nos pertinere hæc sunt omnia: homines: pecora: res. Sextum genus est eorum quæ quasi sunt tanq̃ manent: tanq̃ tempus: quæcunq̃ videmus: aut tangimus. Plato in illis nõ numerat: quæ esse proprie putat. fluunt enim: 7 in assidua diminutione atq̃ adiectione sunt. Nemo nostrum idem est in senectute: qui fuit iuuenis. Nemo nostrum est mane: qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminũ more. Quicquid vides: currit cum tempore: nihil ex his quæ videmꝰ manet. Ego ipse duꝫ loquor imutari ista: mutatus suꝫ. Hoc est quod ait Heraclitus

in idem flumen bis descendimus: ⁊ nō descendimus. Manet enim idem fluminis nomen. Aqua transmissa est. Hoc in amne manifestius q̄ in homine. Sed nos quoq; non minus velox cursus prætereuehit. Et ideo admiror dementiam nostram q̄ tantopere amamus rem fugacissimam corpus: timemusq; ne quando moriamur: cum omne momentum mors prioris habitus sit. Vis non timere: ne semel fiat: quod quotidie fit? De homine dixi fluida materia ⁊ caduca: ⁊ omnibus obnoxia causis. Mundus quoq; æterna res: ⁊ inuicta: mutat: nec idem manet: q̄uis hæc oia in se habeat: quæ habuit: aliter habet q̄ habuit: ordinē mutat. Quid inquis mihi ista subtilitas proderit? Si me interrogas: nihil. Sed quemadmodum ille celator: oculos diu intentus: ac fatigatos remittit: atq; aduocat: ⁊ vt dici solet pascit. sic nos animū aliquando debemus relaxare: ⁊ quibusdā oblectamentis reficere: sed ipsa oblectamenta opera sint. Ex his quoq; si obseruaueris inuenies: quod possit fieri salutare. Hoc ego Lucilli facere soleo: ex omni natione: etiaz si longissime a philosophia auersa est: erare aliquid conor: ⁊ vtile efficere. Quid de istis capiā: quæ modo tractauimus. remotis a reformatione morum: quomodo meliorē me facere ideæ Platonicæ possunt? Quid ex istis trahā: quod cupiditates meas comprimat? Vel hoc ipsum q̄ omnia ista quæ sensibus seruiunt: quæ nos accendūt: irritant. negat Plato ex his esse quæ vere sint. Ergo ista imaginaria sunt: ⁊ ad tempus aliquam facem ferunt. nihil horum stabile: ac solidum est: ⁊ nos tamen cupimus: tanq; aut semper futura: aut semper habituri. Imbecilli fluidiq; iter nulla cōstituimus. Ad illa mittamus animum: quæ æterna sunt. Niremur in sublimi volitantes rerum omnium formas: deumq; inter illa versantem: ⁊ hæc prouidentē. quemadmodum quæ immortalia facere non potuit: quia materia prohibebat: defendat a morte ac ratione vicium corporis vincat. Manēt enim cuncta: nō quia æterna sunt: sed quia defenduntur cura regentis. immortalia tutore non egent. Hæc conseruat artifex fragilitatem materiæ vi sua vincens. Contemnamus omnia quæ adeo preciosa non sunt: vt an sint omnino dubium sit. illud simul cogitemus: si mundum ipsum non minus mortalē: q̄ nos sumus prouidentia periculis eximit. Potest tamen aliquatenus nostra quoq; prouidētia: longiorem prorogare huic corpusculo moram: si voluptates quibus morum pars maior perit. potuerimus regere ⁊ coercere. Plato ipse sese ad senectutem sic diligentia protulit. erat quidē corpus validum: ac forte fortitus: ⁊ illi nomen latitudo pectoris fecerat: sed nauigationes: ac pericula multum detraxerant viribus. parsimonia tamen: ⁊ eorum quæ auiditatem euocant modus: ⁊ diligens sui tutela produxit illum ad senectutē: multis prohibentibus causis. Nam hoc scis puto Platoni diligentiæ suæ beneficio contigisse: q̄ natali suo decessit: ⁊ annum vnum atq; octogesimum impleuit sine vlla deductione. Ideo magi: qui forte Athenis erant: immolauerunt defuncto: amplioris fuisse sortis: q̄ humanæ rati: q̄ consummasset perfectissimum numerum: quem nouem nonies multiplicata cōponunt. Nō dubito quin paratus esset: paucos dies ex ista summa ⁊ sacrificiū remittere. Potest frugalitas producere senectutem: quam vt non puto concupiscendam: ita ne recusandam quidem. Iucundum est secum esse q̄diutissime: cum quis se dignum quo frueretur effecit. Itaq; de isto feram sententiam: an oporteat fastidire senectutis extrema: ⁊ finem non operiri: sed manu facere. Prope est a timente qui fatum segnis expectat. sicut ille vltra modum deditus vino est qui amphoram exiccat: ⁊ fecem quoq; exorbet. De hoc tamen quærem pars summa vitæ: vtrea fex sit: an liquidissimū ac purissimum quiddam. si modo mens sine iniuria ⁊ integri sensus animum iuuant: nec defectum ac præmortuum corpus est. Plurimum enim refert: vitam aliquis extendat: an mortem. Est enim si inutile in ministerijs est corpus: quid ni oporteat educere animam laborantem. ⁊ fortasse paulo ante q̄ debet faciendum est: ne cum fieri debebit facere non possis: ⁊ magis periculum sit male viuendi: q̄ cito moriēdi. Stultus est qui non exigua temporis mercede aliena redimit. Paucos longissima senectus ad mortē sine iniuria pertulit. multis iners vita sine vsu sui iacuit. Quanto deinde crudelius iudicas aliquid ex vita p̄didisse: q̄uis finienda. Noli me inuitus audire: tanq; ad te iam pertineat ista sententia: sed quid dicam existima. Non relinquam senectutem si me totum mihi reseruabit: totum autem ab illa parte meliore. Est si cœperit cōcutere mentem: si partes eius conuellere: si mihi non vitam reliquerit: sed animam: prosiliam ex ædificio pūtrido ac ruenti: morbum morte non fugiam dumtaxat sanabilem: nec officientem animo: nō afferam

mihi manus propter dolorem sic mori vinci est. hunc tamen si sciero perpetuo mihi esse patiendum: cibo non propter ipsum: sed quia impedimento mihi futurus est ad omne propter quod viuitur. Imbecillus & ignauus est: qui propter dolorem moritur. Stultus qui doloris causa viuit. Sed in longum exeo. Est praeterea materia: quae deducere die mento possit. & quomodo finem vitae imponere poterit: qui epistolae nō potest. Vale ergo: qui libentius mecum multis moras lecturus es. Vale.

Epistola sexagesima Quod verba philosophi nec minus accurata esse debent nec arida. Et de tribus generibus ad philosophiam tendentibus.

Vnus tibi accuratas a me epistolas mitti quereris. quis enim accurate loquitur: nisi qui vult putide loqui? Qualis sermo meus esset: si vna sederimus: aut ambularemus: illaboratus & facilis. Tales volo esse epistolas meas: quae nihil habeant accersitum: nec fictum. Sed fieri posset quid sentiam: ostendere: & loqui mallem: etiam si disputarem: nec supploderem pedem: nec manum iactarem: nec attollerem vocem. sed ista oratoribus reliquissem: contentus sensus meos ad te pertulisse: quos nec exornassem: nec abiecissem. Hoc vnum plane tibi approbare vellem: omnia me illa sentire quae dicerem: nec tantum sentire: sed amare. Aliter homines amicam: aliter liberos osculantur: tamē in hoc quoq; amplexu: tam sancto: & moderato satis apparet affectus. Non mehercule ieiuna esse & arida volo: quae de rebus tam magnis dicentur. Neq; enim philosophia ingenio renunciat: multum tamen opere impendi verbis non oportet. Haec sit propositi nostri summa. Quod sentimus loquamur: quod loquimur sentiamus. concordet sermo cū vita. Ille promissum suum implevit: quia & cum videas illum: & audias: idem est. Videbimus qualis sit: quantus sit: an vnus sit. non delectent verba tantum sed prosint. Si tamen contingere eloquentia: nō sollicito potest: si aut parata est: aut paruo cōstat: assit: & res pulcherrimas prosequatur. sit talis: vt res potius & se ostendat. Illae artes ad ingenium totae pertinent hic animi negocium agitur. Non quaerit aeger medicum eloquentē: sed ita competit vt idē ille qui sanare potest compte de his quae facienda sunt: disserat: boni consulat. non tamen erit quare degratuletur sibi q; inciderit in medicum etiam disertū. Hoc enim tale est: quale si peritus gubernator etiam formosus est. Quid aures meas scalpis? Quid oblectas? Aliud agitur: vrendus: secandus: abstinendus sum. Ad hoc adhibitus es: curare debes morbum veterem: graue primum. Tantum negocij habes: quantū in pestilentia medicus: circa verba occupatus es: iamdudum gaude: si sufficis rebus. Quandoq; multa dices: quādoq; quae didiceris affiges tibi ita: vt excidere non possint quando illa experieris. Nō enim vt cetera memoriae tradidisse satis est in opere tentanda sunt. nō est beatus qui scit illa: sed qui facit Quid ergo infra illum operis gradum: nulli gradus sunt. statim a sapientia praeceps est: nō vt existimo. Nam qui proficit in numero quidem stultorum est: magno tamen interuallo ab illis diducitur. Inter ipsos quoq; proficientes: sunt magna discrimina. in tres classes: vt quibusdam placet: diuiduntur. Primi sunt: qui sapientiam nondum habent: sed iam in vicinia eius constiterunt: tamen etā quod prope est: ex hora est. Qui sint inquiris? Qui omnes iam affectus ac vicia posuerunt: quae erant complectenda didicerunt. Sed illis adhuc inexperta fiducia est: bonum suum nondum in vsu habent: iam tamen in illa quae fugierunt: desidere non possunt. iam ibi sunt vnde non est retro lapsus. sed hoc illis de senō dum liquet. & quod in quadam epistola scripsisse me memini: scire se nesciunt. Nam contingit illis bono suo frui: nondum confidere. Quidam hoc proficientium genus: de quo locutus sum: ita complectuntur: vt illos dicant iam effugisse morbos animi affectus nondum & adhuc in lubrico stare: quia nemo sit extra periculum malitiae: nisi qui totam eam excussit Nemo autem illam excussit: nisi qui pro illa sapientiam assumpsit. Quid inter morbos animi intersit & affectus: saepe iam dixi. Nunc quoq; te admonebo. Morbi sunt inueterata vicia & dura: vt auaritia: vt ambitio nimia. Haec cum semel animum coeperunt: implicuerunt: & perpetua eius mala esse coeperunt. vt breuiter finiam: Morbus est vitium in paruo pertinax tāq; valde expetenda sint: quae leuiter expetēda sunt. Vel si maius ita finiamus minus imminere: leuiter petendis vel ex toto non petendis: aut in magno precio habere: in aliquo habenda: vel in nullo. Affectus sunt motus animi improbabiles: subiti: & cōcitati

qui frequentes neglectiq; fecere morbum. Sic distulatio vna: nec adhuc in morez adducta tussim facit: assidua 7 vetus per tussim. Itaq; qui plurimum profecere extra morbos sunt: affectus adhuc sentiunt profectui proximi. Secundum genus est eorum qui 7 mala animi maxima 7 affectus deposuerunt: sed ita vt non sit illis securitatis suæ certa possessio. Posſ' sunt enim in eadem relabi. Tertium illud genus extra multa 7 magna vicia est: sed nõ ex' tra omnia. effugit auaricam: sed iram adhuc sentit. Jam non sollicitatur libidine: 7 nunc etiam ambitionem sentit. Jam non concupiscit: sed adhuc timet: 7 in ipso mœtu ad quæ' dam satis firmus est: quibusdã cedit: mortẽ contemnit: dolorem reformidat. De hoc loco aliquid cogitemus: bene nobiscum agetur si in hunc admittimur numerum: magna fœli citate naturæ: magnaq; 7 assidua intentione studij: secundus occupatur gradus. Sed ne cõ temnendus: hic quidem est color tertius. Cogita quantuz circa te videas malorum. Aſpi' ce: q̃ nullum sit nephas sine exemplo: quantum quotidie nequicia proficiat: quantum pu blice priuatimq; peccatur. Intelliges satis nos consequi: si inter pessimos nõ simus. Ego ẏo iquis spero me posse: 7 amplioris ordinis fieri. optauerim hoc nobis: magis q̃ promiserim Præoccupati sumus ad virtutem: contendimus inter vicia districti: pudet dicere: honesta colimus: quãtum vacat. Ait q̃ grande premiũ expectam⁹: si occupationes nostras: 7 mala tenacissima abrũpim⁹. Non cupiditas nos: nõ timor pellet: inagitati terroribus: ĩcorrupti voluptatibus: nec mortem horrebimus: nec deos. Sciemus mortẽ maluz nõ esse: deos ma iores non esse. Tam imbecillum est quod nocet: q̃ cui nocetur. Optima vi noxia carent: ex' pectant nos: ex hac aliquando fece in illud euadimus sublime 7 excelsum: quod est tran quillitas animi: expulsis erroribus: absoluta libertas. Quæris quæ sit ista? non homines timere: nec deos: nec turpia velle: nec nimia: in seipsum habere maximaz potestatem. Inesti mabile bonum est suum fieri. Vale.

Epistola sexagesimaprima. De vero 7 inani gaudio. Et quomodo sapientem in periculo vitæ huius iræ oportuerit semper virtutibus esse cõuictũ. Vbi eos notat: qui nimis adulatoribus suis indulgent.

Agnam ex epistola tua percæpi voluptatẽ. permitte enĩ mihi vti verbis publicis nec illa ad significationem stoicam reuoca. Vicium esse voluptatem credimus: sic sane. ponere tamen illam solemus: ad demonstrandam animi bilarem affectionẽ Scio inquam 7 voluptatem: si ad nostrum aluum verba dirigimus: rem infamem esse: 7 gaudium: nisi sapienti non contingere. Est enim animi elatio: suis bonis viribusq; fidẽtis Vulgo tamen sic loquimur: vt dicamus magnum gaudium: nos ex illius consulatu: aut ex nuptijs: aut ex partu vxoris percæpisse. Quæ adeo nõ sunt gaudia: vt sæpe ĩtia futuræ tristiciæ sint. gaudio autem iunctum est: non desinere: nec in contrarium verti. Itaq; cuz di cit Virgilius noster: Et mala mentis gaudia. Diserte quidem dicit: sed parũ proprie. Nul lum enim malum gaudiũ est. voluptatibus hoc nomen imposuit: 7 quod voluit expressit Significauit enim homines malo suo lætos. tamen ego non immerito dixerã: cæpisse me magnam ex epistola tua voluptatem: q̃uis ex nomine: ista causa imperitus homo gaudeat tamen affectum eius impotentem: 7 in diuersum statum inclinaturum voluptatem voco opinione falsi boni motam: 7 ĩmoderataz: 7 immodicam. Sed vt ad propositum reuertar audi quid me in epistola tua delectauerit. Habes verba in potestate: non effert te oratio: nec longius q̃ destinasti trahit. Multi sunt qui ad id quod non proposuerant scribere: ali' cuius verbi placentis decore vocentur. Quod tibi non euenit: pressa sunt omnia: 7 rei apta ta. Loqueris quantum vis: 7 plus significas: q̃ loquaris. hoc maioris rei indiciũ est. Ap' paret animum quoq; nihil habere superuacui: nihil timidi. Inuenio tamen translationes verborum: vt non temerarias: ita non indecoras: itaq; periculum sui fecerint. Inuenio ima gines: quibus si quis nos vti vetat: 7 poetis illa solis idicat esse concessas. neminem mihi videt ex antiquis legisse: apud quos nõdũ captabat plausibilis oratio. illi qui simpliciter 7 demonstrandæ rei causa: 7 loquebantur parabolis referti sunt: quas existimo necessarias non ex eadẽ causa qua poetis: sed vt imbecillitatis nostræ adminicula sint: 7 vt dicentez; audientem: in rem præsentem adducant. Sextium ecce cum maxime lego virũ acrem grae' cis verbis: romanis moribꝰ philosophantez: mouet me imago ab illo posita: ire quadrato

agmine, exercitum: vbi hostis ab omni parte suspectus est pugnæ paratum. Idem inquit sapiens facere debet. Omnes virtutes suas vndiq; expandat: vt vbicunq; infesti aliquid orietur: illic parata præsidia sint: & ad nutum regentis sine tumultu respondeant. quod in exercitibus his: quos Imperatores magni ordinant fieri videmus: vt imperiū ducis simul omnes copiæ sentiant: sic dispositæ vt signum ab vno datum: peditem simul equitemq; percurrat. Hoc aliquanto magis est necessariū nobis ait: illi sæpe hostem timuere sine causa tutissimūq; illis iter: quod suspectissimum fuit. nihil stulticia peccatum habet: tam superne illi mœtus est: & infra. vtrunq; trepidat latus: sequuntur pericula & occurrunt ad omnia pauet: impenta est: & ipsis terretur auxilijs. Sapiēs autem ad omnem incursum munitus est & intentus. Non si paupertas: non si luctus: non si ignominia: non si dolor impetuz faciat. pedem refert territus: & contra illa ibit: & inter illa. Nos multa alligant: multa debilitant: diu in istis vicijs iacuimus. Elui difficile est. non enim inquinati sumus: sed infecti nec ab alia imagine ad aliam transeamus. hoc quæraz quod semper mecū despicio. Quid ita nos stulticia tam pertinaciter teneat. Primo quia non fortiter illam repellim⁹: nec toto ad salutem impetu vtimur. Deinde quia illa quæ a sapientibus viris reperta sunt: non satis credimus: nec apertis pectoribus haurimus: leviterq; tam magnæ rei insistimus. Quēadmodum autem potest aliquis quantum satis sit aduersus vicia discere: qui quantum a vicijs vacat: discit. Nemo nostrum in altū descendit: summa tantū decerpimus: exiguūq; temporis impendisse philosophiæ satis abundeq; occupatus fuit. illud præcipue impedit quod ato nobis placemus: si inuenimus: qui nos bonos viros dicat: qui prudentes: qui sanctos: ignoscimus: non sumus modica laudatione contenti: quicquid in nos adulatio sine pudore congessit tanq; debitum prendimus: optimos nos esse: sapientissimos affirmātibus assentimur: cum sciamus illos sæpe multa mentiri. Ideo quoq; idulgemus nobis vt laudare velimus: in id cui contraria tam maxime facimus. Nitissimū ille seipsis in supplicijs audit: in rapinis liberalissimum: in ebrietatibus: ac libidinibus temperatissimum. Sequitur itaq; vt ideo mutari nolimus: quia nos optimos esse credimus. Alexander cuz iam in India vagaretur: & gentes ne finitimis quidem satis notas bello vastaret: in obsidione cuiusdam vrbis circuiit muros: & cū imbecillissima mœnium quærit sagitta ictus: diu persedere: & inceptа agere perseuerauit. Deinde cum represso sanguine sicci vulneris dolor creseceret: & crus suspensum equo: paulatim obturpuisset: coactus assistere. Omnes iquit iurant esse me Iouis filium: sed vulnus hoc hominem esse me clamat. Idem nos facimus pro sua quenq; portione: adulatio infatuat. Dicamus: Vos quidem dicitis me esse prudētem. Ego autem video q̄ multa inutilia concupiscam: nocitura optem. ne hoc quidem intelligo: quod animalibus sacietas monstrat: quis cibo debeat esse: quis potioni modus: quātum capiam adhuc nescio. Jam docebo quemadmodum intelligas te non esse sapientem. Sapiens ille plenus est gaudio: hilaris: placidus: incōcussus: cum dijs ex pari viuit. Nūc ipse te consule: si nūq; mœstus es: nulla spes animum tuum futuri expectatione sollicitat. Si per dies noctesque par & æqualis animi tenor erecti & placentis sibi est. Peruenisti ad humani boni summam: sed si appetis voluptates: & vndiq; & omnes: scito tantum tibi ex sapientia quantum ex gaudio deesse. Ad hoc cupis peruenire: sed erras qui inter diuitias illuc te venturum esse speras. inter honores idem gaudiuz: inter sollicitudines quæris. ista quæ sic petis tanq; datura lætitiam ac voluptatem: causæ doloris sunt. Omnes inquā illi tendunt ad gaudium: sed vnde stabile magnūq; consequantur: ignorant. ille ex conuiuijs ex luxuria. ille ex ambitione: & circumfusa dicentium turba. ille ex amica. alius ex studiorum liberalium vana ostentatione: & nihil sanantibus litteris. omnes istos oblectamenta fallacia: & breuia decipiunt. sicut ebrietas quæ vnius horæ hilarem insaniam: longi temporis tedio pensat: sicut plausus & acclamationis secūdæ fauor: qui magna sollicitudine: & paret & est: & expiādus. Hoc ergo cogita hunc esse sapientiæ effectum: gaudij qualitatem. talis est sapientis animus: qualis mundus super lunam: semper illic serenū est. Habes ergo quare velis sapiens esse: quia nunq; sine gaudio est. gaudium hoc non nascitur: nisi ex virtutum conscientia. non potest gaudere: nisi fortis: nisi iustus: nisi temperans. Quid ergo inquis Stulti ac mali non gaudent: non magis q̄ prædam nacti leones: cum fatigauerūt se vino ac libidinibus: cum illos vox inter vicia defiat: cum voluptates angusto corporis vltra q̄

capiebat ingeste: superare cœperunt. Tunc exclamant miseri Virgilianum illum versum: Nanq; vt supremam falsa inter gaudia noctem: egerimus. Nosti omnem luxuriosi nocte inter falsa gaudia. & quidem tanq; supremam agunt illud gaudium: quod deos: deorumq; æmulos sequitur: non interrumpitur: non desinit: desineret si præfinitum esset aliunde: quia nō est alieni muneris: nec arbitrij quidem alieni est. Quod non dedit: fortuna nō eripit. Vale.

Epistola sexagesima secunda. Ambitionem & superfluitatem damnat.

Vero: litigo: irascor: & iam nunc optas: quod tibi optauit nutrix tua: aut pædagogus: aut mater: nondum intelligis: quantum mali optauerūt. O q̄ inimica nobis sunt vota nostrorum: eo quidem inimicitiora quo cessere fœlicius. Iam nō admiror: si omnia nos a prima puericia mala sequuntur: inter execrationes parentū creuimus. Exaudiant dij quoq; nostram pro nobis vocem gratuitam: quousq; poscemus aliquid deos: quasi ita nondum ipse alere nos possimus: q̄diu fationibus implebimus magnas vrbium campos: q̄diu nobis populus metet: q̄diu vnius mensæ frumentum multa nauigia: & quidem non ex vno mari subuehent: taurus paucissimorum iugerum pascuo impletur: vna silua elephantis pluribus sufficit. Homo & terra pascitur & mari. Quid ergo: Tā insaciabilem nobis aluum natura dedit: cum tamen modica corpora dedisset: vt vastissimorum animalium auiditatem vinceremus. Minime. Quantulum est enim quod naturæ datur: paruo illa dimittitur. Non fames nobis ventris nostri magno constat: sed ambitio. Nos itaq; vt ait Sallustius: ventri obedientes: animalium loco numeremus: non hominum. quosdam vo ne animalium quidem: sed mortuorum. Viuit is qui multis vsui est. Viuit is qui se vtitur. Qui vo latitant: & turpent: sic in domo sunt: quomodo in conditiuo. Horum licet in limine ipso nomen marmori inscribas: mortem suam anteceſſerunt. Vale.

Epistola sexagesima tertia. Quomodo sapiens ad mortem paratum debet habere animum.

Estimamus quod volumus velle. Ego certe id ago senex: ne eadē velle videar: quæ puer volui. In hoc vnum eunt dies: eunt in hoc noctes. hoc opus meum est. hæc cogitatio imponere veteribus malis finem. Id ago vt mihi instar totius vitæ dies sit. Nec mehercule tanq; vltimus rapio: sed sic illum aspicio: tanq; esse vel vltimus possit. Hoc animo hanc epistolam tibi scribo: tanq; me maxime scribentem mors euocatura sit. paratus sum exire: & ideo fruar vita. quia q̄diu hoc futurum sit: hoc nemini panditur. Ante senectutem curaui vt bene viuerem: in senectute vt bene moriar. bene autem mori: est libenter mori. Da operam: ne quid vnq̄ inuitus facias. quicquid futurum esse: necesse est repugnanti. in volentem necessitas non est. Ita dico qui imperia libens excipit: partem acerbissimam seruitutis effugit facere quod nolit. Non qui iussus aliquid facere miser est: sed qui inuitus facit. Itaq; sic animum componamus: vt quicquid res exigit id velimus: & imprimis finem nostri sine tristicia cogitemus. Ante ad mortem q̄ ad vitæ præparandi sumus. satis instructa vita est: sed nos instrumento eius auidi sumus. deesse aliquid nobis videtur & semper videbitur. vt satis vixerimus: nec anni: nec dies faciēt: sed animus. Vixi Lucilli charissime: quantum satis erat: mortem plenus expecto. Vale.

Epistola sexagesima quarta De simulata & affectata occupatione. Et q̄ breuissima adhuc nos per contemptū diuitiarū via est.

Entiuntur qui sibi obstare ad studia liberalia turba negotiorum videri volunt. simulant occupationes: & augent: & ipsi se occupant. Vaco Lucilli: vaco: & vbicunq; sum: ibi meus sum. Hebus enim me non trado: sed commendo. Nec consecto: perdendi temporis causas: & quocunq; constiti loco: ibi cogitationes meas tracto: & aliquid in animo salutare conuerso. Cum me amicis dedi: nō tamē mihi abduco

nec cum illis moror: quibus me tempus aliquod congregauit: aut causa ex officio nata ciuili: sed cum quoq; optimo sum ad illos in quocunq; loco: in quocunq; seculo fuerint. animum meum mitto. Demetrium virorum optimum mecum circumfero: & relictis conciliatis: cum illo seminudo loquor: illum admiror. Quid ni admirer? Vidi nihil ei deesse contemnere aliquis omnia potest: omnia habere nemo potest. breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum via est. Demetrius autem noster sic viuit: nō tanq; contempserit omnia: sed tanq; alijs habenda permiserit. Vale.

Epistola sexagesimaquinta. Consolatio de amico defuncto.

Dolere fers decessisse Flaccum amicum tuū: plus tamen æquo dolere te nolo. Illud vt non doleas vix audebo effigere a te: & esse melius scio. Sed cui ista firmitas animi continget: nisi iam multum supra fortunam elato. illum quoq; ista res vellicabit: sed tantum vellicabit. Nobis autem ignosci potest prolapsis ad lachrymas: si non nimiæ decurrerunt: si ipsi illas repressimus. Nec sicci sint oculi amisso amico: nec fluāt. lachrymandum est: non plorandum. Duram tibi legem video ponere: cum poetarum græcorum maximum: ius flendi dederit: in vnum duntaxat diem: cum dixerit etiam Niobā de abo cogitasse. Quæris vnde sint lamētationes? vnde immodici fletus? per lachrymas argumēta desiderij quærimus: & dolorem non sequimur: sed ostendimus. Nemo sibi tristis est. O infœlicem stulticiam: est aliqua & doloris ambitio. Quid ergo ĩquis oblinisca amici? Breuem illi apud te memoriā promittis: si cum dolore mansura est. Jam istā frontem ad risum quælibet fortuita res transfert. Non differo in longius tempus: quo desideriu omne mulcetur: quo etiam acerrimi luctus residunt. Cum primum te obseruare desieris imago ista tristiciæ discedet. Nunc ipse custodis dolorem tuū: sed custodienti quoq; elabitur: eoq; citius quo est acrior: desinit. Id agamus vt iucunda nobis amissorū fiat recordatio. Nemo libenter ad id redit: quod nō sine tormēto cogitaturus est. Sic illud fieri necesse est: vt cū aliquo nobis mortu: amissorum quos amauimus: nomen occurrat: sed hic quoq; mortuus suam habet voluptatem. Nam vt dicere solebat Attalus noster: sic amicorum defunctorum memoria iucunda est: quomodo poma quædaz sunt suauiter aspera: quomodo in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat. Cum vo interuenit spaciu: omne quod angebat extinguitur: & pura ad nos voluptas venit: si illi credimus amicos ĩcolumes cogitare: melle ac placenta frui est. Eorum qui fuerunt retractatio non sine acerbitate quadam iuuat. Quis autem negauerit hæc acria quoq; & habentia austeritatis aliquid: stomachū excitare? Ego non idem sentio. Mihi amicorum defunctorum cogitatio dulcis & blanda est. habui enim illos tanq; amissurus: amisi tanq; habeam. Fac ergo mi Lucilli quod æquitatem tuaz decet: desine beneficium fortunæ male interpretari. abstulit: sed dedit. Ideo amicis auide fruamur: quia q̄diu contingere hoc possit: incertum est. Cogitemus q̄ sæpe illos reliquerimus in aliquam peregrinationem longinquam exituri: q̄ sæpe eodem morantes loco non vidimus. intelligemus plus nos temporis in viuis perdidisse. Feras autem hos qui cum negligentissime amicos habeant miserrime lugent: nec amāt quenq; nisi perdiderint. Ideoq; tunc effusius mœrent: quia verentur ne dubium sit an amauerint. Sera iudicia affectus sui relinquūt & quærūt. Si habem⁹ alios amicos: male de his & mœremur & existimam⁹: qa pax valēt in vnius elati solaciū: si nō habemus maiorē iniuriaz ipsi nobis fecim⁹: quā a fortuna accepim⁹. illa vnū abstulit: nos quēcunq; nō fecim⁹. deinde nec vnū quidem nimis amauit: q plus q̄ vnū amare nō potuit. Si quis despoliatus amissa tunica vnica: cōploare se malit q̄ circūspicere: quomodo frigus effugiat: & aliq̄d ĩueniat quo tegat scapulas: nōne videat tibi stultissim⁹? Quē amabas extulisti: quære quē ames. Sati⁹ est amicū repare q̄ flere. Scio præteritū iaz hoc est q̄d adiecturus sum. nō ideo tamē ptermittā: qa ab oibo dictū est. Finē dolēdi etiaz q cōsilio suo nō fecerat: tpe iuenit. Turpissimū aūt est in hoīe pudēte remediū mœroris: lassitudo mœrendi. Malo relinquas dolorez q̄ ab illo relinquaris. Et q̄primū id facere desiste: quod etiaz si voles diu facere non poteris. Annuz fœminis ad lugendum constituere maiores: non vt tamdiu lugerent: sed ne diutius. Viris nullum legitimum tempus est: quia nullum honestū. Quam tamen mihi ex ishs mulierculis dabis vix retractis a rogo: vix a cadauere auulsis: cui lachrymæ in totū mensem

durauerint? nulla res citius in odium venit q̄ dolor: qui recens consolatorem inuenit: & aliquos ad se adduxit. Inueteratus vo deridetur: nec inerito. Aut enim simulatus: aut stultus est. Hæc tibi scribo is qui amicum Serenum charissimum mihi tam immodice fleui: vt quod minime velim: inter exempla sim eorum quos dolor vincit. Hodie tamen factum meum damno: & intelligo maximam mihi causam sic lugendi fuisse: quod nunq̄ cogitaueram: mori eū ante me posse. Hoc vnum mihi occurrebat: minorē esse: & multo minorem: tanq̄ ordinem fata seruarent. Itaq̄ assidue cogitemus tam de nostra: q̄ de omniū quos diligim⁹ mortalitate. Tūc ego debui dicere minor est Serenus meus. Quid ad rem pinet: post me mori debet: sed ante me potest. Quod quia nō feci: imparatum subito fortuna percussit: Nunc cogito omnia & mortalia esse: & incerta lege mortalia. Hodie fieri pōt: quicquid vnq̄ potest. Cogitemus ergo Lucilli charissime: cito eo nos peruenturos: quo illum puenisse mœremus. & fortasse si modo vera sapientium fama est: recipitque nos loc⁹ aliquis quem putamus perijsse permissus est. Vale.

Epistola sexagesimasexta De efficacia sermonis boni viri. Et de augenda doctrina priorum & veneratione.

Visti heri nobiscum. potest quæri: si heri tantum. Ideo adiæci nobiscum. mecum enim semper es. Interuenerant quidam amici ꝓpter quos maior fumus fieret: nō hic qui erumpere ex lautorum culinis: & terræ vigiles solet. Sed hic modicus: qui hospites venisse significet. Varius nobis fuit sermo: vt in conuiuio nullam rem vsque ad exitum adducens: sed aliunde alio transiliens. Lectus enim est deinde liber Quinti Sextij patris magni: si quid mihi credis: viri: & licet negent Stoici quantus in illo vi⁹ boni vigor est: quantum animi. Hoc non in omnibus philosophis inuenies. Quorundā scripta tantum clarum habent nomen: cætera exanguia sunt. Instituūt: disputāt: cauillantur. nō faciunt animum: quia non habent. Cū legeris Sextium: dices viuit: viget liber est: supra hominem est: dimittit me plenum ingentis fiduciæ: in quacunq̄ positione mentis sum. Cum hunc lego: fatebor tibi libet omnes casus prouocare: libet exclamare. Quid cessas fortuna congredere? paratum vides. illius animū induo: qui quærit vbi se experiat: vbi virtutem suaz ostendat. Spumantēq̄ dare pectora inter inertia votis Optat: aprūm aut fuluum descendere monte leonem. libet aliquid habere quod vincam: cuius patientiam exerceam. Nam hoc quoq̄ egregium Sextius habet: quod ostendit tibi beatæ vitæ magnitudinem nec desperationem eius faciet. scies esse illam in excelso: sed volenti penetrabilem. Hoc idez virtus tibi ipsa dabit: vt illam admireris: & tamen speres. Mihi certe multum auferre tēporis solet: contemplatio ipsa sapientiæ. Non aliter illam intueor obstupefactus: q̄ ipsum interim mundum: quem sæpe tanq̄ spectator nouus video. Veneror itaq̄ inuētæ sapientiæ inuentorescq̄ adire: tanq̄ multorum hæreditatem iuuat: mihi ista acquisita: mihi ista laborata sunt. Sed agamus bonum patremfamiliæ: faciamus amplioza: quæ accepimus: maior ista hæreditas mea a me ad posteros transcat. Multū adhuc restat operis: multūq̄ restabit. Nec vlli nato post mille sæcula præcludetur occasio aliquid ad hæc adijciendi. Sed etiam si omnia a veteribus sunt inuenta: hoc semper nouum erit vsus & inuentorum ab alijs scientia & dispositio. Puta relicta nobis medicamenta: quibus sanarentur oculi. Non opus est mihi alia quærere: sed hæc tamen modis & temporibus aptanda sunt. hoc asperitas oculorum colleuatur: hoc palpebrarum crassitudo tenuatur: hoc vis subita & humor auertitur: hoc acuitur visus. teras ista oportet & eligas tempus: adhibeas singulis modum. Animi remedia inuenta sunt ab antiquis. Quomodo autem adhibeantur: aut quādo nostri operis est quærere. Multū egerunt: qui ante nos fuerunt: sed non peregerunt suspiciendi tamen sunt: & ritu deorum colendi. Quid ni? Ego maiorum virorum imagines habeam incitamenta animi: & natales celebrem. Quid ni? Ego illos honoris causa semper appellem. Quam veneratione præceptoribus meis debeo: eandē præceptoribus humani generis a quibus tanti boni initia fluxerunt. Si consulem video: aut prætorem: omnia quibus honor haberi honori solet: faciam: equo desiliam: caput adaperiam: semita cedam. Quid ergo Marcum Catonem vtrunq̄ & Lælium sapientem: & Socratem cuz Platone & Zenonē: Cleantemq̄ in animum meū sine dignatione recipiam. Ego vo illos veneror: & tantis nominibus semper assurgo. Vale.

Epistola sexagesima septima De numero causarum mundi ꝑm varias sentẽ/
tias. ⁊ q̃ humanus animꝰ nõ hæc: sed diuina semp inspectare debet.

Eternum diem diuisi cum mala valitudine ante meridianum: illa me sibi vendi/
cauit. post meridianum mihi cessit. Itaq; lectione primum tentaui animuz: deinde
cum hanc recæpisset: plus illi imperare ausus sum: imo permittere. Aliquid scri/
psi: ⁊ quidem intentius q̃ soleo: dum cum materia difficili contendi: ⁊ vinci nolo: donec
interuenerint amici: qui mihi vim afferent: ⁊ tanq̃ ægrum intemperantem coercerent: ī lo
o stili sermo successit: ex quo eam partem ad te perferam: quæ in lite est: te arbitrum ad/
duximus. plus negocij habes q̃ existimas. Triplex causa est. Dicunt: vt scis: Stoici no/
stri: duo esse in rerum natura ex quibus omnia fiunt: causam ⁊ materiam. Materia iacet
iners: res ad omnia parata cessatura: si nemo moueat. eam autem ratio materiam formet:
⁊ quocunq; vult versat. ex illa varia opera producit. esse ergo debet vnde fiat aliquid: de/
inde a quo fiat. hoc causa est: illud materia. omis ars naturæ imitatio est. Itaq; quod de
vniuerso dicebam: ad hæc transfer quæ ab homine faciẽda sunt. Statua ⁊ materia habuit
quæ pateretur artificem: ⁊ artificem qui materiæ daret faciem. ergo in statua materia æs
fuit: causa opifex. Eadem conditio rerum omnium est: ex eo constat quod fit: ⁊ ex eo q̃d
facit. Stoicis placet vnam causam esse: id quod facit. Aristoteles putat causam tribꝰ mo/
dis dici. Prima inquit causa est materia ipsa sine qua nihil potest effici. Secunda opifex.
Tertia est forma quæ vnicuiq; operi imponit: tanq̃ statuæ. Nam hanc Aristoteles idos
vocat. Quarta quoq; inquit his accedit: ꝓpositum totius operis. Quid sit hoc aperiam.
æs prima statuæ causa est. nunq̃ enī facta esset nisi fuisset id ex quo funderet: ducereturue.
Secunda causa artifex est. non enī potuisset æs illud in habitū statuæ figurari: nisi accessis/
sent peritæ manus. Tertia causa est forma. neq; enim statua illa dorypho:os: aut diadume
nos vocaret: nisi hæc illi esset impressa facies. Quarta causa est faciendi ꝓpositum: nisi etiã
hoc fuisset: facta non esset: quod est ꝓpositum: quod inuitauit artificem: quod ille secutus
fecit: vel pecunia est. hoc si venditurus fabricauit: vel gloria si laborauit in nomen: vel reli/
gio si dõnũ templo parauit. ergo ⁊ hæc causa est ꝓpter quam fit. An non putas int̃ causas
facti operis esse numerandum: quo remoto factũ nõ esset. His quintã Plato adiecit exem/
plar: quam ipse ideam vocat. hoc est enī id ad quod respiciens artifex id quod destinabat
effecit. Nihil autẽ ad rem pertinet vt̃ foris habeat exemplar ad quod referat oculos: an ī
tus: quod ibi ipse cõcæpit ⁊ posuit. Hæc exemplaria rer̃ oĩum deus intra se habet: nume/
rosq; vniuersorũ quæ agenda sunt: ⁊ modos mente complexus est: plenus bis figuris est:
quas Plato ideas appellat īmortales: īmutabiles: infatigabiles: innumerabiles. Itaq; ho/
mines quidẽ pereunt: ipsa autẽ humanitas ad quã homo affingit̃ ꝑmanet: ⁊ hominibus
laborantibꝰ: intereuntibꝰ illa nihil patit̃. Quinque ergo causæ sunt: vt Plato dicit: id ex
quo: id a quo: id ī quo: id ad quod: id ꝓpter quod. nouissime id quod est ex his: est tãq̃
ex statua: qa de hac loq̃ cœpimus. id ex quo æs est: id a quo artifex est: id in quo forma est
quæ aptat̃ illi: id ad quod exemplar est quod imitat̃ is q̃ facit: id ꝓpter quod faciẽdi ꝓpo
sitũ est: id quod ex istis est: ipsa statua est. Hæc oĩa mundus quoq;: vt ait Plato: habet fa
cientem hic deus est: ex quo fit hæc materia est: forma hæc est habitus: ⁊ ordo mũdi quem
videm⁹: exemplar scilicet ad quod deus hãc magnitudinẽ operis pulcherrimi fecit: ꝓpositũ
ꝓpter quod fecit. Quæris quod sit ꝓpositũ? dei bonitas est. Ita certe Plato ait: quæ eo fa
ciendi mundũ fuit causa: bonus est: bona fecit: bono nulla cuiq; boni inuidia est: fecit itaq;
q̃ optimũ potuit. Fer ergo iudex sententiã: ⁊ pronuncia q̃s tibi videat̃ verisimilimũ dicere
nõ quis verissimũ dicat. Id enī tam supra nos est: q̃ ipsa veritas. Hæc quæ ab Aristotele
⁊ Platone ponit̃ turba causarum: aut nimiũ multa: aut nimiũ pauca cõprehẽdit. Nã si quo/
cunq; remoto quid effici nõ potest: id causaz iudicãt esse faciendi. Pauca dixerũt: ponãt int̃
causas tẽpus: nihil sine tẽpore potest fieri. ponãt locũ: si nõ fuerit vbi fiat aliq̃d: ne fiet q̃dẽ
imponãt motũ: nihil sine hoc nec fit: nec perit. nulla sine motu ars: nulla mutatio est. Sed
nos nunc primã ⁊ generalem quærimus causam: hæc simplex esse debet. nã ⁊ materia sim
plex est: quærim⁹ quæ sit causa. Ratio scilicet faciens id est deus. Ita enī quæcũq; rettuli/
stis nõ sunt multæ ⁊ singulæ causæ: sed ex vna pendent ea quæ facient. formam dicis cau/
sam esse: hãc īponit artifex operi. pars causæ est: nõ causa. Exemplar quoq; nõ est causa: sed

ſtrumentū cauſæ neceſſariū. Sic neceſſarium eſt exemplar artifici: quomodo ſcalprum: quo modo limam: ſine his procedere ars non poteſt: nō tamen hæc partes artis: aut cauſæ ſunt propoſitus inquit artificis propter quod ad faciendum aliquid accedit: cauſa eſt vt ſit cauſa: non eſt efficiens cauſa: ſed ſuperueniens. Hæ autem innumerabiles ſunt: nos de cauſa generali locuti ſumus: illud ꝙ non pro ſolita ipſis ſubtilitate dixerunt: totum mundum ⁊ conſummatum opus cauſam eſſe. Multum enim intereſt opus ⁊ cauſam operis. Aut fer ſententiam: aut quod facilius in huiuſmodi rebus eſt: nega tibi liquere ⁊ nos reuerti iube. Quid te inquis delectat: tempus inter iſta conterere: quæ tibi nullum affectum eripiūt: nullam cupiditatem abigunt. Ego quidē priora illa ago: attracto: quib⁹ pacatur animus ⁊ me prius ſcrutor: deinde hunc mundum. nec ego quidem tempus: vt exiſtimas: perdo. Iſta enim omnia ſi non concitantur: nec in hanc ſubtilitatem inutilem diſtrahātur attollūt ⁊ leuant animum: qui graui ſarcina preſſus explicari cupit: ⁊ reuerti ad illa quorum fuit. Nam corpus hoc animi pondus ac pœna eſt: præmente illo vrgetur. in vinculis eſt: niſi acceſſit philoſophia ⁊ illum reſpirare rerū naturæ ſpectaculo iuſſit: ⁊ a terrenis ad diuina dimiſit. hæc libertas eius eſt: hæc euagatio: ſubducit interim ſe cuſtodiæ in qua tenetur: ⁊ cœlo reficitur. quemadmodum artifices ex alicuius rei ſubtilioris inſpectores: quæ intentione oculos defatigat: ſi non magnum ⁊ præclarum lumen habent: in publicū prodeunt: ⁊ in aliqua regione ad populi odium dedicata oculos libera luce delectant. Sic animus in hoc triſti ⁊ obſcuro domicilio clauſus: quotiens poteſt apertum petit: ⁊ in rerum naturæ cō templatione requieſcit. Sapiens aſſectatorq; ſapientiæ adhæret quidem corpore ſuo: ſed optima ſui parte abeſt: ⁊ cogitationes ſuas ad ſublimia intendit: velut ſacramento rogat⁹ hoc quod viuit ſtipendium putat. ⁊ ita formatus eſt: vt illi nec amor vitæ: nec odium ſit: patiturque mortalia cūius ſciat ampliora ſupereſſe. Interdices mihi inſpectionem rerum naturæ: ac a toto abductum redigis in partem. Ego non quæram quæ ſint initia vniuerſorum: quis rerum formator: quia omnia in vno merſa: ⁊ materia inerti conuoluta diſcernerit. Non quæram quis ſit iſtius artifex mundi: qua ratione tanta magnitudo in legem ⁊ ordinem venerit: qui ſparſa collegerit: confuſa diſtinxerit. In vna deformitate iacentibus faciem diuiſerit. Vnde lux tanta fundatur: ignis ſit: an aliquid igne lucidius. Ego iſta non quæram. Ego neſciaꝫ vnde deſcenderimus: ſemel hæc mihi videnda ſint: an ſæpe naſcendum: quo hinc iturus ſim: quæ ſedes expectent animam ſolutaꝫ legibus ſeruitutis humanæ. Vetas me cœlo intereſſe: id eſt iubes me viuere capite demiſſo: maior ſum ⁊ ad maiora genitus: cū vt mancipium ſim mei corporis. quod equidem non aliter aſpicio: cū vinculuꝫ aliquod libertati meæ circundatū. Hoc itaq; oppono fortunæ in quo reſiſtat: nec per illud ad me illum tranſire vulnus ſino. Quicquid in me poteſt iniuria pati hoc eſt in hoc obnoxio domicilio. animus liber habitat. Nunc̄ me caro iſta compellet ad mœtum: nunc̄ ad indignam bono ſimulationem: nunc̄ in honorem huius corpuſculi mentiar. Cum viſum erit diſtrahaꝫ cum illo ſocietatem: ⁊ nunc tamen dum hæremus: non erimus æquis partibus ſocij. Animus ad ſe omne ius ducet: contemptus corporis ſui: certa libertas eſt. Vt ad propoſitum reuertar: huic libertati multum confert: ⁊ illa de qua loquebamur modo inſpectio. Nempe vniuerſa ex materia: ⁊ ex deo conſtant. deus iſta temperat: quæ circumfuſa rectorem ſequuntur ⁊ ducem. potentius autem eſt ac precioſius: quod facit: quod eſt deus: cū materia patiens dei. Quem in hoc mundo locuꝫ deus obtinet: hunc in homine animus quod eſt illic materia: id in nobis corpus eſt. Seruiant ergo deteriora melioribus. Fortes ſimus aduerſus fortuita. non contremiſcamus iniurias: non vulnera: non vincula: nō ægeſtatem. Mors quidē aut finis eſt: aut tranſitus. nec deſinere timeo. Idē eſt enim quod non cœpiſſe: nec tranſire: quia nuſq; tam anguſte ero. Vale.

Explicit liber octauus.

Incipit liber nonus. Epiſtola ſexageſimaoctaua. Notat eos qui tres gradus bonoꝫ faciūt. dicēs: Tantū vnū abſolutū bonū ſcilicet virtutem incapacem augmenti vel detrimenti. Ex qua quæcunq; bona ſunt: paria ſunt.

Laranum condiſcipulum meum vidi poſt multos annos: non puto expectas: vt adiūdā ſenem: ſed mehercule viridem animo: ac vigētem

ꝛ cum corpuſculo ſuo colluctantem. Iníque enim ſe natura geſſit: ꝛ talem animum ma/
le collocauit: aut fortaſſe voluit hoc ipſum nobis oſtendere: poſſe ingenium fortiſſimuꝫ ac
beatiſſimū ſub qualibet cute latere. Dicit tamē oīa impēdimēta: ꝛ ad cætera cōtemnenda a
contemptu ſui corporis venit. Errare mihi viſus eſt: qui dixit: Gratior eſt pulchro veniēs
e corpore virtus. Non enī vllo ægeſtamento æget: ipſa magnū ſui decus eſt: ꝛ corpus ſuū
conſecrat. Certe Claranum noſtꝝ cœpi intueri: formoſius mihi videt: ꝛ tam rectus corpore
q̄ animo. Poteſt ex cauſa vir magnus exire: poteſt ꝛ ex deformi humiliq̄ corpuſculo for/
moſius animus ac magnus. Quoſdam itaq̄ mihi videtur i hoc tales natura generare: vt
approbet virtutem omni loco naſci: ſi poſſet per ſe nudos edere animus feciſſet. Nūc quod
amplius eſt facit. Quoſdam enī dedit corporibus impeditos: ſed nihilominus promīpētes
obſtantia. Claranus mihi videtur in exemplar editus: vt ſcire poſſemus: non deformitate
corporis fœdari animū: ſed pulchritudine animi corpus ornari. Cuius autem paucíſſimos
vna fecerimus dies: tamē multi nobis ſermones fuerunt: quos ſubinde ægerā: ꝛ ad te p/
mittam. Hoc primo die qnæſitum eſt: quomodo poſſint tria bona eſſe: ſi triplex eorum
conditio eſt? Quædam vt noſtris videtur: prima bona ſunt: tanq̄ gaudium: pax: ꝛ ſalus
patriæ. Quædam ſecunda in materia infœlici expreſſa: tanq̄ tormentorum patientia: ꝛ
in morbo graui temperantia. illa bona directo optauimus nobis: hæc ſi neceſſe erit. Sunt
adhuc tertia: tanq̄ modeſtus inceſſus: ꝛ compoſitus ac probus vultus: ꝛ conueniens pru/
denti viro geſtus. Quomodo iſta inter ſe tria eſſe poſſunt: cū alia optanda ſint: alia aduer
ſanda? Si volumus iſta diſtinguere: ad primum bonum reuertamur: ꝛ conſideremus id
quale ſit animus intuens vera: peritus fugiendorum ac petendorum: non ex opinione: ſed
ex natura: precia rebus imponens: toti ſe inferens mundo: ꝛ in omnes eius actus contem
plationem ſuam mittens: cogitationibus actionibuſq̄ intendens: ex quo magnus: ac vehe
mens: aſperis: blandiſq̄ pariter inuictus: neutri fortunæ ſe ſubmittens. ſupra omnia quæ
contingunt: accidūtq̄ eminens: pulcherrimus cū de decore: cū viribꝰ ſanus: ac fidus: imp/
turbatus: intrepidus: quem nulla vis frangat: quem nec attollant fortuita: nec deprimant
Talis animus virtus: hæc eius eſt facies: ſi ſub vnum veniat aſpectum: ꝛ ſemel totā ſe oſtē
dat. Cæterum multæ eius ſpecies ſunt: pro vitæ varietate: ꝛ pro actionibus explicanē: nec
minor fit: aut maior ipſa. decreſcre enim ſummū bonū non poteſt: nec virtuti ire retro licet:
ſed ī alias atq̄ alias qualitates cōuertitur: ad rerū quas actura eſt: habitū figurata. Quic
quid attingit in ſimilitudinem ſui adducit: ꝛ cingit actiones: amicitias: interdum domos
totas quas intrauit: diſpoſuitq̄: condecorat. quicquid cōdecorat: id amabile: conſpicuum
mirabile facit. Itaq̄ vis eiꝰ ꝛ magnitudo vltra nō pōt ſurgere: quoniā incremētuꝫ maximo
nō eſt. Nihil inueniēs recti/ꝰ recto: nō magis q̄ venus vero: q̄ tēperato tēperatius: omnis
in modo eſt virtus: modus certa menſura eſt. Conſtantia non habet quo procedat: nō ma
gis q̄ fiducia: aut veritas: aut fides. quid accedere perfecto poteſt? Nihil aut non erat perfe
ctuꝫ cui acceſſit: ergo nec virtuti quidem: cui ſi quid adiici poteſt: defuit. Honeſtum quoq̄
nullam acceſſionem recipit. Honeſtum eſt enim propter iſta quæ retuli. Quid porro deco
rum ꝛ iuſtum: ꝛ legitimum: non eiuſdem formæ eſſe putas: certis terminis compræhēſuꝫ
Creſcere poſſe imperfecte rei ſignum eſt. bonuꝫ omne in eaſdem cadit leges: iuncta eſt priuata
ꝛ publica vtilitas: tam mehercule: q̄ inſeparabile: laudandum petendumq̄. ergo virtutes
inter ſe pares ſunt: ꝛ opera virtutum: ꝛ omnes homines: quibus illæ contigere. Satorum
vo animaliumq̄ virtutes cum mortales ſint: fragiles caducæq̄ ſunt: ꝛ incertæ exiliūt: re/
ſiduntq̄. ꝛ ideo non eodem precio extimantur. Hex vna inducitur humanis virtutibus
regula. vna enim eſt ratio recta: ſimplexq̄: nihil eſt diuino diuinus: cœleſti cœleſtiꝰ: morta
lia minuūtur: cadunt: deteruntur: creſcunt: exhauriūtur: implentur. itaq̄ illis in tam īcerta
ſorte inæqualitas eſt: diuinorum vna natura eſt. Ratio autem nihil aliud eſt: q̄ in corpus
humanū pars diuini ſpiritꝰ merſa: ſi ratio diuina eſt. Nullū autē bonū ſine ratiōe eſt: bonū
omne diuinū eſt. Nullū porro iter diuina diſcrimē eſt: ergo nec iter bona. Paria itaq̄ ſunt ꝛ
gaudiū: ꝛ fortis atq̄ obſtinata tormētoꝝ perpeſſio. In vtroq̄ enī eadē eſt animi magnitudo
in altero remiſſa lenta: in altero pugnax ꝛ intēta. Quid tu nō putas parē eſſe virtutē: eius
qui fortē hoſtiū mœnia expugnat: ꝛ eiꝰ q̄ obſidionē patiētiſſime ſuſtinet. Et magnꝰ Scipio
Numātiam dudit: ꝛ cōpreſſit: cogitq̄ inuictas manꝰ in exitum ipſas ſuum verti. Magnꝰ ille

obſeſſoꝝ animus qui ſcit ſe non eſſe duſum: cui mors aperta eſt: ⁊ in cõplexu pietatis expirat. æque reliqua quoꝙ iter ſe paria ſunt: tranquillitas: ſimplicitas: liberalitas: cõſtãtia æquanimitas: tolerantia. Omnibus enim iſtis vna virtus ſubeſt: q̃ animũ rectũ ⁊ ideclinabilem præſtat. Quid ergo: nihil intereſt inter gaudium: ⁊ dolorem: inflexibilem patientiaꝝ nihil quantum ad ipſas virtutes: plurimum inter illa in quibus virtus vtraꝙ oſtenditur In altero enim naturalis eſt animi remiſſio ac lætitia: in altero cõtra naturam dolor. Itraꝙ media ſunt hæc: quæ plurimũ interualli recipiant. Virtus in vtroꝙ par eſt. Virtute materia non mutat: nec peiorem fecit dura: ac difficilis: nec meliorem hilaris: ⁊ læta. Neceſſe eſt ergo: vt æqualia ſint bona vtraꝙ. Ita nec hic poteſt ſe melius in hoc gaudio gerere: nec ille melius in illis cruciatibus. Duo autem quibus nihil melius fieri poteſt paria ſunt. Nã ſi quæ extra virtutem poſita ſint: aut minuere illam aut augere poſſunt. deſinit vnuꝝ bonuꝝ eſſe: quod eſt honeſtum. ſi hoc cõceſſeris: omne honeſtum perit. Quare dicaꝝ: quia nihil honeſtum eſt: quod ab inuito: quod a coacto fit. omne honeſtum voluntariũ eſt. Admiſce illi pigriciam: querelam: tergiuerſationem: mœtum: quod habet in ſe optimum perdidit: ſibi placere non poteſt honeſtum eſſe: quod non eſt liberum. Nam quod timet: ſeruit: honeſtuꝝ omne ſecuruꝝ eſt: tranquillum eſt: ſi recuſat aliquid: ſi complorat: ſi malum iudicat: perturbationem recipit: ⁊ in magna diſcordia voluptatur. hunc enim ſpes recti vocat: illinc ſuſpitio mali retrahit. Itaꝙ qui honeſte aliquid facturus eſt. Quicquid opponitur: id etiam ſi incommode putet: malum non putet vel libens faciat. Omne honeſtũ iniuſſum incoactũꝙ eſt: ſyncerũ ⁊ nulli malo mixtũ. Scio quid mihi reſponderi hoc loco poſſit. Hoc nobis ꝓſuadere conaris: nihil intereſſe vtrũ aliquis in gaudio ſit: an in eculeo iaceat: aut tortoꝝ ſuum laſſet. Poteram reſpondere. Epicurus quoꝙ ait: Sapientẽ ſi in phalaridis tauro perurat' exclamatuꝝ. Dulce eſt ⁊ ad me nihil pertinet. Quid miraris: ſi ego paria bona dico: alteri poſiti gaudio: alterius inter tormenta fortiſſime ſtantis. quod cum incredibilius eſt: dicat Epicurus dulces eſſe torores. ⁊ hoc reſpondeo: plurimum intereſſe inter gaudium ⁊ dolorem ſi quæratur electio: alteruꝝ petam: alterũ vitabo. illud ſm naturam eſt: hoc cõtra. q̃diu ſit extimant' magno inter ſe diſcident ſpacio: cum ad virtutem ventum eſt. Vtraꝙ par eſt: ⁊ quæ per læta procedit ⁊ per triſtia. Nullũ habet momentũ vexatio: ⁊ dolor: ⁊ quicquid aliud incõmodi eſt. Virtute eniꝝ obruitur: quomodo lumina claritas ſolis obſcurat. Sic dolores: iniurias: moleſtias: virtus magnitudine ſua elidit: atꝙ opprimit: ⁊ quocũꝙ affuſit: ibi quicquid ſine illa apparet extinguitur: nec magis vllam portionem habent incõmoda: cum in virtutem inciderint: q̃ in mari nimbus. Hoc vt ſcias ita eſſe: ad omne pulchrũ vir bonus ſine vlla cunctatione percurret. Stet illic licet carnifex: ſtet tortor atꝙ ignis perſeuerabit: nec quid paſſurus: ſed quid facturus ſit aſpiciet: ⁊ ſe honeſtæ rei tanq̃ bono viro credit. Vtilem illam iudicabit ſibi: tutam: proſperam. Eundem locum habebit apud illũ honeſta res: ſed triſtis atꝙ aſpera: quem vir bonus: pauper: aut exul: aut pallidus. Elige dum pone ex illa parte virum bonum: diuitem: abundantem: ex altera nihil habentẽ: ſed in ſe omnia. Vterꝙ æque vir erit bonus etiam ſi fortuna diſpari vtetur. Idem vt dixi in rebus iudicium eſt: quod in hominibus. Neque laudabilis virtus eſt in corpore valido ac libero poſita: q̃ in morbido ac vincto. Ergo tua quoꝙ virtus non magis laudabilis eſt: ſi corpus illæſum ⁊ integrum fortuna præſtiterit: q̃ ſi ex aliqua parte mutilatũ. Alioquin hoc erit ex ſeruorum habitu dominum extimare. Omnia enim iſta in quæ dominum caſus exercet ſeruilia ſunt. pecunia corpus: ⁊ honores: imbecilla funda mortalia: poſſeſſiones incertæ. illa rurſus libera ⁊ inuicta opera virtutis: quæ nõ ideo magis appetenda ſunt: ſi beniգnius a fortuna tractentur: nec minus ſi aliqua iniquitate rerum præmuntur. Quod amicitia in hominibus eſt: hoc in rebus appetitio. Non puto magis amares virum bonũ locupletem: q̃ pauperem. nec robuſtum ⁊ lacertoſum: q̃ gracilem ⁊ languidi corporis. Ergo nec quidem rem magis appetes: aut amabis hilarem ac pacatam: q̃ diſtrictam ⁊ operoſaꝝ Et ſi hoc eſt: magis diliges ex duobus æque bonis viris nitidum ⁊ vnctum: q̃ pulueruleutum ⁊ horrentem. Deinde hucuſque peruenies: vt magis diligas integrum omnibus membris ⁊ illæſum q̃ debilem aut luſcum. Paulatim faſtidium tuum illo vſq; proceder: vt ex duobus æque iuſtis ac prudentibus comatum aut criſpulum malis q̃ recaluã vbi par in vtroꝙ virtus: nõ comparet aliaruꝝ inæqualitas. Omnia enim alia non partes

sed acceſſiones ſunt. Num quis tam iniquā cenſurā inter ſuos agit: vt filium ſuum ſanum q̄ ægrū magis diligat: procerumue & excœlſum: q̄ breuē ac modicum? Fœtus ſuos non diſtinguunt fere: & ſe in alimentum omniū pariter ſtemūt. Aues ex æquo parciūtur cibos Dlyxes ad Ithacæ ſuæ ſaxa ſic properat: quēadmodū Agamēnon ad Mycenarū mobiles muros. Nemo enim patriam quia magna eſt: amat: ſed quia ſua. Quorſum hæc pertinent. Vt ſcias virtutem omnia opera: velut fœtus ſuos biſdē oculis intueri. æque indulgere omnibus: & quidem impenſus laborantibus. Quoniāquidē parentū amor magis in ea quor miſeret inclinatur. Virtus quoq; opera ſua quæ affici videt & præmi: nō magis amat. Sed parentū bonor more: magis complectitur ac fouet. Quare non eſt illum bonū maius altero: quia non eſt quicq̄ apto aptius: quia plano nihil eſt planius. Non potes dicere hoc magis par eſſe alicui: q̄ illud. illud ergo nec honeſto honeſtius quicq̄ eſt. Quod ſi par omnium virtutū natura eſt: tria genera bonorum in æquo ſunt. ita dico in æquo eſt moderate gaudere: & moderate dolere: lætitia illa non vincit: hanc animi firmitatē ſub tortore gemitus deuorantē. illa bona optabilia ſunt: hæc mirabilia. Vtraq; nihilominus paria: quia quicquid incōmodi eſt: in tanto maioris boni tegitur. Quiſquis hæc īparia iudicat: ab ipſis virtutibus auertit oculos: & exteriora circumſpicit. Vera bona idem pendent: idē patent: illa falſa multum habent vani. Itaq; ſpecioſa & magna contra viſentibus: cum ad pondus reuocata ſunt: falluūt. Ita eſt mi Lucilli: quicquid vera ratio commendat ſolidum & æternum eſt. firmat animū: attollitq; ſemper futurū in excœlſo. illa quæ temere laudant & vulgi ſententia bona ſunt: inflant inanibus lætos. Rurſus ea quæ timentur tanq̄ mala iniiciunt formidinē mentibus: & illas non aliter q̄ animalia ſpecie periculi agitant. Vtraq; ergo res ſine cauſa animum: & diffundit & mordet. nec illa gaudio: nec hæc mœtu digna eſt Sola ratio immutabilis: & iudicij tenax eſt. non enim ſeruit ſed imperat ſenſibus. Ratio rationi par eſt: ſicut rectum recto. Ergo & virtus non aliud q̄ recta ratio eſt. Omnes virtutes rationes ſunt. Rationes ſunt ſi recte ſunt: ſi recte ſunt: & pares ſunt. Qualis ratio eſt: tales & actiones ſunt: ergo & omnes pares ſunt. Nā qui ſimiles ſint rationi: ſimiles & iter ſe ſunt Pares autem actiones inter ſe eſſe dico: quia honeſtæ rectæq; ſunt. Cæterum magna habent diſcrimina: materia variante: quæ modo latior eſt: modo anguſtior: modo illuſtris: modo ignobilis: modo ad multos: modo ad paucos pertinens. In omnibus tamē iſtis id quod optimum eſt: par eſt: honeſtæ ſunt tanq̄ viri boni. omnes pares ſunt: quia boni ſunt: ſed habent differentias ætatis. Alius ſenior eſt: alius iunior. habent corporis. Alius formoſus: alius deformis eſt. habent fortunæ. Ille diues: hic pauper: ille gratioſus: potēs vrbibus: notus & populis: hic ignotus plæriſq; & obſcurus. ſed per illud quod boni ſunt pares ſunt de bonis ac malis ſenſus non iudicat: quid vtile ſit: quid inutile ignorat. Non poteſt ferre ſententiā: niſi in rē præſentē perductus eſt: nec futuri prouidus eſt: nec præteriti memor. Quid ſit cōſequens neſcit. Ex hoc autem rerum ordo ſerieſq; contexitur: & vnitas vitæ per rectum itura. Ratio ergo arbitra bonorū ac malorū. Aliena & externa pro vilibus habet: & cætera quæ nec bona ſunt: nec mala: acceſſiones minimas ac leuiſſimas iudicat. Omne enim illi bonum in animo eſt. Cæterum bona quædam prima exiſtimat: ad quæ ex proposito venit: tanq̄ victoriā: bonos liberos: ſalutem patriæ. Quæ dā ſecunda: quæ non apparent: niſi in aduerſis rebus: tanq̄ æquo animo pati morbum: magnum exilium. Quædam media: quæ nihilomagis ꝑm naturam ſunt: q̄ contra naturam tanq̄ pudēter ambulare: cōpoſite ſedere. Non enim minus ꝑm naturam eſt ſedere q̄ ſtare: aut ambulare Duo illa bona ſuperiora diuerſa ſunt. Prima enim ꝑm naturam ſunt: gaudere libertorum pietate: patriæ incolumitate. Secūda contra naturam ſunt: fortiter obſtare tormentis: & ſitim perpeti morbo vrēte præcordia. Quid ergo aliquid contra naturam bonum eſt? Minime. Sed id aliquando contra naturam eſt: in quo bonum illud exiſtit. Vulnerari enim & ſubiecto igne tabeſcere: & aduerſa valitudine affligi contra naturaz eſt: ſed inter iſta obſeruare animum infatigabilem ꝑm naturam eſt. Et vt quod volo exprimā breuiter. Materia boni aliquando contra naturam eſt: & nūq̄ bonum: quoniam bonum ſine ratione nullum eſt. Sequitur autem ratio naturam. Quid eſt ergo ratio? Naturæ imitatio. Quid eſt ſummum hominis bonum? Ex naturæ voluntate ſe gerere. Non eſt inquit dubium: quin fœlicior pax ſit: nūq̄ laceſſita: q̄ multo reparata ſanguine. Non eſt inquit dubiū quin fœlicior

res sit: inconcussa valitudo: q̄ ex grauibus morbis: 7 extrema minitantibus in tutum vi quadam: 7 patientia ducta. Eodem modo nunquid erit dubium: quin maius bonum sit gaudium q̄ obnoxius animus ad perpetiendum cruciatus vulnerum: aut ignium? Mi/nime. illa enim quæ fortuita sunt: plurimum discriminis recipiunt. existimantur autē vali tate sumentium. Bonorum vnum propositum est: consentire naturæ. hoc contingere in omnibus par est. Cum alicuius sententiam in senatu sequitur: nō potest dici ille magis as/sentitur q̄ ille. Ab omnibus ī eandē sententiam itur. Idem de virtutibus dico. omnes naturæ assentiuntur. Idem de bonis dico. omnia naturæ assentiuntur. Alter adolescens decessit: alter senex: aliquis præter hos infans: cui nihil amplius contingit q̄ prospicere vi tam. Omnes hi æque fuerunt mortales: etiam si mors aliorum longius vitam passa est procedere. aliorum in medio flore procidit. aliorum interrumpit ipsa principia. Alius iter cœnando solutus est. Alterius somno continuata mors est. Aliquem concubitus extinxit Vis oppone ferro transfossos: aut exanimatos serpentum morsu: aut fractos ruina: aut p longam neruorum contractionem extortos minutatim. Aliquorum melior dies: aliquor peior exitus potest. Mors quidem omnium par est: per quæ venit diuersa sunt. Id ī qd desinunt: vnum est. Mors nulla maior: aut minor est. habet enim eundem in omnib⁹ mo dum finisse vitam. Idem tibi de bonis dico. hoc bonum inter meras voluptates est: hoc inter tristia 7 acerba: illud fortunæ indulgentiam repit: hoc violentiaz vomuit. Vtrunq; æque bonum est: q̄uis illud plana emoluerit: hoc aspera. Idē finis omnium est: bona sūt laudanda sunt: virtutem rationemq; comitantur. Virtus æquat inter se quicquid agno/scit. Nec est quare hæc inter nostra placida mireris. Apud Epicurum duo bona sunt: ex q̄ bus summuz illud beatumq; bonum componitur. Vt corpus sine dolore sit: animus sine perturbatione. hæc bona non crescunt si plena sunt. Quo enim crescet si plenum est? dolo/re corpus caret: quid ad hanc accedere indolentiam potest? Animus constat sibi: 7 placid⁹ est. quid accedere ad hanc tranquillitatem potest? Quemadmodum serenitas cœli non re/cipit maiorem adhuc claritatem in syncerissimum nitorem repurgata. Sic hominis corpus animumq; curantis: 7 bonum suum ex vtroq; vertentis perfectus est status: 7 summā vo ti sui inuenit. Sic nec æstus animo est: nec dolor corpori. Si qua extra blandimenta contin gunt: non augent summum bonum: sed: vt ita dicam: condiunt 7 oblectant. Absolutum enim illud humanæ naturæ bonum: corporis 7 animi pace contentuz est. Dabo tibi apud Epicurum etiam nunc similimam hanc nostræ diuisionem bonorum. Alia enī sunt apud illum: quæ mallit contingere sibi: vt corporis quietem ab omni incommodo liberaz: 7 ani mi remissionem bonorum suorum contemplatiōe gaudentis. Alia sunt quæ q̄uis accide/re: nihilominus laudat 7 probat: tanq̄ illam quam paulo ante dicebam: male valitudinis dolorum grauissimorum perpessionem. In qua Epicurus fuit illo summo ac fortunatissi/mo die suo. Fuit enim se vesicæ 7 vlcerati ventris tormenta tolerare: vlterioris doloris ac/cessionem non recipientis. esse nihilominus sibi illum beatum diem. Beatum autem age/re: nisi qui est in summo bono non potest. Ergo 7 apud Epicurū sunt hæc bona: quæ mal les non experiri. Sed quia ita rettulit 7 amplexanda: 7 laudanda: 7 exæquanda summis sunt. Non potest dici hoc non esse par maximis bonum: quod beatæ vitæ dauisulam impo suit. Cum Epicurus extrema voce grauas ægit. Permitte mi Lucilli virorum optime aliq̄d audacter dicere. Si nulla bona alijs maiora esse possunt: hæc ergo quæ tristia vident molli bus: ac delicatis illis prætulissem. Maius enim est difficilia præstringere: q̄ læta modera/ri. Eadem ratione fit sapiens vt aliquis fœlicitatem bene: 7 vt calamitatem ferat fortiter æque fortis esse potest q̄p vallo securus excubuit: nullis hostibus castra tentantib⁹: 7 qui succisis poplitibus in genua se excepit: nec arma dimisit. Macte virtute esto: sanguitolentis: 7 ex acie redeuntibus dicitur. Itaq; hoc magis laudauerim: bona exercitata 7 fortia: 7 cum for/tuna rixata. Ego non dubitem quin magis laudem truncam illam 7 retortidam manum. Mucij q̄ cuiuslibet fortissimi saluam: stetit hostium flammarumq; contemptor: 7 manum suam in hostili foculo distillantez perspectauit. donec Porsenna cuius pœnæ faucbat: glo/riæ inuidit 7 ignem inuito eripi iussit. hoc bonum quidem inter prima non numerem: tan/toq; maius putem q̄ illa secura: 7 intenta fortunæ: quāto rarius est hostez amissa manu vi cisse q̄ armata. Quid ergo inquis hoc bonum tibi optabis? Quid mi? Hoc enim nisi qui

poteſt ⁊ optare: non poteſt facere. An potius optem: vt male laxandos articulos ex ſoletis meis porrigam vt mulierecula: aut aliquis in mulierculam ex viro verſos digitulos meos ducat. Quid ni ego fœliciorem ⁊ Mucium putem: qui ſic tractauit ignem q̄ ſi illaz manū tractatori præſtitiſſet? In integrum reſtituit quicquid errauerat. Confecit bellum inermis ac mancus: ⁊ iſta manu truncа Reges duos vicit. Vale.

Epiſtola ſexageſimanona. Quomodo bonum omne ſit optabile.

Ta communibus initium faciam. ver aperire ſe cœpit: ſe iam indinatum in æſtatē quo tempore calere debebat intepuit: nec adhuc illi fides eſt. Sæpe eniz in hyemē reuoluitur. Vis ſcire q̄ dubium adhuc ſit? Nondum me committo frigido veri: adhuc rigorem eius timeo. hoc eſt inquis nec calidum nec frigidum pati. Ita eſt mi Lucilli Jam ætas mea contenta eſt ſuo frigore: vix media regelatur æſtate. Itaq̄ maior pars in veſtimentis tegitur. Ego gratias ſenecturi q̄ me lectulo affixit. Quid ni gratias illi hoc nomine agam? Quicquid debebam nolle non poſſum: cum libellis mihi plurimis ſermo eſt: ſi quando interuenerunt epiſtolæ tuæ: tecum eſſe mihi video: ⁊ ſic afficior animo tanq̄ tibi non reſcribam ſed reſpondeam. Itaq̄ ⁊ de hoc quod quæris quaſi colloquar tecuz: quale ſit vna ſcrutabimur. Quæris an omne bonum optabile ſit? Si bonum eſt inquis fortiter torqueri: ⁊ magno animo vti: ⁊ patienter ægrotare: ſequitur vt iſta optabilia ſint. Nihil autem video ex iſtis voto dignum. Neminem certe adhuc ſcio eo nomine votum ſoluiſſe: q̄ flagellis cæſus eſſet: aut podagra diſtortus: aut eculeo lōgior factus. Diſtingue mi Lucilli iſta: ⁊ intelliges in iſtis eſſe optandum. Tormenta abeſſe a me velim: ſe ſi ſuſtinēda fuerint: vt me in illis fortiter honeſte: animoſeq̄ geram optabo. Quid ni ego mallim non incidere bellum? Sed ſi inciderit: vt vulnera: vt famem: ⁊ omnia quæ bellorum neceſſitas affert generoſe optabo. Non ſum tam demens: vt ægrotare cupiam: ſed ſi ægrotandū fuerit: vt nihil intemperanter: nihil effœminate faciam: optabo. Ita non optabilia incommoda ſunt: ſed virtus qua perferuntur incommoda. Quidam ex noſtris exiſtimant omnium noſtrorum fortem tolerantiam non eſſe optabilem: ſed nec abominandam quidem: qa voto purum bonum peti debet: ⁊ tranquillum ⁊ extra moleſtiaz poſitū. Ego diſſentio. Quare? Primum quia fieri non poteſt: vt aliqua res bona quidem ſit: ſi optabilis non ſit. Deinde ſi virtus optabilis eſt. nullum autem ſine virtute bonum: ⁊ omne bonum optabile eſt. Deinde etiam ſi tormentorum fortis patientia optabilis eſt. Etiam nunc interrogo: nū ne fortitudo optabilis eſt? At qui pericula contemnit ⁊ prouocat: pulcherrima pars eī maxima: atq̄ mirabilis illa eſt: non cedere ignibus: obuiam ire vulneribus: interdum tela ne vitare quidem: ſed excipere pectore. Si fortitudo optabilis eſt. ⁊ tormenta patienter ferre optabile eſt. nec tamen ideo ſolū modo ferre tormenta optabile eſt. hoc eniz fortitudinis pars eſt. Sed ſepara iſta vt dixi: nihil erit quod tibi faciat errorem. Non enim pati tormēta optabile eſt: ſed pati fortiter. illud opto fortiter quod eſt virtus. Quis tamē vnq̄ hoc ſibi optabit? Quædam vota aperta ⁊ profeſſa ſunt: cum particulatim fiunt. Quædam latent: cū vno voto multa comprenſa ſunt tanq̄ opto mihi vitam honeſtam. Vita autem honeſta actionibus varijs conſtat. In hac enim reguli arca eſt. Catonis ſciſſum manu ſua vulnus. Ketuli exilium. Calix venenatus qui Socratem tranſtulit e carcere in cœlum. Ita cū optaui vitam honeſtam: ⁊ hoc optaui ſine quibus interdum honeſta nō poteſt eſſe. O terq̄: quaterq̄ beati. Quis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis contigit oppetere? Quid intereſt optes hoc alicui: an optabile fuiſſe fatearis? Decius ſe pro. R. P. deuouit: ⁊ in medios hoſtes concitato equo: mortem petens irruit. Alter poſt hunc paternæ virtutis æmul⁹: conceptis ſolennibus: ac iam familiaribus verbis in aciem confertiſſimam incurrit: de hoc ſollicitus tantum vt litaret. Optabilem rem putas bonam mortē? Dubitas ergo: an optimum ſit memorabilem mori: ⁊ in aliquo opere virtutis? Cum aliquis tormenta fortiter patitur: omnibus virtutibus vtitur: fortaſſe cum vna in promptu ſit: ⁊ maxime appareat patientia. Cæterum illic eſt fortitudo: cuius patientia perpeſſio ⁊ tolerantia rami ſunt. illic eſt prudentia: ſine qua nullum innititur conſilium: quæ ſuadet q̄ effugere nō poſſis q̄ fortiſſime ferre. illic eſt conſtantia: quæ deiecta loco non poteſt ⁊ propoſitum nulla vi extorquere dimittit. illic eſt induiduus ille comitatus virtutum. Quicquid honeſte fit: vna virtus

facit: sed ex consilij sententia. Quod autem ab omnibus virtutibus comprobatur: etiaꝫ si ab vna fieri videtur: optabile est. Quid tu existimas ea tantum optabilia esse: quæ per voluptatem ꝛ ocium veniunt? Quæ excipiuntur floribus ornatis? Sunt quædam voluptatis tristis bona. Cæterum illius fortitudo est: huius patientia bona sunt: quædam vota: quæ non gratulantium cœtu: sed adorantium: venerantiumꝫ celebrantur. Ira tu non putas Regulum optasse: vt ad pœnos perueniret? Indue magni viri animum: ꝛ ab opinionibus vulgi secede paulisper. Cape quantam debes virtutis pulcherrimæ ac magnificentissimæ speciem: quæ nobis non vere: nec sertis: & sudore ꝛ sanguine colenda est. Aspice Marcum Catonem sacro illi pectori purissimas manus admouentem: ꝛ vulnera parum dimissa laxantem. Vtrum tandem illi dicturus es. vellem quæ velles: ꝛ moleste fero: an fœlicit quod agis. Hoc loco mihi Demetrius noster occurrit: qui vitam securam: ꝛ sine vllis incursionibus fortunæ: mare mortuum vocat. Nihil habere ad quod exciteris: ad quod te cõcites. Cuius denunciatione ꝛ incursu firmitatem animi tui tentes. Sed in ocio incõcusso iacere: non est tranquillitas: malicia est. Attalus Stoicus dicere solebat: Mallo me fortuna in castris suis ꝙꝫ in delicijs habeat. Torquear: sed fortiter bene est. Occidor: sed fortiter bene est. Nudi Epicurum: ꝛ dulce est. Ego tam honestæ rei: ac sæuerę: nunꝙꝫ molę nomen imponam. Dror: sed inuictus. Quid ni? Hoc optabile sit: non ꝙ vrit me ignis: sed ꝙ nõ vincit. Nihil est virtute præstantius: nihil pulchrius. ꝛ bonum est ꝛ optabile: quicquid ex huius geritur imperio. Vale.

Epistola septuagesima. In qua ponit quomodo colendum sit ocium: ꝛ quid in eo tractandum.

Consilio tuo accedo: absconde te in ocio: sed ꝛ ocium absconde hoc te factuꝫ. Stoicorum etiam sine præcepto: ad exemplum licet scias: sed ex præcepto quoꝙꝫ facias ꝛ tibi cum voles approbabis: nec ad omnem. K. P. mittimus: nec semper nec sine vllo fine. Præterea cum sapienti. K. P. ipso dignam dedimus: id est mundum: non est extra. K. P. etiam si recesserit: immo fortasse relicto vno angulo: in maiora atꝙꝫ ampliora transit: ꝛ cœlo impositus intelligit: cum sellam aut tribunal ascenderet: ꝙꝫ humili sederit loco. Depono hoc apud te: nunꝙꝫ plus agere sapientem: ꝙꝫ cum in conspectum eius diuina atꝙꝫ humana venerunt. Nunc ad illud reuerto: quod suadere tibi cœperam: vt ocium tuũ ignotum sit. Non est quod inscribas tibi philosophiam. Atꝙꝫ etiam aliud propositio tuo nomen impone. valitudinem ꝛ imbecillitatem vocato ꝛ desidiam. Gloriari ocio inersabitio est. Animalia quædam ne inueniri possint vestigia sua: circa ipsum cubile confundũt. Idem tibi faciendum est. Alioquin non deerunt: qui persequantur. Multi aperta trãseunt condita ꝛ obstrusa rimantur. furem signata sollicitant. Vide videtur quicquid patet. Apta effracturus prætereũt. Hos mores habet populus: hos impentissimus quisꝙꝫ in secreta irrumpere cœpit. Optimum itaꝙꝫ est: non iactare ocium suum. Iactandi autem genus est nimio latere: ꝛ a conspectu hominum secedere. Ille Tarenti se abdidit. Ille Neapoli inclusus est. Ille multis annis: non transijt domus suæ limen. Conuocat turbam quisquis ocio suo aliquam fabulam imposuit. Cum receſſeris: non est agendum hoc: vt de te homines loquãt sed vt ipse loquaris tecum. Quid autem tecum loquaris? Quod homines de alijs libentissime faciunt: de te apud te male existima. Assuesce ꝛ dicere verum: ꝛ audire. illud aũt maxime tracta: quod in te esse infirmissimũ senties. Nota habet quisꝙꝫ corporis sui vicia. Itaꝙꝫ alius vomitu leuat stomachum. Alius frequenti cibo fulcit. Alius interposito ieiunio corpus exhaurit ꝛ purgat. Vi quorum pedes dolor repetit: aut vino: aut balneo abstinent. In cæteris morbis negligentes hunc a quo sæpe infestant: occurrunt. Sic in animo nostro sunt quasi causariæ partes: quibus adhibenda curatio est. Quid in ocio facio? Glans meũ curo. Si ostenderem tibi pedem turgidum: liuidam manũ: aut contracti cruris aridos neruos permitteres mihi vno loco iacere ꝛ fouere morbum meum. Maius malum est hoc qđ non possum tibi ostendere. In pectore tuo collectio ꝛ vomica est. Nolo laudes: nolo dicas. O magnum virum contempsit omnia: ꝛ damnatis humanæ vitæ fororibus fugit. Nihil dãnauit nisi me. Non est quod proficiendi causa ad me venire velis. Erras qui hic aliquid auxilij speras: non medicus sed æger hic habitat. Mallo illa dicas: cum discesseris. Ego istũ hominem beatum putabam ꝛ eruditum. Erexeram aures: destituis suis. Nihil vidi: nihil

audiui: quod concupiscerem ad quod reuerterer. Si hoc sentis: si hoc loqueris: aliud perfectum est. Malo ignosces ocio meo: q̄ inuideas. Odium inquis Seneca commendas mihi ad Epicureas voces dilaberis. Odium tibi commendo in quo maiora agas: & pulchriora: q̄ quæ reliquisti. Pulsare superbas potentium fores dirigere in litteris senes orbos. Plurimum in foro posse: inuidiosa potentia ac breuis est: & si verum existimes sordida. ille me grata forensi longe antecedet. ille stipendijs militaribus: & quæsita per hoc dignitate: ille clientum turba. Est tanti ab hominibus vinci: dum a me fortuna vincatur: cuius turbæ par esse non possuz: plus habet gratiæ. Vtinam quidem hoc propositum sequi olim fuisset animus tibi. Vtinam de vita beata: non in conspectu mortis ageremus: sed nunc q̄q̄ non moramur. Multa enim quæ superuacua esse: & inimica crediturí sumus rationi: nūc experientiæ credimus. Quod facere solent: qui serus exeunt & volunt tempus celeritate reparare. Calcar addamus: hæc ætas optime facit: ad hæc studia iam disputauit. Jam vicia primo feruore adolescentiæ indomita laxauit: non multum superest vt extinguatur. Et quando inquis tibi proderit istud quod in exitu dicis? Aut in quam rem? In hanc vt exeam melior. Non est tamen quod existimes: vllam ætatem aptiorem esse ad bonam mentez q̄ quæ se multis experimentis: longa ac frequenti rerum patientia domuit: quæ ad salutaria mitigatis affectibus venit. Hoc est breuis huius boni tempus. Quisquis senex ad sapientiam peruenit: annis peruenitur. Vale.

Epistola septuagesima prima. De varia loci mutatione vitanda: & redimenda temporis breuitate.

Vtare te loca: & in alium de alio transilire te nolo. Primuz quia tam frequens migratio: instabilis animi est. Coalescere ocio non potest: nisi desijt circumspicere & errare. Vt animum possis continere: primum corporis tui fugam siste: deinde plurimum continuata remedia proficiunt. Interrumpenda nō est quies: & vitæ prioris obliuio Sine dediscere oculos tuos: sine aures assuescere sanioribus verbis: quotiens processeris in ipso transitu aliqua quæ renouent cupiditates tuas ubi occurrent. Quemadmodū et qui amorem exuere conatur: euitanda est omnis admotio dilecti corporis. Nihil enim facilius: q̄ amor recrudescit. Ita qui deponere vult desideria omnium rerum: quaruz cupiditate flagrauit: & oculos & aures ab his: quæ reliquit auertat. Cito rebellauit affectus: quousq̄ se verterit precium aliquod præsens occupationis suæ aspiciet. Nullum sine auctoramento malum est. Auaricia pecuniam promittit. Luxuria multas ac varias voluptates. Ambitio purpuram & plausum: & ex hoc potentiam: & quicquid potentia potest. Mercede te vicia sollicitant. Nic tibi gratis viuendum est. Vix effici toto sæculo potest: vt vicia tam lōga licentia tumida subigantur: & iugum accipiant: nedum si tam breue tēpus ex interuallo discidimus vnam quamlibet rem: vix ad perfectum perducit assidua vigilia & intentio. Si me quidem vis audire: hoc meditare: exerce te: vt mortem excipias: & si ita res suadebit accersas. Interest nihil: an illa ad nos veniat: an ad illam nos. illud imperitissimi cuiusq̄ verbū falsum esse tibi ipsi persuade. Bella res est mori sua morte. Illud præterea licet tecū cogites Nemo nisi suo die moritur: nihil perdis ex tuo tempore. Nam quod relinquis: alienuz est Vale.

Explicit liber nonus.

Incipit liber decimus. Epistola septuagesima secunda. Quomodo immaturæ mortis stulta querela sit: & sera mors quando præoccupanda sit: quando differenda.

Est longum interuallum Pompeios tuos vidi: in conspectu adolescentiæ meæ reductus sum: quicquid illic iuuenis feceraz: videbar mihi facere adhuc posse & pauloante fecisse. Pernaugauim? Lucilli vitā: & quē admodum in mari: vt ait Virgilius noster. Terræq̄ vrbesq̄ recedunt. Sic in occursu rapidissimi temporis. Primum puericiam abscondim?. Deinde adolescentiam. deinde quicquid est illud: inter iuuenem & senē medium in vtriusq̄ confinio positum. deinde illius senectutis optimos annos nouissime incipit ostendi publicus finis generis humani. Scopulum illum esse putamus dementissimi. Portus est aliquando petendus: nunc̄ recusandus. In quem siqs

inter primos annos delatus est: non magis queri debet q̄ qui cito nauigauit. Illum enim vt scis: venti segnes ludunt ac detinent: & tranquillitatis lentissimo tedio laxant. Illū pertinax flatus celerrime perfert. Idē cuenire nobis puta. Illos vita velocissime adduxit: quo veniendum erat: etiam cunctantibus. Illos macerauit & coxit: quæ vt scis non semper reprehenda est. Non enim viuere bonū est: sed bene viuere. Itaq; sapiens, viuit q̄tuq; debet: nō q̄tū potest. Videbit vbi victurus sit: cū quibus: quomodo: quid acturus. Cogita semper qualis vita: non quanta sit. Si simulata occurrunt molesta: & tranquillitatem turbantia emittit se. nec hoc tantū in necessitate vltima facit: sed cū primuq; illi cœperit suspecta esse fortuna: diligenter circūspicit. nunquid illo diffiniendum sit: nihil existimat sua referre faciat finem: aut recipiat. tardius fiat an citius. Non tanq̄ de magno detrimento timet. Nō multum ex stilliadio potest pdere. Citius mori: an tardius ad rem non pertinet. Bene mori: an male ad rem pertinet. Bene autē mori est effugere male viuendi periculum. Itaq; efferminatissimā vocem illius Rhodij existimo: qui cum in caueā coniectus esset a tyranno: & tanq̄ aliquod ferū animal aleretur. Suadenti cuidam vt abstineret a cibo. Omnia inquit homini: dum viuit speranda sunt. Vt hoc verum sit non omni precio vita emenda est. Quædā licet magna: licet certa sint: tamen ad illam turpi infirmitatis confessione non veniam. Ego cogitem in eo qui viuit omnia posse fortunā: potius q̄ cogitez in eo qui scit mori: nihil posse fortunam. Aliquando tamen etiam si certa mors instabit: & destinatum sibi supplicū sciet: non cōmodabit pœnæ suæ manum. si ibi cōmodaret: stulticia esset. Stulticia est timore mortis mori. Venit qui occidat expecta. Quid occupas? Quare suspicis alienæ crudelitatis procurationem? Dubiū est vtrum invides carnifici tuo: an parcis. Socrates potuit abstinentia finire vitam: & inedia potius q̄ veneno mori: triginta tamen dies in carcere & in expectatione mortis exegit. Non hoc animo tanq̄ omnia fieri possent: tanq̄ multas spes: tā longum tempus reciperet: sed vt præberet se legibus: vt fruendum amicis extremum Socratem daret. Quid erat stultius q̄ mortem contemnere: venenum timere? Stilbonia grauis fœmina amica Demetrij Liberalis fuit adolescenus: tam solidi q̄ nobilis maioza sperantis: q̄ in illo sæculo quisq̄ sperare poterat: aut ipse vllo cum æger a Senatu in lectica relatus esset: non sane frequentibus exequijs. Omnes enim necessarij deseruerant impietatē nō reum: sed funus habere cœpit consiliū vtrum conscisceret mortem: an expectaret. Cui Stilbonia: Quid te inquit delectat alienum negocium agere? Non persuasit illi manus sibi attulit: nec sine causa. Nam post diem tertium aut quartum: inimici moriturus arbitrio si viuit alienū negocium agit. Non possis itaq; de re in vniuersum pnunciare: cum mortez vis æterna occupanda sit an expectanda. Multa enim sunt quæ in vtrāq; partem trahere possunt si altera mors cum tormento: altera simplex & facilis est. Quid ni huic iniicienda sit manus? Quemadmodum nauim eligam nauigaturus: & domum habitaturus. ita mortis genus eligā: quasi exiturus e vita. Præterea quēadmodū non vtiq; melior est vita lōgior sic peior vtiq; est mors lōgior. Nulla in re magis q̄ in morte: morte aio gerere debemus exeat qua impetū facit. Siue ferrum appetit: siue laqueum: siue aliquam potionē venas occupantē Pergat: & vincula seruitutis abrumpat. vitam & alijs approbare quisq; debet mortem sibi optima est quæ placet. Stulte hæc cogitantur. Aliquis dicit me parum fortiter fecisse: aliquis nimis temere: aliquis fuisse aliquod genus mortis animosius. Vis tu cogitare id in manibus esse consilium: ad quod fama non pertinet? Hoc vnum intuere: vt te fortunæ q̄ celerrime eripias. Alioquin aderunt: qui de facto tuo male existimant. Inuenies etiam professos sapientiam: qui vim inferendam vitæ suæ negent: & nephas iudicent ipsum interemptorem fuisse. Expecta nouum esse exitum: quem natura decreuit. Hoc qui dicit: non videt se libertatis viam claudere. Nihil melius æterna lex fecit: q̄ q̄ vnum introitum nobis ad vitam dedit: exitus multos. Ego expectem: vel morbi crudelitatez: vel hominis: cū possim per media exire tormenta: & aduersa discutere. Hoc est vnum: cur de vita non possumus queri: neminem tenet. Bono loco res humanæ sunt sitæ: quia nemo nisi miseria sua potest esse miser. Placet viuere. Non placet. Licet eo reuerti: vnde venisti. Vt dolorem capitis leuares: sanguinem sæpe emisisti. Ad extenuandum corpus vena percutitur. Non opus est vasto vulnere diuidere præcordia scalpello aperitur. Ad illā magnam libertatez via: & puncto constat. Quid ergo est q̄d facit nos pigros ineptosq̄? Nemo nostrū cogitauit

quandoq; sibi ex hoc domicilio exeundum: Sic veteres inquilinos indulgentia loci: & consuetudo etiam inter iniurias detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse: & tanq; migraturus habita. Propone tibi quandoq; hoc contubernio carendum: fortior eris ad necessitatem exeundi. Sed quemadmodū finis: veniet in mentes oīa sine fine concupiscentib⁹. Nullius rei meditatio tam necessaria est. Alio enim exercent fortasse in supervacuis. Aduersus paupertatē præparatus est animus. Permansere diuitiæ ad contemptū doloris nos armauimus. Nunq; a nobis exiget huius virtutis experimentū integri: ac sani fœlicitas corporis: vt fortiter amissoꝝ desideria patereimur præcepimus nobis oēs quos amabam⁹ supstites fortuna seruauit huius vnius rei vsum qui excitet dies veniet. Non est q; existimes tantū magnis viris hoc robur fuisse: quo seruitutis humanæ claustra perrumperent. Non est q; iudices hæc fieri nisi a Catone non posse qui quā ferro non emiserat animā manu extraxerat: cum vilissime sortis homines ingenti impetu in tutum euaserint. Cumq; cuꝫ modo mori non licuisset: nec ad arbitrium suū instrumenta mortis eligere: obuia quæq; rapuerint & quæ natura nō erant noxia in sua tela fecerunt. Nuper in ludo bestiariorum vnus e germanis: cū ad matutina spectacula pateretur: secessit ad exonerandum corpus: nullum enim aliud sibi dabatur sine custode secretū: ibi lignū id quod ad emundanda obscæna adhærente spongia positū est: totum in gulam farsit: & in præclusis faucibus spiritum emisit. Hoc fuit morti contumeliam facere: ita prorsus parū munde & parum decenter. Quid est stulti⁹ q; fastidiose mori? O virum fortem: o dignum cui fastidiretur electio: q; fortiter ille gladio vsus esset: q; animose in profundam se altitudinem maris: aut abscisse rupis imisisset. Undiq; destitutus inuenit: quēadmodum & mortem sibi deberet & telum: vt scias ad moriendū nihil aliud in mora esse: q; velle existimetur defectio hominis acerrimi vt cuiq; visum erit: dū hoc constet: præferendā esse turpissimam mortem seruituti mundissimæ. Quoniā cœpi sordidis exemplis vti perseuerabo: plus a se quisq; exiget: si viderit hanc rem etiam a cōtemptissimis posse contemni. Catones: Scipionesq; & alios quos audire cū admiratione cōsueuimus supra imitationem positos putauimus. Iā ego istam virtutem habere multa exempla: non tam in ludo bestiario: q; in ducibus belli ciuilis ostendam. Cum aduehuntur nuper inter custodias: quidam ad matutinum spectaculum missus tanq; somno præueniente nutaret: caput vsq; eo demisit: donec radijs insereret: & tamdiu se in sedili suo tenuit: donec cervicem circūactu rotæ frangeret: eodem vehiculo quo ad pœnam ferebat ipsam pœnam effluit. Nihil obstat erūpere: & exire cupienti. In aperto nos natura custodit: cui permiserit necessitas sua: circūspiciat exitum molle: cui ad manum plura sunt per quæ sese asserat. Is de lectum agat: & qua potissimū sit libenter consideret: cui difficilis occasio est: is primā quāq; per optima arripiat: sic licet inaudita sit noua. Non deerit ad mortē ingenium: cui nō defuerit animus. Vides quēadmodum extrema quoq; mancipia: vbi illis stimulos adegit dolor: excitent: & intentissimas custodias fallant. Ille vir magnus est: qui mortem sibi non tantū impauit: sed inuenit. Ex eodem tibi munere plura exēpla promisi. Secundo Naumachio spectaculo vnus e barbaris lanceā quā in aduersarios acceperat: totam iugulo suo mersit. Quare inquis non omne tormentū: non omne ludibriū iamdudum effugio? Quare ego mortem armatus expecto? Tanto hoc speciosius spectaculum fuit: quāto honestius mori discunt homines q; occidere. Quid ergo q animi prediti noxioſi quoq; habent? Non habebūt illi quos aduersus hos casus instruxit longa meditatio: & magistra omniū rerum ratio. Illa nos docet fati varios esse accessus finem eundē. Nihil autem interest vnde inchoet quod euenit. Eodē illa ratio monet: vt scilicet moriaris sine dolore. Sin autē non potes: fac quēadmodum potes: & quicquid obuenerit: ad vim afferendam tibi inuadas. Iniuriosum est rapto viuere. At contra pulcherrimum mori rapto. Vale.

Epistola septuagesimatertia. De consilio ex sentētia vitæ captando. Et quomodo mors honesta res sit. Et de fortitudine animi. Et de profectu philosophi

Vbinde me de rebus singulis consulis: oblitus nos vasto mari diuidi: cū magna pars consilij sit in tempore: necesse est euenire: vt de quibusdā rebus ad te perferatur tunc sententia mea cum iam contraria potior est. Consilio enī res aptantur. Res nostræ ferunt: imo voluunt. Ergo consiliū nasci sub die debet: & hoc quoq; tardum est nimis: sub manu quoq; q; aiunt consiliū nascatur: quēadmodum autē inueniat ostendā. Quoties

quid fugiendū sit: aut quid petendū voles scire. Ad bonum summū ꝛ ꝓpositū totius vitæ tuæ respice. illi enim consentire debet quicquid agimus. Non disponet singula: nisi cū iaꝫ vitæ suæ ꝓposita est summa. Nemo cuius paratos habeat colores similitudinēꝫ reddet: nisi iam constet quid velit pingere. Ideo peccamus: quia de partibus vitæ omnes: de toto nemo deliberat. Scire debet quid petat ille qui sagittam vult mittere: ꝛ tunc dirigere: ac moderari manu telū. Errant cōsilia nostra: quia non habent quo dirigātur. Ignoranti quem portū petat: nullus suus ventus est. Necesse est vt multū in vita nostra casus possit: quia viuimus casu. Quibusdā autem euenit: vt quædam scire se nesciant. Quemadmodū quærimus sæpe eos cū quibus stamus. Ita plærūqꝫ boni finem ignoramus apositū: nec multis verbis: nec circuitu longo: quod sit summū bonū collegis. Digito: vt ita dicā: demonstrandū est: nec in multa spargendū. quid enim ad rem ꝓtinet in particulas illud deducere cū possis dicere summū bonū est: quod honestū est? Et quod magis admireris: vnū bonū est: qđ honestum est. Cætera falsa ꝛ adulterina bona sunt. hoc si ꝓfueris tibi ꝛ virtutē ad amaueris: amare enī pax est: quicquid illic cōtingerit: id tibi qualecūqꝫ alijs videbit faustū fœlixqꝫ erit. ꝛ torqueri si modo iacueris: ipso torquente securior: ꝛ ægrotare: si non male dixeris fortunæ: si nō cesseris morbo. Dia denicꝫ quæ cæteris videntur mala: ꝛ mansuescent: ꝛ in bonū abiūt. Si sup illa eminueris: hoc liqueat nihil esse bonū: nisi honestū: ꝛ oīa incōmoda sua iure vocabūtur bona: quæ modo virū honestauerit. Multis videmur maiora ꝓmittere cū recipit humana cōditio: non imerito. ad corpus enim respiciūt. reuertātur ad animū iā homines deo metiētur. Enge te Lucilli virū optime: ꝛ relinque istū ludū literatorū philosophorū: qui rem magnificentissimā ad syllabas vocant: qui animuꝫ minuta docendo: ꝛ dimittunt ꝛ contemnunt. Fies similis illis qui ista inuenerint: non qui docent: ꝛ id agunt vt philosophia potius difficilis cū magna videatur. Socrates qui totā philosophiā reuocauit ad mores: ꝛ hanc summā dixit esse sapientiā: bona malaqꝫ distinguere. Sequere inquit illos: si apud te habeo auctoritatis. Vt sis beatus: ꝛ te alicui stultum viden sine. Quisquis volet tibi contumeliā facere: faciat ꝛ iniuriā. tu tamen nihil patieris si modo tecū erit virtus. Si vis inquit beatus esse: si fide bona vir bonus. siue contemnat te aliquis: hoc nemo ꝓstabit: nisi qui oīa bona exæquauerit. quia nec bonū sine honesto est: ꝛ honestū in omnibus par est. Quid ergo? Nihil interest inter prætura Catonis ꝛ repulsaꝫ? Nihil interest vtrum pharsalica acie Cato vincatur an vincat? hoc eius bonū quo victis partib⁹ non potest vinci: par erat illi bono quo victor rediret in patriā ꝛ cōponeret pacem. Quid ni par sit? Eadē enim virtute: ꝛ mala fortuna vincitur: ꝛ ordinatur bona. Virtus autem non potest maior aut minor fieri: vni⁹ staturæ est. Sed. C. pompeius amitteret exercitū: sed illud pulcherrimū. R. P. prætextū optimates: ꝛ prima acies Pompeiarū partiū Senat⁹ ferens arma vno prælio ꝓfligabuntur: ꝛ tam magni ruina imperij in totū dissiliet orbeꝫ. Aliqua pars eius i Aegypto: aliqua in Africa: aliqua in Hispania cadet. Ne hoc quidem misere R. P. cōtinget semel ruere. Dia licet fiant. Jubam in regno suo: non locorūꝫ notitia adiuuet: non populorū in rege sua virtus obstinatissima. Vticensiū quoqꝫ fides malis fracta deficiat. ꝛ Scipionem in Africa omnis sui fortuna destituat. Olim ꝓfuisum est: ne qđ Cato detrimenti caperet: victus est tamen. Et hæc munera inter repulsas Catonis tam magno aio feret aliquid sibi victoriā: cū ad prāturā obstitisse. Quo die repulsus est lusit. Qua nocte piturus fuit legit. eodem loco habuit prætura ꝛ vita excidere: oīa quæ acciderent ferenda esse ꝓfuserat sibi. Quid ni ille mutationem. R. P. forte ꝛ æquo pateretur aio? Quid enī periculo mutationis exceptū? Non terra: non cœlū: non totus hic rerum omniū contextus: cuius deo agente ducatur: non semp tenebit hunc ordinem: sed illū ex hoc cursu aliqs dies deiiciet. Certis eunt cūcta temporibus: nasci debet crescere ꝛ extingui quæcūqꝫ supra nos videres occurrere. ꝛ hæc quibus imixti atqꝫ impositi sumus: velut solidissima carpentur atqꝫ desinent. Nulli non senectus sui est. Inæqualib⁹ ista spaciis in eodeꝫ natura dimittit. Quic quid est nō erit: nec ꝓbit: sed resoluetur. Nobis solui pire est. Proxima enī intuemur. Ad ulteriora non ꝓspicit mens hebes: ꝛ quæ se corpori adduxit. Aliquis fortius finem sui: suorūqꝫ pareret: si speraret oīa illa: sic vitā mortemqꝫ per vices ire: ꝛ cōposita dissolui: dissoluta cōponi. In hoc ope æternā artem cuncta temperantis diuerti. Itaqꝫ cū Cato æuuꝫ aio peurrerit: dicet omne humanū genus quodcunqꝫ est: quodcunqꝫ erit damnatuꝫ est. Des

quæ vsq; rex potiũtur vrbes quæq; alienor ĩperior magna sunt: & decora: vbi fuerint alĩ quãdo quæret: & vario exilij genere tollent. Alias destruent bella: alias desidia: paxq; ad inertiã versa cõsumet: & magnis opib⁹ exitiosa res luxus oẽs hos fertiles campos repentina maris ĩundatio abscõdet: aut in subitã cauernã considentis soli lapsus adducet. Quid est ergo q̃re indigner: aut doleã si exiguo momẽto publica fata p̃cedo? Magn⁹ animus deo pareat: & quicq̃d lex vniuersi iubet sine cunctatiõe patiat. Aut in melior ẽ emittit vitã lucidius tranq̃llius q; inter diuina mãsurus: aut certe sine vllo futur⁹ incõmodo: suæ naturæ reminiscẽt: & reuertet in totũ. Nõ est ergo mi Lucilli Marco Catom mai⁹ bonu; honesta vita q̃ mors honesta: quoniã nõ intendit virtus. Idẽ esse dicebat Socrates veritatẽ & virtutẽ: quomodo illa nõ crescit: sic nec virt⁹ q̃dẽ habet numeros suos: plena est. Nõ est itaq; q̃ mireris: paria esse bona: & quæ ex ꝓposito sumẽda sunt: & quæ subita res tulit. Nam si hãc ĩæqualitatẽ recæperis: & fortit torqueri in bonis minor⁹ numeres: numerabis etiam malis & infœlicẽ. Socratẽ dices in carcere: infœlicẽ Catonẽ vulnera sua aiosius q̃ fecerat retractantẽ. Calimitosissimũ omniũ Regulũ fidei pœnas etiã hostib⁹ seruare pendentẽ. Vt q̃ nemo hoc dicere mollissimis quidẽ ausus est. Negãt enĩ illũ esse beatũ: & tantũ negant miserũ. Academici veteres beatũ q̃dẽ esse: etiã int hos cruciat⁹ fatent: & non ꝓfectum nec ad plenũ: q̃ nullo modo recipi potest nisi beat⁹ est: in sũmo bono nõ est: q̃ summũ bonu; est supra se gradũ nõ habet si modo illi virt⁹ inest. si illũ aduersa nõ minuũt: & manet etiam cum minuto corpore ĩcolumis manet aũt. Virtutẽ enĩ intelligo aiosam & excœlsam q̃ incitat q̃c q̃d infestat. Hũc animũ quẽ sæpe induũt generose indolis iuuenes: q̃s alicuĩ⁹ honestæ rei pulchritudo pcussit: vt oĩa fortuita contẽnant: ꝓfecto sapiẽtia infundet: & tradet: psuadebit vnũ bonũ esse q̃ honestũ: hoc non intẽdi nec remitti posse. non magis q̃ si regula; qua rectũ ꝓbari solet flectes. q̃cquid ex illa mutaueris iniuria est recti. Idẽ ergo de virtute dicemus & hæc recta est: flexurã non recipit. rigidari quidẽ potest: ampli⁹ intendi nõ potest. hæc de oĩbus rebus iudicat: de hac nulla. si rectior ipsa fieri nõ potest: nec quæ ab illa quidem fiunt: alia alĩs rectiora sunt. Nuic enĩ necesse est respondeãt ita paria sunt. Quid ergo inq̃s iacere in conuiuio & torqueri paria sunt: hoc mir⁹ videtur tibi illud licet magis admireris iacere in conuiuio malũ est: torq̃ri in eculeo bonũ. Si illud turpiter: hoc honeste sit. Bona ista aut mala nõ efficit materia: & virtus. Hæc vbicũq; apparuerit: oĩa eiusdẽ mẽsuræ ac pretij sunt. In oculos nũc mihi man⁹ intendãt ille: qui omniũ aĩos extimat ex suo: q̃ dicã paria esse bona aduersa fortiter portantus: & ꝓspera honeste iudicãtis: q̃ dicã paria esse bona eius q̃ trĩpbat: & ei⁹ qui ante currũ vehit victus aio. Non putãt enĩ fieri quicq̃d facere nõ possunt: & ex infirmitate sua de veritate ferũt sententiã. Quid miraris si vri: vulnerari: occidi: alligari iubeat? Aliquando etiã libet. Luxurioso frugalitas pœna est: pigro supplicij loco labor est: delicatis miseria est: continẽtia industris: desidioso studere torqueri est. Eodẽ modo hæc ad quæ oẽs imbecilli sum⁹ dura atq; intolerãda credim⁹ obliti q̃ multis tormentis sit vino carere: aut prima luce excitari. Non ista difficilia sunt natura: & nos fluuidi & enerues sum⁹. Magno aio de rebus magnis iudicandũ est. Alioq̃n videbit illa; vicĩ esse: q̃ nostrũ est. Sic quædã rectissima cũ in aquã demissa sunt: specie curui pfractiq; viscentib⁹ redduũt. Nõ tantũ q̃d videas: & quemadmodũ refert. Anim⁹ noster nõ ad vera ꝓspiciẽda caligat. Da mihi adolescentẽ incorruptũ: & ingenio vegetatũ: dicet fortunatiorẽ sibi videri: q̃ oĩa rerum aduersa; onera rigida ceruice sustollat: q̃ qui supra fortunã extat. Non mirũ est & in tranq̃llitate non concuti. illud mirare ibi extolli aliquẽ vbi oẽs deprimũt. ibi stare vbi oẽs iacent. Quid est in tormẽtis? Quid in alĩs quæ aduersa appellam⁹ mali? Hoc vt opinor succidere mentẽ: & incuruari & succũbere: quor; nihil sapienti viro potest eueuire: stat rectus sub quolibet pondere: nulla illũ res facit minorẽ: nihil illi eor; quæ pferenda sunt displicet. Nã quicq̃d cadere in hoĩem potest: in se cecidisse nõ queritur. Vires suas nouit: scit se aptũ oneri ferendo. Non educo sapientẽ ex hominum numero: nec dolores ab illo: sicut ab aliq̃ rupe nullũ sensũ admittente submoueo. Nemini ex duab⁹ partibus esse cõpositũ illuq; Altera est irrationalis: hæc moderat: virt: dolet. Altera rationalis: hæc incõcussas opiniones habet: intrepida est & indomita. In hac positũ est summũ illud hois bonũ antecq̃ ipleatur incerta mẽtis voluptatio est. Cũ vo pfectũ est: ĩmota illa stabilitas est. Itaq; incoactus: & ad sũma ꝓcedens: cultor q; virtutis: etiã si appropinquat pfecto bono: & ei nõdũ summã

manū imposuit: ibi interim cedet ⁊ remittet aliquid ex intentiõe mirantis. Nondū enim in certa transgressus est: etiā nunc versat' in lubrico. Beatus ꝯo ⁊ virtutis exactæ: tūc se maxie amat: cū fortissime expertus est: etiā metuenda cæteris. si alicuius honesti officij precia: non tantū fert: ꝫ amplexat' multoꝫ audire mauult: tanto melior quanto fœlicior. Venio nūc ille quo me vocat expectatio tua: ne extra naturā rex virtus nostra euagari videatur: ⁊ tremebit sapiēs ⁊ dolebit: ⁊ expallescet. Hi enī oēs corporis sensus sunt. Vbi ergo calamitas? vbi illud malū? Verū est illic scilicet si ista animū detrahunt: si ad confessionē seruitutis adducunt: si illi pœnitētiā sui faciunt. Sapiens quidē vincit fortunā virtute. Ut multi pfessi sapientiā leuissimis nōnunꝫ minis exterriti sunt. hoc loco nostra vicia est: qd a sapiente exigimus: ⁊ a pficiēte. Suadeo adhuc mihi ista quæ laudo: nondū psuadeo: etiā si psuasissem: nondū tā parata habeē: aut tā exercitata: vt ad oēs casus pcurrerent. Quemadmodū lana quosdā colores semel ducit: quosdā nisi sæpius macerata ac recocta nō præbebit. Sic alias disciplinas ingenia cū accepe: ptinus præstant. Hæc vbi alte descendit ⁊ diu sedit: ⁊ animū nedū colorauit: ꝫ infecit: nihil ex his quæ pmiserat præstat. Cito hoc potest tradi: ⁊ paucissimis verbis vnū bonū esse virtutē. Nullū certe sine virtute: ⁊ ipsam virtutē in parte nostri meliore: id est rationali positā. Quid erit hæc virtus? Iudiciū verū ⁊ imotuꝫ. Ad hoc enim īpetus veniet mētis: ad hoc oīs spes quæ impetū mouet: rediget ad nihilū. Huic iudicio consentaneū erit: oīa quæ virtute cōtracta sunt: ⁊ bona iudicare ⁊ int' se paria. Corpoꝛa autē bona corporib⁹ quidē bona sunt: ꝫ in totū nō sunt bona. His quidē precium erit aliqd. Cæterꝫ dignitas nō erit: magnis inter se interuallis distabūt: alia minora: alia maiora erunt: ⁊ in ipsis sapientiā sectātibus: magna discrimina esse fateamur: necesse est. Illis iam intantū pfecit: vt cōtra fortunā audeat attollere oculos: ꝫ nō ptinaciter. cædunt enī nimio splēdore præstricti. Illi⁹ iam intantū vt possit cū illa cōferre vultū: si iam puenit ad sūmū: ⁊ fiduciæ plenus est. Impfecta necesse est labent: ⁊ modo pdeant: modo sublabāt: aut succidant. Sublabent autē: nisi ire ⁊ niti pseuerauerint: si quicꝫ ex studio: ⁊ fideli intētiõe laxauerint. Retroeundū est. Nemo pfectū ibi inuenit: vbi reliquerat. Instem⁹ itaqꝫ ⁊ pseueremus pluscꝫ pfligauim⁹ restat. Sed magna pars pfectus est velle pficere. Huius rei conscius mihi sū. Volo ⁊ tota mēte: volo te quoꝫ instinctum esse: ac magno ad pulcherrima perare īpetu video. Properemus ita demuꝫ vita beneficiū erit. Alioqn mora est: ⁊ quidē turpis inter fœda versantib⁹. Id agamus vt nostꝫ omne tempus sit. Non erit autē nisi prius nostri esse cœperimus nos. Quādo continget contēnere vtrāqꝫ fortunā. Quando cōtinget omnibus oppressis affectibus: ⁊ sub arbitrium suum adductis: hanc vocem emittere vici. Quæ vicerim quæris? Non Persas nec extrema Medoꝫ: nec si quid vltra Bactras bellicosum iacet. Sed auariciam: sed ambitionem: sed mœtum mortis q̄ victores gentiū vicit.

Epistola septuagesimaquarta. Quod exclusis occupationibus continuato studio philosophandum sit. Et q̄ solius sapientis sit perpetuum gaudium.

Quod quæris a me liquebat mihi: si rem ediscerem per se: sed diu non retētaui memoriam meam. Itaqꝫ non facile me sequitur quod euenit libris situ cohærētibus hoc euenisse mihi sentio. Explicandus est animus: ⁊ quæcunꝫ apud illum depositā sunt: subinde excuti debent: vt parata sint quotiens vsus exegerit. Ergo hoc in præsentia differamus. Multum enim opere: multum diligentiæ posci. Cum primum longiorem eodem loco sperauero moram: tunc istud in manus summam: Quædam enim sunt quæ possis: ⁊ in ocio scribere: quædam lectum ⁊ ocium: ⁊ secretuꝫ desiderant. Nihil minus his quoꝫ occupatis diebus agitur aliquid: ⁊ quidem totis. nunnꝫ enim non succedent occupationes nouæ: serimus illas: itaqꝫ ex vna exeunt plures. Deinde ipsi nobis dilationē damus. Cum hæc peragero toto animo incumbam: ⁊ si hanc rem molestam composuero: studio me dabo. Non cum vacaueris philosophandum est. omnia alia negligenda sunt: vt huic assidiamus: cui nullum tēpus satis magnum est: etiā si a puericia vsqꝫ ad lōgissimos humani ꝛui terminos vita pducat. Non multum refert: vtrum obmittas philosophiaꝫ: an intermittas. non enim vt interrupta est manet: sed eoꝛ more: qui intenta desiliūt: vsqꝫ ad initia sua recurrit: quod a continuatione discessit. Resistendum est occupationibus: nec explicandæ sed submouendæ sunt. Tempus quidem nullus paꝛ idoneum est studio salutari. Ut qui multi inter alia nō studeꝫ: pter quæ studendus est incidet aliqd qd̄ impediat:

non quidem cum cuius animus in omni negocio lætus atq; alacer est. Imperfectis adhuc interciditq; lætitia. Sapientis vo contexitur gaudiū: nulla causa rumpitur: nulla fortuna: semper 7 vbiq; est tranquillum. non enim ex alieno pendet: nec fauorē fortunæ: aut hominis expectat. domestica illi fœlicitas est: exiret ex animo si intraret: ibi nascitur: aliquādo extrinsecus quo admoueat mortalitas interuenit: sed id leue: 7 quod summā cutem stringat aliquo inquam incōmodo afflatur: maximus bis illud bonū est fixum. ita dico extrinsecā aliqua sunt incōmoda: velut in corpore interdū robusto: sollidoq; eruptiones quædaz pustularum: 7 vlcuscula. Nullum in alto malum est. Hoc inquā interest inter cōsummatæ sapientiæ virū: 7 alium procedentis: quod inter sanum: 7 ex morbo graui ac diutino emergentem: cui sanitatis loco est leuior accessio. hic nisi attendit: subinde grauatur: 7 in eadē reuoluitur. Sapiens recidere non potest: nec incidere quidē amplius. Corpori enim ad tēpus bona valitudo est: quam etiam medicus si reddidit non præstat: sæpe ad eundem quem aduocauerat excitatur: semel in totū sanatur. Dicā quomodo intelligas sanum: si seipso contentus est: si confidit sibi: si scit oīa vota mortaliū oīa beneficia quæ dantur: petūturq;: nullī in beata vita habere momentū. Nā cui accidere potest id impfectū est: cui aliquid abscondere potest impfectū est: cuius ppetua lætitia futura est: is suo gaudeat. Dia autē quib⁹ vulgus inbiat vitro citroq; fluunt. Nihil dat fortuna mancipio. Sed hæc quoq; tunc fortuita delectant: cū illa ratio tēperauit ac miscuit. Hæc est quæ etiam æterna commendet quoq; auidis vsus ingratus est. Solebat Attalus hac imagine vti. Vidisti aliquando canē missa a domino frusta panis: aut carnis aperto ore captantem: quicquid excipit protinus integrum deuorat: 7 semper ad spem venturi hiat. Idem euenit nobis expectantibus quicqd fortuna proiecit: id sine vlla voluptate demittimus statim ad rapinam alterius erecti: 7 attenti. Hoc sapienti non euenit: plenus est: 7 si quid obuenerit secure excipit: ac reponit: lætitia fruitur maxima continua sua. Habet aliquis bonam volūtatē: habet profectū. sed cui multum desit a summo: hic deprimitur: altius extollitur: ac modo in cœlum eleuatur: modo defertur ad terram. Imperitis ac rudibus nullus præcipitationis finis est. in Epicureū illud chaos decidunt: inane sine termino est. Adhuc genus tertium eorum: qui sapientiæ alludunt: quam non quidem contigerunt: in conspectu tamen: 7 vt ita dicā: sub ictu habent Hi non concutiuntur: nec defluunt quidem nondum in sicco: iam in portu sunt. Ergo cum tam magna sint inter summos imosq; discrimina: cuz medios quoq; sequatur fructus su⁹ sequatur ingens periculum ad deteriora redeundi. non debemus occupationibus indulgere: 7 excludendæ sunt si semel intrauerint in locum suum: alias substituent. Principijs illarum obstemus: melius non incipient q̄ desinent. Vale.

Epistola septuagesimaquinta. Quod nulli debent esse principibus gratiores: q̄ philosophiæ studentes. 7 de excellentissima boni viri prudentia.

Krare mihi videntur: qui existimant philosophiæ fideliter deditos contumaces esse: ac refractarios: 7 cōceptores magistratuū aut Regū: eoz̄ue p quos publica administrant. Ecōtrario enī nulli aduersus illos gratiores sunt: nec imerito. Nullis enim præstāt: q̄ quib⁹ frui tranquillo ocio licet. Itaq; bi quibus altū ad ppositū bene viuē di aditū confert securitas publica: necesse est auctorē huius boni vt parentē colant. Multo quidē magis q̄ illi inquieti 7 in medio positi: qui multa principibus debent: sed multa et iputant: quibus nunq; tam plene occurrere vlla liberalitas potest: vt cupiditates illorum quæ crescūt dū implentur exacier. Quisquis aūt de excipiendo cogitat oblitus accepti est. Nec illū habet malū cupiditas maius: q̄ q̄ ingrata est. Adijce nūc q̄ nemo eoz̄ qui in re publica versant: quot vincat: sed a quib⁹ vincatur aspicit. 7 illis tā non iucundus est multos post se videre: q̄ graue aliquē ante se. Habet hoc viciū oīs ambitio nō respicit: nec ambitio tantū instabilis est: vez cupiditas oīs: quia incipit semper a fine. At ille vir syncer⁹: ac purus: qui reliquit 7 curiam 7 forum: 7 omnem administrationem. K. P. vt ad ampliora secederet: diligit eos per quos ei facere hoc tuto licet: solumq; illis gratuitum testimoniū reddit: 7 magnam rem nescientibus debet. Quemadmodum præceptores suos veneratur: ac suspicit: quorum beneficio illis in vijs exit. Sic 7 in his sub quorum tutela positus exercet artes bonas. Verum quoq; alios Rex vinbus suis protegit. Quis negat? Sed quemadmodum Neptuno plus debere se iudicat ex his qui eadē trāquillitate vsi sunt: qui plura 7

preciosiora illo mari vexit: ⁊ animosius a mercatione q̄ a vectore soluitur votum: ⁊ ex ipis mercatoribus effusius gratus est: qui odores: aut purpuras: ⁊ auro pensanda portabat: q̄ qui vilissima quæq̄: ⁊ saburræ loco futura congesserat. Sic huius pacis beneficiuz ad oēs pertinentis: altius ad eos peruenit: qui illa beneuntur. Multi enim sunt ex illis rogatis quibus pax operosior bello est. An idem existimas p pace debere eos: qui illā ebrietati: aut libidini impendunt: aut alijs vicijs quæ per bella rumpenda sunt: nisi forte tam iniquum esse putas sapientem: vt nihil virium se debere pro communibus bonis iudicet. Soli: lunæq̄ plurimum debeo ⁊ non vni mihi oriunt anno tēperantiq̄ annum deo: priuatim obligatus sum: q̄uis nihil ad meum honorem descripta sint. Et stulta auaricia mortaliū. Possessionem: ꝓpietatemq̄ discernit: nec quicq̄ suū credit esse quod publicum est. At ille sapiens nihil iudicat suum magis q̄ cuiuslibet. Illi cum humano genere consortiuz est: nec cuiz essent ita cōmunia: nisi pars illorum ptineret ad singulos. Socium efficit: etiam quod ex minima portione commune. Adijce nunc q̄ magna ⁊ vera bona non sic diuiduntur vt exiguū in singulos cadat: ad vnūquemq̄ tota perueniunt: ex congiario tantū ferunt homines quantum in capita ꝓmissum est. Epulum ⁊ visceratio: ⁊ quicquid aliud manu capitur: discedit in partes. At hæc individua bona pax ⁊ libertas: tam omnium tota q̄ singulorum sunt. Cogitat itaq̄ sapiens: per quem sibi horum vsus fructusq̄ contingat: per quem non ad arma illum nec ad seruandas vigilias: nec ad tuenda mœnia: ⁊ multiplex belli tributū publica vocet necessitas: agitq̄ gubernatori suo gratias. Hoc docet philosophia præcipue bene debere beneficia: bene soluere. Interdū autē solutio est ipsa confessio. Confitebit ergo multū se debere ei cuius administratione ac prudentia contigit illi pingue ocium ⁊ arbitriū sui temporis: ⁊ iperturbata publicis occupationibus quies. O Melibœe deus nobis hæc ocia fecit. Nanq̄ erit mihi ille semper deus. Si illa quoq̄ ocia: multum auctori suo debent quoz munus hoc maximū est. Ille boues errare meas vt cernis ⁊ ipsuz. Ludere quæ vellē calamo ꝓmisit agresti. Quāti æstumamus hoc ocium: quod inter deos agitur: quod deos facit. Ita dico Lucilli: ⁊ tein cœlū cōpendiario voco. Solebat dicere Sextius Iouē plus nō posse: q̄ bonū virum. Plura Iuppiter habet: quæ præstet hominibus. Sed inter duos bonos: non est melior qui locupletior: non magis q̄ inter duos: quibus par scientia regendi gubernaculū est: meliorem dixeris cui maius speciosiusq̄ nauigiū est. Iuppiter quo antecedit virū bonū diutius bonum est. Sapiens nihilo se minoris existimat q̄ virtutes eius breuiore spacio laudunt. Quemadmodū ex duobus sapientibus qui senior decessit: non est beatior: eo cuius inter pauciores annos terminata virtus est. Sic deus non vincat sapientē felicitate: etiam si vincat ætate. Non enim virtus maior: quæ longior. Iuppiter oīa habet. Sed nēpe alijs tradidit habenda. Ad ipsum hic vnus vsus ptinet q̄ vtendi omnib⁹ causa est. Sapiens tā æquo animo: oīa apud alios videt: contēnitq̄ q̄ Iuppiter: ⁊ hoc se magis suscipit q̄ Iuppiter illis vti nō potest: sapiens nō vult. Credamus itaq̄ Sextio mōstrāti pulcherrimū iter: ⁊ clamāti: hac itur ad astra: hac p̄m frugalitatem: hac p̄m tēperantiam: hac p̄m fortitudinē. Non sunt dij fastidiosi: nō inuiti: admittunt ⁊ ascendentibus manus porrigunt. Miraris hominē ad deos ire: ad boīes deus venit: imo q̄ d est ꝓprius in homines venit. Nulla sine deo mens bona est. Semina in corporib⁹ humanis diuina diſpsa sūt quæ si bon⁹ cultor excipit similia origini pdeūt: ⁊ paria his ex quib⁹ orta sunt: surgūt. Si mal⁹ nō alit q̄ hum⁹ sterilis: ac palustris necat: ac deinde creat purgamēta p frugib⁹. Vale

De inani mœtu: ⁊ ex quibus causis oriatur: ⁊ quibus purgetur remedijs. Et q̄ ea quæ vulg⁹ habet ꝓ eximijs bona nō sunt. cōtra quæ oppositionē subijcit cū solutiōe

Epistola tua delectauit me: ⁊ marcentem excitauit: memoriam quoq̄ meam quæ iam mihi segnis: ac lenta erat euocauit. Quid ni tu mi Lucilli: maximum putas instrumentum beatæ vitæ hanc psuasionem vnum bonum esse: quod honestum est. Nam qui alia bona iudicat: in fortunæ venit potestatē: alieni arbitrij est. Qui commune bonuz honesto circumscripsit: intra se fœlix est. hic amissis liberis mœstus: hic sollicitus ægris: hic turpibus: ⁊ aliquam passis infamiam tristis. illum videbis alienæ vxoris amore crucian: illum suæ. non deerit quē repulsa distorqueat. Erunt quos ipse honor vexet. illa ꝓ maxima est ex omnium mortalium populorum turba miserorum: q̄ expectatio mortis exagitat vndiq̄ impendens. Nihil est enim vnde non subeat. Itaq̄ vt in hostili regiōe

versantibus: huc & illuc circumspiciendum est: & ad omnem strepitum: circūagenda cervix. Nisi hic timor e pectore eiectus est: palpitantibus præcordijs viuitur. Occurrent acti in exilium: & euoluti bonis. Occurrent: quod genus ægestatis grauissimum est: in diuitijs inopes. Occurrent naufragi similiaue naufragis passi: quos aut popularis ira: aut inuidia: pernitiosum optimis telum: inopinantes securosq; deiecit: procellæ more quæ in ipsa sereni fiducia solet emergere: aut fulminis subiti: ad cuius ictum etiam intima tremuerunt. Nam vt ille quisquis ab igne propior stetit percusso similis obstipuit: sic in his per aliquas vim accidentibus vnum calamitas opprimit. Cæteros mœtus: paremq; passis tristitiā facit pati posse omnium animos: mala aliena: ac repentina sollicitāt. Quemadmodū aues inanis fundæ sonus territat. Ita nos non ad ictum tantū exagitamur: sed ad crepitū. Non potest ergo quisq; beatus esse: qui huic se opinioni credidit. Non enim beatus est: nisi quod intrepidum. Inter suspecta male viuitur. Quisquis se multum fortuitis dedit: ingentes sibi materiam perturbationis: & inexplicabilem fecit. Vna hæc via est ad tuta vadendi: & externa despicere: & honesto contentum esse. Nam qui virtute melius putat: aut illum præter illas bonum: ad hæc quæ a fortuna spargūtur suum expandit: & sollicitus missilia eius expectat. Hanc imaginem animo tuo propone: ludos facere fortunam: & in hunc mortaliū cœtum: honores: diuitias: gratiam excutere: quorum alia inter diripientium manus scissa sunt alia inuita societate diuisa: alia magno detrimento eorū in quos deuenerunt prehensa. Ex quibus quædam aliud agentibus inciderunt: quædā quia nimis captantur amissa: & dū auide rapiuntur expulsa sunt. Nulli vo etiam in rapina fœliciter cessit gaudium rapti durauit imposterum. Ita prudentissimus quisq;: cum primum induci videt munuscula a theatro fugit: & scit magno parua constare. Nemo manum conserit cum recedente: nemo exeūtem ferit. Circa premium rixa est. Idem in his eueniunt quæ fortuna desuper iactat. Æstuamus miseri: distringimur: multas habere cupimus manus modo in illam respicimus: nimis tarde nobis mitti videntur: quæ cupiditates nostras irritant ad paucos peruentura omnibus expectata. Ire obuiam cadentibus cupimus: gaudemus siquid muasimus: inuidendiq; alios spes vana delusit. Vilem prædam magno aliquo incommodo luimus: aut inde fallimur. Secedamus itaq; ab istis ludis: & dem⁹ raptoribus locum: secedamus. illi spectent bona ista pendentia: & ipsi magis pendeant. Quicunq; beatum esse constituet: vnū esse bonum putet: quod honestū est. Nam si vllum aliud malum existimat. Primum male de prudentia iudicat: quia multa incommoda iustis viris accidūt: & quicquid nobis devit: breue est & exiguum. Si cōpares mundi totius æuo: ex hac deploratione nascēt: vt ingrati diuinor interpretes simus. Queimur q non semper: q & pauca nobis & incerta: et abitura contingant. Inde est q nec viuere: nec mori volumus. Vitæ nos odium tenet: timor mortis mutat omne consiliū: nec implere nos vlla fœlicitas potest. causa autem est bonū & insuperabile: vbi necesse est resistat voluntas nostra: quia vltra summā non est locus. Quæris quare virtus nullo ægeat: præsentibus gaudet: nō concupiscit absentia: nihil nō illi magnum est: quia satis ab hoc discere iudicio non pietas hortabitur: non fides. multa vtraq; præstare cupienti patienda sunt. Ex his quæ mala vocantur multa impendēda. Ex his quæ indulgemus tanq; bonis. Perit fortitudo quæ periculū facere debet sui. perit magnanimitas quæ non potest eminere: nisi omnia velut minuta contempsit quæ p maximis vulgus optat. perit gratia: & relatio gratiæ existimatur labor: si quicq; preciosius fide nouimus: si non optima spectamus. Sed vt illa prætereā: aut ista bona non sunt quæ vocant aut homo fœlicior deo est. quoniāquidē quæ parata sunt nobis: nō habet in vsu de⁹. Nec enim libido ad illū: nec epularum lætitia nec opes: nec quicq; ex his hominē inescantibus: & vili voluptate ducentibus pertinet. Ergo aut incredibile est bona deo deesse: aut hoc ipsum argumentū est bona non esse quæ deo desunt. Adijce q multa quæ bona videri volūt: animalibus q hominibus plenioza contingūt. illa cibo auidius vruntur: venere non æque fatigantur: virium illis maior est: & æquabilior firmitas. Sequitur vt multa fœliciora sint homine. Nā sine nequicia sine fraudibus degunt: fruūtur voluptatibus: quas & magis cupiunt: & ex facili sine vllo pudoris & pœnitentiæ mœtu. Considera tu itaq;: an id bonū vocandum sit: quo deus ab homine vincitur. Summū bonū in animo contineamus: obsolescit si ab optima nostri parte ad pessimam transit: & transfertur ad sensus: qui agiliores sunt

animalibus mutis. Non est summa fœlicitatis nostræ in carne ponēda. Bona illa sunt ve
ra: quæ ratio dat solida: ac sempiterna: quæ cadere non possunt nec decrescere quidem: aut
minui. Cætera opinione bona sunt: & nomen quidem habent commune cum veris. Pro
prietas autem boni in illis non est. Itaq; commoda vocētur: & vt nostra lingua loquar p
ducta. Cæterum sciamus mancipia nostra esse non partes & sint apud nos: sed ita vt me
minerimus extra nos esse: etiam si apud nos sunt. Inter subiecta & humilia numerentur: p
pter quæ nemo se attollere debeat. Quid enim est stultius: q̄ aliquē sibi placere eo q̄ ipse
non fecit? Omnia ista nobis accedant: non hæreant: vt si adducantur sine vlla nostri lace
ratione discedant. Vtamur illis: non gloriemur: & vtamur parce: tanq̄ depositis apud nos
& abituris. Quisquis illa sine ratione possedit: non diu tenuit. ipsa enim fœlicitas: nisi tem
peretur: præmit: fugacissimis bonis si credidit: cito deseritur: & vt deserat: affligitur. Pau
cis deponere fœlicitatem molliter licuit. Cæteri cum his inter quæ eminuere labuntur: et il
los degrauant illa quæ extulerant. Ideo adhibeatur prudentia: quæ modum illis ac parti
moniam imponat. Quoniamquidem licentia opes suas præcipitat: atq; vrget: nec vnq̄
immodica durarunt: nisi illa moderatrix ratio compescuit. Hoc multarum tibi vrbiū oste
det euentus: quarum quædam in ipso flore luxuriosa imperia ceciderunt: & quicquid vir
tute partum erat: intemperantia corruit. Aduersus hos casus muniendi sumus. Nullus
autem contra fortunam inexpugnabilis murus est. Intus instruamur: si pars illa tuta est.
Pulsari homo potest: capi non potest. Quid sit hoc instrumentum scire desideras? Nihil ī
dignetur sibi accidere: sciatq; illa ipsa quibus lædi videtur ad conuersationem vniuersi p
tinere: & ex his esse quæ cursum mundi officiumq; consummant. Placeat homini q̄cquid
deo placuit: ob hoc ipsum se suaq; miretur: q̄ non potest vinci: q̄ mala ipsa sub se tenet: q̄
ratione qua valentius nihil est: casum doloremq; & iniuriam subigit. Ītima ratione hui⁹
te amor contra durissima armabit. Catulorum amor in venabula impingit feras: quas feri
tas & inconsultus impetus præstat indomitas. Iuuenilia nōnunq̄ ingenia cupido gloriæ
in contemptum tam ferri: q̄ ignium misit. Species quosdam atq; vmbra virtutis in mor
tem voluntariā trudit. Quanto his omnibus fortior ratio est: quanto constantior: tāto ve
hementius per mœtus ipsos: & pericula exibit. Nihil agitis inquit: q̄ negatis illuz esse ali
ud ab honesto bonum. Non faciet vos hæc munitio a fortuna tutos & immunes. Dicitis
enim inter bona esse liberos pios & bene moratam patriam & parentes bonos. horum peri
cula non potestis spectare securi: perturbabit vos obsidio patriæ: liberorum mors: paren
tum seruitus. Quid aduersus hos pro vobis responderi soleat: ponam. Deinde tūc adhi
am: quid præterea respondendum putem. Alia conditio est in his quæ ablata in locū suū
aliquid incōmodi substituunt: tanq̄ bona valitudo viciata in malam transfertur. Acies
oculorum extincta cæcitate nos afficit. Non tantum velocitas perit poplitibus incisis: sed
debilitas pro illa subit. Hoc non est periculum in his quæ pauloante retulimus. Quare
si amicum bonum amisi: non est mihi pro illo perfidia patieda: nec si bonos liberos extuli
in illorum locum impietas succedit. Deinde nō amicoꝝ illis: aut liberoꝝ interitus: sed cor
porum est. bonum autem vno modo perit: si in malum transit: quod natura non patitur
quia omnis virtus: & omne opus virtutis incorruptū manet. Deinde etiam si amici perie
runt. etiam si pbati respondentesq; voto patris liberi: est quod illoꝝ expleat locum. Quid
si quæris q̄ illos quoq; bonos fecerat virtus? Hæc nihil vacare patitur loci: totuz animū
tenet: desiderium omniū tollit: sola satis est. Omniū enim bonorum vis: & origo in ipsa est
Quid refert an aqua decurrens intercipiatur atq; abeat: si fons ex quo fluxerat saluus est.
Non dices vitam iustiorem: saluis liberis q̄ amissis: nec ordinatiorem: nec prudentiorem
nec honestiorem. ergo nec meliorem quidē. Non facit electio amici sapientiorem: non facit
stultiorem detractio. ergo nec beatiorē: aut miseriorem. Ēdiu virtus salua fuerit: non senti
es quid abscesserit. Quid ergo? Non est beatior & amicorū: & liberorum turba succinctus.
Quid ni non sit? Summū enim bonū nec infringitur: nec augetur: in suo modo permanet
Obicitq; fortuna se gessit: siue illi senectus longa contigit: siue citra senectutem finitus est
Eadem summi boni mensura est: cuius ætas diuersa sit. vtq; maiorem aut minorem circu
lum scribas: ad spaciū eius pertinet: nō ad formā: licet alter diu manserit: alter statiz obdu
xeris: & in eū in quo scriptꝰ est puluerē solueris: in eadē vtercq; forma fuit. Ō rectū est: nec

magnitudine existimatur: nec numero: nec tpe: nec magis pduci q̄ contrahi potest. honestā vitam ex centum annoꝝ numero: in quantum voles coꝛipe: ⁊ in vnum diem coge: æque honesta est. Modo latius virtus funditur. Regna: vrbes: prouincias temperat: fert leges: cogit amicitias: inter ꝓpinquos liberosq̄ dispensat officia. Modo arto fine circūdatur pau/ pertatis: exilij: orbitatis. non tamen minor est: si ex altiore fastigio in priuatum: ex regio in humilem subducitur: ex publico ⁊ spacioso iure in angustias domus vel anguli coit. Eque magna est etiam si in se recessit vndiq̄ exclusa. Nihilominus enim magni spiritus est: ⁊ cre ti: exactæ prudentiæ: indedinabilis iusticiæ. ergo æque beata est. Beatum enim illud vno loco positum est: in ipsa mente stabile: grande: tranquillum quod sine scientia diuinoꝝ humanarumq̄ non potest effici. Sequitur illud quod me responsurum esse dicebam. Non affligitur sapiens liberoꝝ amissione: non amicoꝝ. eodem enim animo fert illoꝝ mor/ tem: quo suam expectat. non magis hanc timet: q̄ illam volet. virtus enim conuenien/ tia constat: omnia opera eius cum ipsa concordant ⁊ congruunt. hæc concordia pert: si animus quem excelsum esse oꝑtuit: luctui: aut desiderio submittitur. Inhonesta est eoꝝ trepidatio ⁊ sollicitudo: ⁊ in vllo actu pigricia. Honestum enim securum: ⁊ expeditum est: interritum est: in procinctu stat. Quid ergo? Non aliquid perturbationi simile patietur? Non ⁊ colo: eius mutabitur: ⁊ vultus agitabitur: ⁊ artus refngescēt: ⁊ quicquid aliud nō ex imperio animi: sed ex inconsulto quodam nature impetu gentur? Fateor. sed manebit illi persuasio eadem: nihil illoꝝ malum esse: nec dignum: ad quod mens sana deficiat. Omnia quæ facienda erunt: audacter facit ⁊ prompte. Hoc enim stulticiæ proprium quis dixerit: ignaue: ⁊ contumaciter facere quæ faciat: ⁊ alio coꝛpus impellere: alio animum: di strahiq̄ inter diuersissimos motus. Nam propter illa ipsa quibus extollit se: miraturq̄ cō tempta est: ⁊ ne illa quidem quibus gloriatur libenter facit. Si vo aliquod timetur malu ꝝ eo proinde dum expectatur quasi venisset: vrgetur. ⁊ quicquid ne patiatur: timet: iaꝝ mœ/ tu patitur. Quemadmodum in coꝛporibus insigni languoꝛe signa præcurrunt. quædam enim segnicia est nerui: ⁊ sine vllo laboꝛe lassitudo ⁊ oscitatio: ⁊ boꝛoꝝ membra percurrēs Sic infirmus animus: multoante q̄ oꝑimatur malis quibus quatitur: præsumit illa: et ante tempus cadit. Quid autem dementius: q̄ angi futuris: nec se tormento reseruare: sed accersere sibi miserias: ⁊ admouere: quas optimum est differre: si discutere nō possit? Vis scire futuro neminem debere toꝛquen? Quicunq̄ audierit post quinquagesimum annu ꝝ si/ bi patienda supplicia: non perturbatur: nisi medium spacium transilient: ⁊ se in illo sæculo post futuram sollicitudinem immiserit. Eodem modo fit vt animos libenter ægros: et ca/ ptantes causas doloꝝ vetera atq̄ oblitterata contristent: ⁊ quæ præterierunt: ⁊ quæ futu ra sunt: absunt. neutra sentiamus. Non est autem nisi ex eo quod sentias doloꝝ. Vale.

Epistola septuagesimaseptima q̄ etiam in se/ nectute discendum sit. Et q̄ proprium hominis bonum ratio vel virtus est.

Nimicitias mihi denūcias: si quicq̄ ex his quæ quotidie facio ignoꝛaueris. Video q̄ simpliciter tecum viuam. Hoc quoq̄ tibi committam philosophum audio. ⁊ qui/ dem iam quintum diem habeo: ex quo in scholam eo: ⁊ ab octaua disputatiōe audio bona inquis ætate. Quid ni bona? Quid autem stultius est: q̄ quia diu nō didiceris: nō discere? Quid ergo idem faciam: quod trossuli: ⁊ iuuenes? Bene mecum agitur: si hoc vnū senectutem meam decet. omnis ætatis homines hæc schola admittit: in hoc senescamus: et iuuenes sequamur. In theatrum senex ibo: ⁊ in Circum deferar: ⁊ nullum par sine me depu gnabit. ad philosophum ire erubescam? Tamdiu discendum est: q̄ diu nescias: si prouer/ bio credimus: q̄ diu viuas. Ego tamen illic aliquid doceo. Quæris quid doceam? Etiam seni esse discendum. Pudet autem me generis humani quotiens scholas intraui: præter ipsum theatrum Neapolitanoꝝ: vt scis: transeundum est. Metronatis domum peten/ tes. illud quidem facturum est: ⁊ ingenti studio quis sit piraulus bonus iudicatur. habet tubicen quoq̄ gratus: ⁊ præco concursum. Et in illo loco in quo vir bonus quæritur: in quo vir bonus nascitur: pauciss̄imi sedent. ⁊ hi plærisq̄ videntur nihil boni negocij habe/ re: quod agunt inepti: ⁊ inertes vocantur. Mihi contingat iste derisus: æquo animo audi enda sunt imperitoꝝ conuicia: ⁊ ad honesta vadenti contemnendus est ipse conteptus.

Perge Lucilli: ⁊ propera tibi: ne tibi accidat q̄ mihi: vt senex discas. immo ideo magis p̄pera: quoniam id nunc aggressus es: quod perdiscere vix senex possis. Quantum inquis p̄ficiam? Quantum tentaueris? quid expectas? Nulli sapere casu obtigit. Pecunia veniet vltro: honor affertur: gratia ⁊ dignitas fortasse ingerentur tibi. Virtus in te non incidet: nec lucri opera: aut paruo labore cognoscitur: sed est tanti laborare omnia bona semel occupatio. Vnum est enim bonum quod honestum. In illis nihil inuenies veri: nihil certi: quæ cū q̄ famæ placent. Quare hoc vnum sit bonum: quod honestum dicam? Quoniam parū me executum priore epistola iudicas: magisq̄ hanc rem tibi laudatam: q̄ probatam putas: et vt in artum: quæ dicta sunt contraham: omnia bono suo constant. Vitem fertilitas commendat: ⁊ sapor vinum: ⁊ velocitas ceruum. Quare fortia iumenta dorso sint quæris: q̄rū hic vnus est vsus: sarcinas ferre. In cane sagacitas. Prima est si inuestigare debet feras: cursus si consequi: audaci si mordere ⁊ inuadere. Idq̄ in quoq̄ optimo esse debet cui nascitur: cui censetur. In homine quid optimum est? Ratio. hac antecedit animalia: deos sequit. Ratio ergo perfecta proprium hominis bonum est: cætera illi cum animalibus satis communia sunt. Valet: ⁊ leones: formosus est: ⁊ pauones. Velox est: ⁊ equi. Non dico ī his oīb⁹ vincitur: non quæro quid in se maximum habeat: sed quid suum corpus habet ⁊ arbores habet: impetum ac motum voluntarium ⁊ bestiæ: ⁊ vermes habent vocem: sed quāto clariorem canes? Acutiorem aquilæ. Grauiorem tauri? Dulciorem: mobiliorem q̄ luscium? Quid in homine proprium? Ratio. hæc recta ⁊ consummata fœlicitatem hominis ipleuit Ergo si omnis res: cum bonum suum perfecit: laudabilis est: ⁊ ad finem naturæ suæ peruenit: homini autem suum bonum ratio est: si hanc perfecit laudabilis est: ⁊ finem naturæ suæ tetigit. Hæc ratio perfecta virtus vocatur: eademq̄ honestus est. Id itaq̄ vnum bonum est in homine: quod vnum hominis est. Nunc enim non quærimus quid sit bonū: sed quid sit hominis bonum. Si nullum bonum aliud est hominis q̄ ratio: hæc erit eius vnum bonum: sed pensandum cum omnibus: si sit malus improbabitur puto: si bonus puto probabitur. Id ergo in homine primum solumq̄ est: quo ⁊ probatur: ⁊ improbatur. Non dubitas an hoc sit bonum: dubitas an solum bonum sit? Si quis omnia alia habeat: valitudinem: diuitias: imagines multas: frequens atriuz: sed malus ex confesso sit: improbabis illum. Item si quis nihil quidem illorum quæ rettuli habeat: deficiat pecunia: clientum turba: nobilitate ⁊ auorum: proauorumq̄ serie: sed ex confesso bonus sit probabis illum. Ergo hoc vnum est bonum hominis: quod qui habet: etiam si alijs destituatur laudandus est. quod qui non habet in omnium aliorum copia dānatur: ac reijcit. Quæ conditio rerum: eadem hominum est. Nauis bona dicitur: non quæ preciosis colorib⁹ picta est: nec cui argenteum aut aureum rostrum est: nec cuius tutela ebore celata est: nec quæ fiscis: atq̄ opibus regijs pressa est: sed stabilis ⁊ firma: ⁊ in iuncturis aquam excludentib⁹ spissa ad ferendum incursum maris: solida gubernaculo parens: velox ⁊ non sentiens ventum. Gladium bonum dices: non cui deauratus est balteus: nec cuius vagina gemmis distinguitur: sed cui ⁊ ad secandum subtilis est acies: ⁊ mucro munimentum omne rumpens. Regula nō q̄ formosa: sed q̄ recta sit quæritur. Eo quidq̄ laudatur cui comparatur quod illi proprium est. Ergo in homine quoq̄ nihil ad rem pertinet quantum aret: quātū fœneret: a q̄ multis salutetur: q̄ precioso icumbat lecto: q̄ perlucido poculo bibat: sed q̄ bonus sit. bonus autem est si ratio explicita est: ⁊ recta: ⁊ ad naturæ suæ voluntatem accommodata. hæc vocatur virtus: hoc est honestum ⁊ vnicum hominis bonum. Nam cū sola ratio perficiat hominem: sola ratio perfecta beatum facit. hoc autem vnum bonuz est: quo vno beatus efficitur. Dicimus etiam illa bona esse: quæ a virtute perfecta contractaq̄ sunt id est opera eius omnia: sed ideo ipsa vnum bonum est: quia nullū sine illa est. Si omne in animo bonum est: quicquid illum confirmat: extollit: amplificat bonum est. Validiorē autem animum ⁊ excelsiorem ⁊ ampliorem facit virtus. Naz cætera quæ cupiditates nostras irritant deprimunt quoq̄ animum: ⁊ labefaciunt: cū videntur attollere inflant ac multa vanitate deludunt. Ergo id vnuz bonum est quo melior animus efficitur. Omnes actiones totius vitæ: honesti ac turpis respectu temperantur. Id hoc faciendi ⁊ non faciendi ratio dirigitur. Quid sit hoc dicam. Vir bonus: quod honeste se facturū putauerit: faciet etiaz sine pecunia: si laboriosum erit: faciet etiā si damnosum erit: etiam si piculosuz erit.

Rursus quod turpe erit: non faciet: etiam si pecuniam fert: etiam si voluptatem: etiam si potentiam. Ab honesto nulla re deterrebitur: ad turpia nulla inuitabitur. Ergo si honestus vtique secuturus est: turpe vtique vitaturus: & in omni actu vitæ spectaturus est. Hæc duo nec aliud malus q̄ turpe. Si vna idē priuata virtus est: & sola permanet tenoris sui. Vnū est bonum virtus: cui iam accidere ne sit bonum non potest: mutationis periculum effugit. Sapientia ad sapientiam erupit. Sapiētia in stulticiaz non reuoluitur. Dixi si forte meministi concupita vulgo: & formidata: inconsulto impetu plærosq̄ calcasse. Inuentus est: q̄ flammis imponeret manum: cuius risum non interrumperet tortor: qui in funere liberorū lachrymam non mitteret: qui morti intrepidus occurreret. Amor: ira: & nimia cupiditas pericula deposcerunt. Quod potest breuis obstinatio animi aliquo stimulo excitata: quanto magis virtus: quæ non est ex impetu: nec subito: sed æqualiter valet: cui perpetuū robur est. Sequitur vt quæ ab inconsultis sæpe contemnuntur: a sapientibus semper ea: nec bona sint: nec mala. Vnum ergo bonum ipsa virtus est: quæ inter hanc fortunam & illaz superba incedit cum magno vtriusq̄ contemptu. Si hanc opinionem receperis aliquid bonum esse: præter honestum: nulla non virtus laborabit. nulla enī obtineri poterit: si q̄cq̄ extra se respexerit. Quod si est rationi repugnat ex qua virtutes sunt: & veritati: quæ sine ratione non est. Quæcunq̄ autem opinio veritati repugnat: falsa est. Virum bonum concedas necesse est: summæ pietatis erga deos esse. Itaq̄ quicquid ei acciderit: æquo animo sustinebit. sciet enim id accidisse lege diuina: qua vniuersa procedunt. Quod si est vnum illi bonum erit quod honestum. In hoc enim positum: & patere diis: nec excandescere ad subita: nec deplorare sortem suam: sed patienter excipere fatum: & facere imperata. Si vllū aliud est bonum q̄ honestum: sequitur nos auiditas vitæ: auiditas rerum: vitam instruentium: quod est intolerabile: infinitum: vagum. Solum ergo bonum est honestū cui modus est. Diximus futuram hominis fœliciorem vitam q̄ deorum: si ea bona sunt: quorum nullum in vsu eorum est: tanq̄ pecunia: honores. Adjice nunc quod si modo solutæ corporibus animæ manent: fœlicior illis status restat: q̄ est dum versantur in corpore. Atq̄ si ista bona sunt: quibus per corpora vtimur emissis erit prius: quod contra fidem est: fœliciores esse liberis: & in vniuersum bonis: clausas & obsessas. illud quoq̄ dixerā: si bona sunt ea: quæ tam homini contingunt: q̄ mutis animalibus: & muta animalia beatam vitam agunt. quod fieri nullo modo potest. Omnia pro honesto patienda sunt: quod non esset faciendum: si esset vllum aliud bonum: q̄ honestum. Hoc q̄uis latus secutus essem priore epistola constrinxi: & breuiter percurri. Nunq̄ autem vera opinio talis videbitur: nisi animum eleues: & te ipse interroges: si res exegerit: vt pro patria moriaris: & salutem omniuz ciuium tua morte redimas: an porrecturus sis ceruicem: non tantum patienter: sed etiam libenter. si hoc facturus es: nullum aliud bonum est. Omnia enim ita relinquis: vt hoc habeas. Vide quanta vis honestatis sit. Pro republica morieris: etiam si statum facturus hoc eris: cum scieris tibi hoc esse faciendum. Interdum ex re pulcherrima magnum gaudiū etiam si exiguo tempore ac breui capitur: & q̄uis fructus operis peracti: nullus ad defunctū exemptumq̄ rebus humanis pertineat. ipsa tamen contemplatio futuri operis iuuat: & vir fortis & iustus: cum mortis suæ præmia ante se posuit: libertatem patriæ: salutem omniū pro quibus dependit animā in summa voluptate est: & periculo suo fruitur. Sed ille quoq̄ cui etiam gaudium hoc eripitur: q̄ tractatio operis maxime & vltime præstat: nihil cunctatus desiliet in mortem: facere recte pieq̄ contentus. Oppone etiam illi nunc multa quæ deterrentur: dic fatum tuum matura sequetur obliuio & parum gratiæ existimatio ciuium. Respondet tibi: ista omnia extra opus meum sunt. ergo ipsum contemplor: hoc esse honestum scio. Itaq̄ quocunq̄ ducit: ac vocat venio. Hoc ergo vnum bonum est: quod non tantum perfectus animus: sed generosus quoq̄: & indolis bonæ sentit. Cætera leuia sunt mutabilia: itaq̄ sollicite possidentur: etiam si fauente fortuna inunum congesta sunt. dominis suis incumbant grauia: & illos semper præmunt: aliquando & illudunt. Nemo ex istis quos purpuratos vides: fœlix est: non magis q̄ ex illis quibus sceptrum & chlamydem in scæna fabulæ assignant. Cum præsente populo lati incesserunt: & contumati simul exierunt: excalceantur: & ad staturam suam redeunt. Nemo istorum quos diuitiæ bonorēsq̄ in altiore fastigio ponunt magnus est. Quare ergo magnus videtur? cum basi illum

ſua metiris. magnus non eſt publico milio licet in monte conſtiterit. Coloſſus magnitudinem ſuam ſeruabit: etiam ſi ſteterit in puteo. Hoc laboramus errore: ſi nobis imponitur q̄ neminem exiſtimamus eo quo eſt: ſed adijcimus illi: 7 ea quibus adornatus eſt. Ꝛt qui cū voles veram hominis exiſtimationem inire: 7 ſcire qualis ſit nondum inſpice: ponat patrimoniū: ponat honores 7 alia fortunæ mendacia: corpus ipſum exuat: animuz intuere qualis quantuſq̄ ſit: alieno an ſuo magnus: ſi erectis oculis gladios micātes videt: 7 ſi ſcit ſua nihil intereſſe: vtrum anima per hos an p̄ iugulum exeat: beatum voca. Si cum illi denunciata ſunt corporis tormenta: 7 quæ caſu veniunt: 7 quæ potentioris iniuria: ſi vincula: 7 exilia: 7 vanas humanarum fortitudines mentium ſecurus audit. 7 dicit: non vlla laborum o virgo noua mi facies inopinaue ſurgit: omnia percipiat: quæ animo mecum ipſe perægi Tu hodie iſta denuncias: ego ſemper denunciaui mihi: 7 hominē paraui ad humana: p̄ræcogitati mali mollis ictus venit. Ꝛt ſtultis 7 fortunæ credentibus: omnis videtur noua rerum 7 inopinata facies. Magna autem pars eſt apud imperitos mali nouitas. Hoc vt ſcias ea quæ putauerunt aſpera: fortius cum aſſueuere patiuntur. Ideo ſapiens aſſueſcit futuris malis: 7 quæ alij diu patiendo leuia faciunt: hic leuia facit diu cogitando. Audiui aliquando voces imperitoꝝ dicentium: ſciebam hoc mihi reſtare. Sapiens ſcit ſibi omnia reſtare. Quicquid factum eſt: dicit ſciebam. Vale. Explicit liber decimus.

Incipit liber vndecimus. Epiſtola ſeptuageſimaoctaua. Exemplis 7 rationibus docet non eſſe curandum de morte.

Vbito nobis hodie Alexandrinæ naues apparuerūt: quæ præmitti ſolent: 7 nunciare ſecuturæ claſſis aduentum: tabellarias vocāt: gratus illarum Campaniæ aſpectus eſt. omnis in pilis puteolorum turba conſiſtit: 7 ex ipſo genere velorum. Alexandrinas cuius i magna turba nauium intelligit. Solis enim licet ſipparum intendere: quod in alto omnes habent naues. Nulla enim res æque adiuuat curſum: cuius ſumma pars veli: illinc maxime nauis vrgetur. Itaq̄ quoties ventus increpuit: maior eſt: cuius expedit antenna ſubmittitur: minuſq̄ habet virium flatus: 7 ex humili cum intrauere capreas: 7 promontorium: ex quo alta procelloſo ſpeculatur vertice pallas. cæteræ velo iubentur eſſe cōtentæ. Sipparum Alexandrinarum inſigne indicium eſt. In hoc omnium diſcurſu pperantium ad litus: magnā ex pigricia mea ſenſi voluptatem: q̄ epiſtolas meorum acceptarus non properaui ſcire: quis illic eſſet mearum rerum ſtatus: quid afferrent. Olim iam nec perit quicq̄ mihi nec acquirit. Hoc etiam ſi ſenex non eſſem fuerat ſentiendum. Nunc vo multomagis quantūlūcūq̄ haberem: tamen plus iam mihi ſupereſſet viatici: cuius viæ. præſertim cum eam viam ſumus ingreſſi: quam peragere non eſt neceſſe. Iter imperfectum erat: ſi in media parte aut citra locum petitum ſteteris. Vita non eſt imperfecta: ſi honeſta eſt. Vbicunq̄ deſines si bene deſines tota eſt. Sæpe autem 7 fortiter deſinendum eſt: 7 non ex maximis cauſis. Nā nec 7 maxime ſunt quæ nos tenent. Tullius Marcellinus quem optime noueras adoleſcens quietus: 7 cito ſenex: morbo 7 non inſanabili correptus: ſed longo 7 moleſto: 7 multa imperante: cœpit deliberare de morte. Conuocauit cuius plures amicos. Vnuſquiſq̄ aut quia timidus erat: id illi ſuadebat: quod ſibi ſuaſiſſet: aut quia adulator 7 blandus id conſilium dabat: quod deliberanti forte gratius ſuſpicabatur. Amicus noſter Stoicus homo egregius: 7 vt verbis illum: quibus laudari dignus eſt laudem: vir fortis ac ſtrenuus videtur mihi maxime illum cohortatus. Sic enim cœpit. Noli enim mi Marcelline torqueri: tāq̄ de re magna deliberes. Non eſt res magna viuere: omnes ſerui tui viuūt: omnia animalia: magnū eſt honeſte mori: prudenter: fortiter: cogita q̄diu iam idem facias. Cibus: ſonus: libido perhunc circulum curritur. Mori velle: non tantum prudens: aut fortis: aut miſer: etiaz faſtidioſus poteſt. non opus erat illi ſuaſore: ſed adiutore. Serui parere nolebant: primum detraxit illis mœtum. 7 indicauit tunc familiam periculum adire: cum incertū eſſet: an mors domini voluntaria fuiſſet. Alioquin tam mali exempli eſſet occidere dominum q̄ prohibere. Deinde ipſum Marcellinum admonuit: non eſſe inhumanum. quemadmodum cœna peracta: reliquiæ circumſtātibus diuiduntur: ſic peracta vita aliquid porrigi his qui totī vitæ miniſtri fuiſſent. Erat Marcellinus facilis animi 7 liberalis: etiam cum de ſuo fieret.

Minutas itaq; summulas distribuit flentibus seruis: 7 illos vltro consolatus est. Non fu it illi opus ferro: non sanguine: triduo obstinuit: 7 in ipso cubiculo poni tabernaculū iussit Solium deinde illatum est: in quo diu iacuit: calida subinde suffusa paulatim defecit: vt aiebat non sine quadā voluptate: quā afferre solet leuis dissolutio animi inexperta nobis: quos aliquando animus liquit. In fabellam excessi non ingratam tibi. exitum enim amici cognosces: non difficilem: nec miserum. Cuius enim mortem sibi consciuerit: tamen mollissi me excessit: 7 vita elapsus est. Sed ne inutilis quidē hæc fabella fuerit. sæpe enim talia exē/ pla necessitas exigit. Sæpe debemus mori: nec volumus. Nemo tam imperitus est: vt nesci at quando q; moriendum: tam cum prope accesserit: tergiuersatur: tremit: plorat. Nonne ti/ bi videt stultissimus omnium: qui fleuit q ante mille annos non vixerat? Eque stultus est qui flet q post mille annos non viuet. Hæc paria sunt: non eris: non fuisti. Vtrunq; tem/ pus alienum est. In hoc punctum cōiectus es quod ne extendas: quousq; extēdes. Quid fles? quid optas? perdis operam: desine fata deum flecti sperare precando. Rata 7 fixa sunt: 7 magna: atq; æterna necessitate ducuntur. Eo ibis quo omnia eunt. quid tibi noui est? Ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit: hoc matri tuæ: hoc maioribus: hoc omnib9 ante te: hoc omnibus post te. Series inuicta: 7 nulla mutabilis ope illigauit ac trahit cūcta Quantus te populus moriturq; sequetur: quantus comitabitur? Fortior vt opinor esses si multa milia tibi commorientur. At qui multa milia: 7 hominum 7 animalium hoc ipso momento quo tu mori dubitas: animam varijs generibus demittunt. Tu autem non pu/ tabas te aliquando ad id peruenturum ad quod ibas. Nullum sine exitu iter est. Exempla nunc magnoq; virorum me tibi iudicas relaturum: puerorum q referam. Iacon ille memoriæ traditur impubes adhuc: qui captus clamabat: non seruā: in sua illa dorica lingua: 7 ver/ bis fidem imposuit. Vt primum iussus est fungi seruili 7 contumelioso ministerio. Afferre enim vas obscœnum iubebatur: illisum'parieti caput rupit. Tam prope libertas est: 7 ser/ uit aliquis? Ita non sic perire filium tuum malles: cū per inertiā senem fieri. Quid ergo est cur perturberis: si mori fortiter etiam puerile est? Puto nolle te sequi duceris. Fac tui iuris quod alienum est: non sumes pueri spiritum: vt dicas non seruio. infœlix seruis hominib9 seruis rebus: seruis vitæ. Nam vita si moriendi virtus abest: seruitus est. Et quid habes p̄pter quod expectas voluptates ipsas quæ te morantur ac retinēt sumpsisti. Nulla tibi no ua est: nulla non iam odiosa ipsa satietate. Quis vini: quis mulsis est sapor? scis. nihil iter est centum per vesicam tuam: an mille amphoræ transeant: saccus est. Quid sapiat ostreū? quid mulus optime nosti? Nihil tibi luxuria tua in futuros annos intactum seruauit. At qui hæc sunt a quibus inuitus diuelleris. Quid est aliud quod tibi eripi doleas: amicos 7 patriam? tanti enim illā putas: vt tardius cœnes. Solemq; si posses extingueres. Quid enim inquā fecisti luce dignum? Confitere non curiæ te: non fori: non ipsius naturæ desi/ derio tardiorem ad moriendum fieri. Inuitus relinquis macelluz: in quo nihil reliquisti mo/ rtem times. At quomodo illam media oblectatione contemnis? Viuere vis. scis enim mo/ ri times. Quid porro ista vita: non mors est? Cæsar cum illum transeuntem per latinā viaz vnus ex custodiarum agmine demissa: vsq; in pectus vetere barba rogaret mortem. nunc enim inquit viuis. Hoc istis respondendū est quibus successura mors est: mori times. nūc enim viuis. Sed ego inquit viuere volo: qui multa honeste facio. Inuitus relinquo officia vitæ: quibus fideliter 7 cū industria fungor: quid tu nescis vnū esse ex vitæ officijs 7 mori? nullum officium relinquis. non enim certus numerus quem debeas explere finitur. Nulla vita est non breuis. Nam si ad naturam rerum respexeris. etiam Nestoris 7 Satiuem bre/ uis est: quē inscribi monumento suo iussit. Annis se nonagintanouē vixisse. Vides aliquē gloriari senectute longa. Quis illam ferre potuisset: si contigisset centesimū implere? Quo/ modo fabula: sic vita. non q̄diu: sed q̄ bene acta sit: refert. Nihil ad rem pertinet quo loco desinas: quocunq; voles desine: tantum bonam clausulam impone. Vale.

Epistola Septuagesimanona. Quod multum ad bonā valitudinē amicorū præ/ sentia: 7 mollis excitatio p̄sunt. 7 de trib9 incōmodis infirmitatis: 7 eoz remedijs

Exari te distillationibus crebris: ac febriculis: quæ longas distillationes: 7 in con/ suetudinem adductas sequuntur: eo molestius mihi est: quia expertus suz: hoc ge/ nus valitudinis: quod inter initia contempsi. Poterat adhuc adolescētia iniunas

ferre: ⁊ se aduersus morbos contumaciter gerere. Deinde succubui: ⁊ eo perductus sum: vt ipse distillarem: ad summaꝫ maciem deductus. Sæpe impetum feci abrumpendæ vitæ patris me indulgentissimi senectus retinuit. Cogitaui enim non q̄fortiter mori possem: sed q̄ fortiter ille desiderare non posset. Itaq; imperaui mihi vt viuerem. Aliquādo enim ⁊ viuere fortiter facere est. Quæ mihi tunc fuerit solacio dicam: si prius hoc dixeris hæc ipsa quibus acquiescebam: medicinæ vim habuisse. In remediuꝫ cedunt honesta solacia: ⁊ quicq̄d animum erexit etiam corpori prodest. Studia mihi nostra etiā saluti fuerūt. Philosophiæ acceptū fero q̄ surrexi q̄ cōualui: illi vitam debeo: ⁊ nihil illi min⁹ debeo. Multū mihi contulerunt ad bonam valitudinem amici: quorum adhortationibus: vigiliꝫ: sermonibus alleuabar. Nihil æque Lucilli virorum optime: ægrum reficit atq; adiuuat q̄ amicorum affectus. Nihil æque expectationem mortis ac mœtum sumpsit. Non iudicabam me: cū illos superstites relinquerem mori. Putabam inquam me victurum: non cum illis sed illos: nō effundere mihi spiritum: sed trahere. Hæc mihi dederunt voluntatem ad viuēdum: ⁊ patiendi omne tormentum. Alioquin miserrimum est: cum animum moriendi proiacens non habere viuendi. Ad hæc ergo remedia te confer: medicus tibi quantū ambules: quantum exercearis mōstrabit. Ne indulgeas ocio: ad quod vergit iners valitudo: vt legas clarius ⁊ spiritum: cuius iter ac receptaculum laborat exerceas vt nauiges: ⁊ viscera molli iactatione concutias. Quibus cibis vtaris? Vinum quando virium causa aduocet: quando intermittas: ne irritet ac exasperet tussim. Ego tibi illud præcipio: quod non tantum huius morbi: sed totius vitæ remedium est. Contēni mortem nihil triste est: cum huius mœtū effugimus. Tria hæc in omni morbo grauia sunt. Mœtus mortis: dolor corporis: intermissio voluptatum. De morte satis dictum est. hoc vnum dicam non morbi hunc esse: sed naturæ mœtum. Multorum mortem distulit morbus: ⁊ saluti illis fuit videri perire. Morieris. Non quia ægrotas: sed quia vīuis: ista te res ⁊ sanatum manet. Cū cōualueris: nō mortem sed valitudinem effugies. Ad illud nunc propriuꝫ incommodū reuertamur. Magnos cruciatus habet morbus: sed hos tolerabiles: interualla faciunt. Naꝫ summi doloris inuentio inuenit finem. Nemo potest valde dolere ⁊ diu. Sic nos amicissima nostri natura dispositi: vt dolorem: aut tolerabilem: aut breuem faceret. Maximi dolores consistūt in maceritis corporis partibus. Nerui: articuliꝫ: ⁊ quicquid aliud est: acerrime sæuit: cū in arto vicia concepit. Sed cito hæc partes obstupescunt: ⁊ ipso dolore sensum doloris amittūt siue quia spiritus naturali prohibitus cursu ⁊ mutatus in peius: vim suam qua viget admouetq; nos perdit: siue quia corruptus humor cum desijt habere quo fluat: ita se elidit in his quæ nimis impleuit: excutit sensuꝫ. Sic Podagra ⁊ Chiragra: ⁊ omnis vertebrarū dolor: ⁊ neruorum interquiescit: cum illa quæ torquebat: debetabit. Omnium istorum prima verminatio vexat. Impetus mora extinguit: ⁊ finis dolendi est obturpuisse: dentium dolor oculorum: aurū ob hoc ipsum acutissimus est: q̄ inter angustissima corporis nascitur: non minus meberale q̄ capitis huius. Sed si incitacior est: in alienationem soporemq; cōuertitur. Hoc itaq; solacium fasti doloris est: q̄ necessitas est: desinas illum sentire: nimis senseris. illud autem est: quod imperiti in vexatione corporis male habent: nō assueuerūt animo esse contenti: multum illis cum corpore fuit. Ideo vir magnus ⁊ prudens animum deducit a corpore: ⁊ multum cum meliore ac diuina parte versatur: cum hac querela: ⁊ fragili quantū necesse est. Sed molestuꝫ est inquis carere voluptatibus assuetis abstinere cibo: sitire: esurire: hæc prima abstinentia grauia sunt. Deinde cupiditas relanguescit ipsis per se quæ cupimus fatigatis ac deficientibus. Inde morosus est stomachus. Inde quibus fuit auiditas cibi odium est: desideria ipsa moriuntur. Non est autem acerbum carere: eo q̄ cupere desieris. Adiice q̄ nullus intermittitur dolor: aut certe remittitur. Adiice q̄ licet ⁊ cauere futurum: ⁊ obsistere imminenti remedijs. Nullus enim non signa præmittit. Vtiq; q̄ ex solito reuertitur. Tolerabilis est morbi patientia: si contempseris id quod extremuꝫ minatur. Noli mala tua facere tibiipsi grauiora: ⁊ te querelis onerare. Leuis est dolor: si nihil illi opinio adiecerit. Contra te si exhortari te cœperis: ac dicere nihil est: aut certe exiguū est: durem⁹: iam desinet: leue illum dū putas facies: omnia ex opinione suspensa sunt. Nō ambitio tantum ad illam respicit: ⁊ luxuria: ⁊ auaricia: ad opinionem dolemus: tam miser est quisq; q̄ credidit: detrahendas præteritoꝫ dolorum conquestiones puto: ⁊ illa verba.

Nulla vnq̃ fuit peius quos cruciatus quanta mala pertuli: nemo me surrecturuz putauit. Quotiens deploratus sum a meis? Quotiens relictus a medicis? In eculeum imposiri nō sic distrahuntur: etiam si sunt vera ista transierunt. Quid iuuat prāteritos dolores retractare: & miser esse: quia fueris? Quid q̃ nemo non multū malis suis adiicit: & sibiipsi mentitur? Deinde quod acerbum fuit: rettulisse iucundū est. Naturale est mali sui fine gaudere Circūcidenda ergo duo sunt: & futuri timor: & veteris incōmodi memoria. Hoc ad me iam non pertinet. Id nondū in ipsis positus difficultatibus dicat fortitan: & hæc olim meminisse iuuabit: toto contra illum pugnet animo: vincetur si cesserit: vincet si cōtra dolorē suū intenderit. Nunc hoc plærisq̃ faciunt: attrahunt in se ruinā: cui obstandus est. Illud quod præmit: quod impendit: quod vrget: si subducere te cœperis: sequetur & grauius incumbet si contra steteris: & obniti volueris repelletur. Athletæ quantum plagarum ore: quantū toto corpore excipiunt: ferunt tamen omne tormentum gloriæ cupiditate. Nec tantū quia pugnant: ista patiuntur: sed vt pugnent. Exercitatio ista tormentum est. Nos quoq̃ euincamus omnia quorum premium non corona: nec palma est: nec tibicen prædicationi nostri nominis faciens silentium. Sed virtus & firmitas animi: & pax in cœlum parta: si semel in aliquo certamine debellata fortuna est. Dolorem grauem sentio. Quid ergo non sentis: si illum muliebriter tuleris? Quemadmodum pernicioſior est hostis fugientibus: sic omne fortuitum incommodū magis instat cædenti & aduerso sed graue est. Quid? Nos ad hoc fortes sumus: vt leuia portemus. Vtrum vis longum esse morbum: an cogitatum & breuem si longus est: habet intercapedinem: dat refectioni locum: multum temporis donat. Necesse est vt exurgat & desinat. Breuis morbus & præceps alterutrum faciet: aut extinguetur: aut extinguet. Quid autem interest: non sim: an non sim: in vtroq̃ finis dolēdi est. illud quoq̃ proderit ad alias cogitationes aduertere animum: & a dolore discedere. Cogita quid honeste: quid fortiter feceris: bonas partes tecum ipse tracta: memoriam in ea quæ maxime miratus es sparge. Tunc tibi fortissimus quisq̃: & victor doloris occurrat. ille qui dum varices execandas præberet: legere librum perseuerauit. ille qui non desijt ridere: cū ob hoc ipsuz irati tortores: omnia instrumēta crudelitatis suæ experirentur. Num vincetur dolor ratiōe qui victus est risu? Quicquid vis non obliuisci licet dicas distillationes: & vim continue tussis ægerentem viscerum partes: & febrem præcordia ipsa torrētem & sitim: & artus in diuersum articulis exeūtibus tortos: plus est flamma & eculeus: & lamina: & vulneribꝰ ipsis intumescentibus: q̃ illa renouaret & altius vrgeret impressum. Inter hæc tamē aliquis nō gemuit. Parum est non rogauit. Parum est non respondit. Parum est risit: & quidem ex animo. Vis tu post hæc dolorem deridere? Sed nihil inquis agere sinit morbus: qui me omnibus abduxit officijs. Corpus tuum valitudo tenet: non & animuz. Itaq̃ cursoris moratur pedes: sutoris aut fabri manus impediet: si animus esse tibi in vsu solet. Suadebis: docebis: audies: dices: quæres: recordaberis. Quid porro nihil agere te credis: si temperās æger sis: ostendens morbum posse superari: vel certe sustineri. Est mihi crede virtuti etiaz in lectulo locus: non tantum arma & acies dant argumenta alacris animi indomitiq̃ tortoribus: & in vestimentis vir fortis apparet. Habes quid agis: bene luctare cum morbo: si nihil te coægerit: si nihil exhortauerit. Insigne prodis exemplum. O q̃ magna erat gloriæ materia: si spectaremur ægri. Ipse te expecta: ipse te lauda. Præterea duo sūt genera voluptatū. Alterum corporales morbos inhibet: non tamen tollit. immo si veruz existimes incitat magis. Iuuat bibere sitientem: gratior est esurientibus cibus. quicquid ex abstinentia cōtingit auidius excipitur. illas ꝯo animi voluptates: quæ maiores certioresq̃ sunt: nemo medicꝰ ægro negat. has quisquis sequitur: & bene intelligit omnia sensiue blandimenta contēnit O infœlicem ægrum. Quare? quia non vino niuem diluit: quia non rigorem potiōis suæ quam capacem cypho miscuit renouat: fracta insuper glacie: quia non ostrea illi luctuia: in ipsa mensa aperiuntur: quia circa cœnationem eius: non tumultus coquorum est ipsos cuz obsonijs focos transferentium. Hoc enim iam luxuria commenta est: ne quis intepescat cibus: ne quid palato iam calloso parum ferueat: cœnam culina sequitur. O infœlicē ægruz edet quantum coquat: non iacebit in conspectu aper: vt vilis caro a mensa relegatus: nec in repositorio eius pectora auium. totas enim videre fastidium est: congesta ponentur. Quid tibi mali factum est. Cœnabis tanq̃ æger: immo aliquando tanq̃ sanus. Sed omnia ista

perferremus facile: sorbitionem ꝛ aquam calidam: ꝛ quicquid aliud intolerabile videtur delicatis: ꝛ luxu fluentibus: magisq; animo q̄ corpore morbidis tantum mortem desinamus horrere. desinemus autem: si fines bonorum ac malorum cognouerimus. Ita demū nec vita tedio erit: nec mors timori. Vitam enim occupare facietas sui non potest: tot res varias magnas diuinas percensentem. In odium illam sui adducere solet iners odium. Hęc natura pagranti nunq̄ in fastidium veritas veniet falsa saciabuntur. Kursus si mors accedit ꝛ vocat: licet immatura sit: licet mediam præcidat ætatē: perceptus longissime fructus est. Cognita est illi ex magna parte natura: scit tempore honesta non crescere. His necesse est videri omnem vitam breuem: qui illam voluptatibus vanis: ꝛ ideo infinitis metiunt. His te cogitationibus recrea: ꝛ interim epistolis nostris vacando veniet aliquod tempus quod nos iterum iungat ac misceat: quantumlibet sit illud: longū faciat scientia vtendi. Nam vt Possidonius ait: vnus dies eruditorum plus paret q̄ imperitorum longissima ætas. Interim hoc tene: hoc mordе: aduersis non succumbere: lætis non credere: omnem fortunæ licentiam in oculis habere: tanq̄ quicquid potest factura sit. Quicquid expectatum est diu leuius accedit. Vale.

Epistola octuagesima. De Scylla Charybdi ꝛ Ætna æquale in omnibus esse: q̄ tantum facit: ꝛ quomodo gloria sit vmbra virtutis.

Expecto epistolas tuas: quibus mihi indices circuitus Siciliæ totī: quid tibi noui ostenderit: ꝛ omnia de ipsa Charybdi certiora. Nam Scyllaz quidem saxū esse ꝛ quidem non terribile nauigantibus optime scio. Charybdis an respondeat fabulis: perscribi mihi desidero: ꝛ si forte obseruaueris: dignuz est autez q̄ obserues: fac nos certiores vtrum vno tantum vento agatur in vertices: an omnis tempestas: atq; mare illud conto: queat: ꝛ an verum sit: quicquid illo fero turbine arreptum est per multa milia trahi conditum: ꝛ circa tauromentanum litus emergere. Si hoc mihi perscripseris: tunc audebo tibi mandare: vt in honorem meum Ætnam quoq; ascendas quā consummi: ꝛ sensim subsidere: ex hoc colligunt quiddam: quod aliquando nauigantibus solet ostendi. Potest hoc accidere: non quia montis altitudo descendit: sed quia ignis euanuit ꝛ nimis vehemēs ac largus effertur: ob eandem causam: fumo quoq; per diem segnior. Neutrum autem incredibile est: nec montem qui deuoretur quotidie minui: nec manere eundem: quia non ipsuz ex se est: sed in aliqua inferna conceptus valle æstuat: ꝛ alias pascatur in ipso mōte: non alimentum habet: sed viam. In lycia regio notissima est Ephestion incolæ vocant: perforatuz pluribus locis soluz: quod sine vllo nascentium damno: ignis innoxius circuit. Læta itaq; regio est: ꝛ herbida nil flammis adurentibus: sed tantum in remissa: ac languida refulgentibus. Sed reseruemus ista: tunc quæsituri: cum tu mihi scripseris quantū ab ipso ore montis niues absint: quas ne æstas quidem soluit: adeo tutæ sunt ab igne vicino. Nō est autē q̄ istam curam imputes mihi. Morbo enim tuo daturus eras: etiam si nemo dabit quid manducare tibi donec ætnam describat in tuo carmine: ne hunc solennem omnib⁹ poetis locum attingas: quem quominus Ouidius tractaret: nihil obstitit: nisi quod iam Virgilius impleuerat. Ne sæuerū quidem Cornelium vterq; deterruerit. Omnib⁹ præterea feliciter is locus se dedit: ꝛ qui præcesserant non præripuisse mihi videntur quæ dici poterant: sed aperuisse. Sed multum interest vtr̄ ad consumptam materiam: an ad subactam accedis. crescit indies: ꝛ inuenturis inuenta non obstant. Præterea cōditio optima est vltimi: parata verba inuenit quæ aliter instructa nouam faciez habent: nec illis manꝰ injicit tanq̄ alienis. sunt enim publica. Jurisconsulti negant quicq̄ publicum vsucapi: aut ego te non noui: aut ætna tibi saliuam mouet. Jam cupis grande aliquid ꝛ par prioribꝰ scribere. plus enim sperare modestia tibi tua nō permittit: quæ tanta in te est: vt videaris mihi retracturus ingenij tui vires: si vincendi periculum sit tanta tibi prior reuerentia est. Inter cætera hoc habet boni sapientia: non potest vinci. nemo ab altero potest vinci nisi dū ascenditur: dū ad summū peruenieris pares sunt. nō est incremento locus: statur. Nunq̄d Sol suæ magnitudini adijcit? Nūquid vltra q̄ solet ꝛ Luna procedit? Maria non crescunt. Mundus eundem habitum ac modū seruat. Extollere se quæ iustam magnitudinez impleuere non possunt. Quicunq; fuerint sapientes: pares erūt: ꝛ æquales habebit vnusq̄sq; pprias dotes. Alius erit affabilior: alius expeditior: alius promptior in eloquendo: alius

facundior. illud de quo agitur quod beatum facit: æquale est in omnibus. An Aetna tua possit sublabi: & in se ruere. An hoc excelsum cacumē & conspicuum per vasti maris spacia detrahat assidua vis ignium nescio. Virtutem non flamma: non ruina inferius adducet: hæc vna maiestas deprimi nescit: nec proferri vltra: nec referri potest. Sic hui⁹ vt cœlestium statuta magnitudo est. Ad hanc nos conemur educere: iam multum operis effectum est. Immo si verum fateri volo: non multum: nec enim bonitas est: pessimis esse meliorē. Quis oculis glorietur? Quis suspicetur diem: cui sol per caliginē splendet? licet content⁹ interim sit effugisse tenebras: adhuc non fruitur bono lucis. Tunc animus noster habebit q̄ gratuletur sibi: cum emissus his tenebris: in quibus volutatur: non tenui visu clara prospexerit: sed totum diem admiserit: & redditus cœlo suo fuerit: cum recæperit locum quem occupauit sorte nascendi: sursum illum vocant initia sua. erit autem illic: etiam anteqū hac custodia exoluatur: cuius vicia disiecerit: purus q̄ ac leuis: in cognitiones diuinas emicuerit. Hoc nos agere Lucilli charissime: in hoc ire impetu toto: licet pauci sciēt: licet nemo viuat. Gloria vmbra virtutis est: etiam in vita commutabitur. Sed quemadmodū vmbra aliquando antecedit: aliquando sequitur: vel a tergo est. ita gloria aliquando ānte nos est: visendamq̄ se præbet: aliquando in aduerso est: maiorq̄ quo serior vbi inuidia secesserit. Quidiu videbatur furere Democritus vix recæpit Socratem fama: quidiu Catonē ciuitas ignorauit: respuit nec intellexit: nisi cum perdidit. Rutuli innocentia ac virtus lateret: nisi accæpisset iniuriam: dum violatur effulsit. Nunquid non sorti suæ gratias ægit: & exiliū suum complexus est? de his loquor quos illustrauit fortuna dum vexat. Quē multorum profectus in noticiam euasere post ipsos? quē multos fama non excæpit: sed obruit? Vides Epicurū quem tantopere non tantum eruditiores: sed hæc quoq̄ imperitorum turba miretur. hic ignotus ipsis Athenis fuit arca quas delituerat. Multis itaq̄ iam annis Metrodoro suo superstes in quadam epistola sua: cū amicitiā suā Metrodori grata commemoratione cecinisset: hoc nouissime adiecit: nil sibi & Metrodoro inter tanta bona nocuisse q̄ ipsos illa nobilis Græcia non ignotos solum habuisset: sed pene inauditos. Nunquid ergo nō postea quē esse desierat inuentus est? Nunquid non opinio eius emuit? Hoc Metrodorus quoq̄ in quadam epistola confitetur se & Epicurum non satis emuisse: sed posse: & Epicurum magnum paratumq̄ nomen habituros: qui voluissent per eadem ire vestigia. Nulla virtus latet: & latuisse non ipsius est damnum. Veniet qui conditam: & sæculi sui malignitate cōpressam dies publicet. Paucis natus est: qui plurimum ætatis suæ cogitat. Multa annorum milia: multa populorum superuenient. Ad illa respice: etiam si omnibus tecum viuentibus silentium liuor induxerit. Venient qui sine offensa sine gratia iudicēt: si quod est precium virtutis ex fama: nec hoc interit: ad nos quidem nihil pertinebit. Posterorum sermo tamen etiam non hæc sentientes colet: ac frequentabit. Nulli non virtus: & viuo: & mortuo rettulit gratiam: si modo illam bona secutus est fide: si se non exornauit & pinxit: sed idē fuit: siue ex denunciato videbatur: siue imperatus ac subito. Nihil simulatio profiat: paucis imponitur leuiter extrinsecus inducta facies. Veritas in omnem sui partē eadem est. Quæ decipiunt nihil habent solidi. Tenue est mendacium: perlucet si diligenter inspexeris. Vale.

Epistola octuagesima prima. De exercendo in philosophia ingenio. Et q̄ vera libertas excusso mœtu mortis & paupertatis acquintur.

Odierno die non tantum meo beneficio mihi vaco: sed spectaculi q̄ omnes molestos aspero macheram auocauit. Nemo irrumpit nemo cognitionem meam impediet: quæ ac ipsa fiducia procedit audacius. Non crepuit subinde hostium: non allevabitur velum. Licebit vno vadere: quod magis necessarium est per se emitti: & suā sequi viam. Non ergo sequor priores: facio. sed permitto mihi inuenire aliquid & mutare & relinquere. non seruio illis: sed assentior. Magnum tamen verbum dixi qui mihi silentiū promittebam: & sine interpellatore secretum. Ecce ingens clamor ex stadio profertur: & me non excutit mihi: sed in ipsius rei contentionem transfert. Cogito mecum q̄ multi corpora exercent: ingenia q̄ pauci: quantus ad spectaculū non fidele & luxuriosum fiat concursus: quāta sit circa artes bonas solitudo: q̄ imbecilli animo sint: quorū lacertos humeros q̄ miramur illud maxime reuoluo mecum: si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest.

qua ⁊ pugnos pariter ⁊ calces: non vnius hominis ferant: qua solem ardentissimū in fer/uentissimo puluere sustinens aliquis: ⁊ sanguine suo madens diem ducat. Quanto facili⁹ animus corroborari possit: vt fortunæ ictus inuictus excipiat: vt proiectus ⁊ conculcatus ex/urgat. Corpus enim multis æget rebus: vt valeat. Animus ex se crescit se ipse alit: se ex/ercet. illi multo cibo: multa potione opus est: multo oleo: longa denicz opera. Tibi contin/get virtus sine apparatu: sine impensa: quicquid facere te potest bonum tecum est. Quid tibi opus est: vt sis bonus? Velle. Quid autem melius potes velle: q̄ eripere te huic ser/uituti: quæ omnes præmit? Quam mancipia quoq̄ conditionis extremæ: ⁊ in bis sordi/bus nata: omni modo exuere conantur? Peculium suum quod parauerunt ventre frau/dato peruenire pro capite numerant? Tu non concupisces quantūcunq̄ ad libertatem perue nire: qui te in illa putes natum. Quid ad arcam tuam respicis? Emi non potest. Itaq̄ in tabellas vanum conijcitur nomen libertatis: quam nec qui emerunt: habent: nec qui vendi derunt. Tibi des oportet: bonum istud a te petas. Libera te primum mœtu mortis illa pri/mum nobis iugum imponit. deinde mœrum paupertatis. Si vis scire quoniam nihil in il la mali sit: compara inter se pauperum ⁊ diuitum vultus. Sæpius pauper: ⁊ fideli⁹ rider. Nulla sollicitudo in alto est: etiam si qua incidit cura: velut nubes leuis transit. Horū qui fœlices vocantur: hilaritas ficta est: aut grauis: ⁊ superata tristicia. eo quidez grauior quia interdum non licet palam esse miseros: sed inter erumnas cor ipsum excedentes: necesse est agere fœlicem. Sæpius hoc exemplo mihi vtendum est: nec enim vllo efficacius exprimit: hic humanæ vitæ munus: qui nobis partes has quas male agamus assignat. ille qui in scæna latius incedit. ⁊ hæc resupin⁹ dicit: Ea impero Argis. Regna mihi liquit Pelops: qua ponto ab Helles: atq̄ ab Ionio mari vrgetur: ⁊ isthmos seruus est: quinq̄ modios ac/cipit: ⁊ quinq̄ denarios. ille qui superbus atq̄ impotens: ⁊ fiducia virium tumidus ait: q̄ nisi quieueris Menelae: hac dextera occides: diurnum accipit: in centuculo dormit. Idem de istis licet omnibus dicas: quos supra capita hominum: supraq̄ turbam delicatos: lecti/ca suspendit. Omnium istorum personata fœlicitas est: contemnes illos si dispoliaueris: equum empturus: solui iubes: stratum detrabis: vestimēta venalibus: ne qua vicia corpo ris lateant: hominem inuolutum æstimes. Mangones quicquid est quod displiceat ali/quo lenocinio abscondūt. Ita ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt. Siue crus alliga/tum: siue brachium aspiceres nudari iuberes: ⁊ ipsum corpus tibi ostendi. Vides illū Sy thiæ Sarmathiæue Regem insigni capitis decore: si vis illum æstimare: totūq̄ scire qua/lis sit: fasciam solue: multum mali sub illa latet. Quid de alijs loquor? si perpendere te vo/les: sepone pecuniam: domum: dignitatem. intus teipsum considera: nō qualis sit alijs ex/teras. Vale.

Epistola octuagesima secunda. Quod propter ingratitudinem non est a beneficijs cessandum. Et de compensatione iniuriæ ⁊ beneficij. Et q̄ nemo sit referre gratiam: ni solus sapiēs. Et de bono gratitudinis: ⁊ ingratitudinis malo.

Vereris incidisse te in hominem ingratum: si hoc nūc primū: age aut fortunæ: aut diligentiæ tuæ gratias. Sed nihil facere hoc loco diligentia potest: nisi te malignū Nam si hoc periculum vitare volueris: non dabis beneficia. Ita ne apud aliuz pe reant: apud te peribunt: nō respondeant potius q̄ non dent: ⁊ post malā segetē serendū est. Sæpe quicquid perierat: assidua infœlicis soli sterilitate: vnius anni restituit vbertas. Est tanti: vt gratum inuenias experiri: ⁊ ingratos. Nemo habet tam certaz in beneficijs manū vt non sæpe fallatur: aberrent: vt aliquando hæreant: post naufragiū maria tentant. Fœ/neratorem non fugat a foro coactor. Cito inerti ocio vita torpebit: si relinquendum est quic/quid offendit. Te vo benigniorem hæc ipsa res faciet. Nam cuius rei euentus incertus est id vt aliquando procedat: sæpe tentanduz est. Sed de isto satis multa locuti sumus in bis libris: qui de beneficijs inscribuntur. illud magis quærendum videtur: quod non satis vt existimo: explicatum est: an id quod profuit nobis: si postea nocuit paria fecerit: ⁊ nos debi to soluerit. Adijce si vis: ⁊ illud multo plus postea nocuit: q̄ ante profuerat. Si rectaz illā rigidi iudicio sententiā quæris: alteq̄ ab altero absoluet. ⁊ dicet: q̄uis iuriæ præponderet

tamen beneficijs tenetur: quod ex iniuria superest plus nocuit: sed plus profuit: itaq; ha-
beatur ꝛ temporis ratio. Iam illa manifestiora sunt: q̄ vt admonen debeas: quærendum
esse: q̄ libenter profuerit: q̄ inuitus nocuerit: quoniam animo ꝛ beneficia ꝛ iniuriæ constāt.
Nolui beneficium dare. Victus sum: aut verecundia: aut instantis pertinacia: aut spe. Eo
animo quicq̄ debetur: quo datur: nec quantum fit: sed a quali profectum voluntate per-
penditur. Nunc coniectura tollatur: ꝛ illud beneficium fuit: ꝛ hoc quod modum benefici
prioris excessit iniuria est. Vir bonus vtroq; calculos sic ponit: vt se ipse circumscribat be-
neficio adq̄at: iniuriæ demit. Alter ille remissior iudex: quem esse me malo: iniuriæ obliuisci
debebit officij meminisse. Hoc inquam iusticiæ certe conuenit: suum cuiq; reddere: beneficio
gratiam: iniuriæ talionem: aut certe gratiam malam. Verum erit istud: cum alius iniuriā
fecerit: alius beneficium dederit. Nam si idem est beneficio ius iniuriæ extinguitur. Nam
cui etiam si merita antecessissent: oportebat ignosci: post beneficia lædenti: plus q̄ venia de-
betur. Non pono vtriq; par pretium: pluris existimo beneficium: q̄ iniurias. Non omnes
grati sciunt beneficium debere. Potest etiam imprudēs: ac rudis ꝛ vnus de turba: vtiq; dū
prope sibi est: reddere beneficium: ꝛ pensare ab accepto. Ignorat autem quantum pro re
debeat. Vni sapienti notum est: quanta res quæq; taxanda sit. Nam ille de quo loquebar
modo stultus: etiam si bonæ voluntatis est: aut minus q̄ debet: aut tempore: aut quo nō
debet loco: reddit id quod referendum est effundit atq; abigat. Mira in quibusdam rebus
verborum proprietas est: ꝛ consuetudo sermonis antiqui quædam efficacissimis: ꝛ officia
docentibus notis signat. Sic certe solemus loqui: Ille illi gratias rettulit. Referre est vltro
quod debeas afferre. Non dicimus gratiam reddidit. reddunt enim: ꝛ qui reposcuntur: et
qui inuiti: ꝛ qui vbilibet: ꝛ qui per alium. nō dicimus repositum beneficiū: aut solutum. Nul-
lum enim nobis placuit quod ære alieno conuenit. Verbum referre est ad eum a quo acce-
peris. Referre hæc vox significat voluntariam rationem. qui rettulit: ipse se appellauit. Sa-
piens omnia examinabit secum: quantum acceperit: a quo: quando: vbi: quemadmodum
Itaq; negamus quenq; scire gratiam referre: nisi sapientem: non magis q̄ beneficium dare
quisq̄ sat: nisi sapiens. hic scilicet qui magis gaudet dato: q̄ alius accepto. hoc aliquis in-
ter illa numerat: quæ videmur inopinata omnibus dicere.
græci vocant. ꝛ ait: Nemo ergo scit præter sapientem referre gratiam. ergo nec quod debet
creditori suo reponere quisq̄ scit alius. Nec cum emit aliquam rem pretium venditori per-
soluere: ne nobis fiat inuidia. Scito idem dicere Epicurum. Metrodorus certe ait solum
sapientem scire gratias referre. Deinde idem admiratur: cum dicimus solus sapiens scit
amare: solus sapiens amicus est. atqui ꝛ amoris ꝛ amicitiæ pars est: referre gratiam. Im-
mo hoc magis vulgare est: ꝛ in plures cadit q̄ vera amicitia. Deinde idem admiratur: q̄
dicimus fidem nisi in sapientem non esse: tanq̄ non idem ipse dicat: an tibi videtur fidem
habere: qui referre gratiam nescit. Desinant itaq; infamare nos tanq̄ incredibilia iactan-
tes: ꝛ sciant apud sapientem esse ipsa honesta: apud vulgum simulachra rerum honestarum
ꝛ effigies. Nemo referre gratiam scit: nisi sapiens. stultus quoq; vtiq; sit: ꝛ quemadmo-
dum potest referat. Scientia illi potius q̄ voluntas desit. Velle non discitur. Sapiens in-
ter se omnia comparabit. maius enim opus: aut minus fit: q̄uis idem sit tempore: loco: cau-
sa. Sæpe enim hoc potuerunt diuitiæ in domum infusæ: quod opportune dari mille den-
rij. multum enim interest donaueris an succurreris: seruauerit illum tua liberalitas: an in-
struxerit. sæpe quod datur exiguum est: quod sequitur ex eo magnum. q̄tum autem exisi-
mas interesse: vtrum aliquis quid dederat: vel præstauit: sumpserit an beneficium acce-
perit vt daret: Sed ne in eadem: quæ satis scrutati sumus reuoluamur: in hac comparatione
beneficij ꝛ iniuriæ: vir bonus iudicabit quidem quod erit æquissimum: sed beneficio faue-
bit in hanc erit partem procliuior. Plurimum autem momenti persona solet afferre in re-
bus eusmodi: dedisti mihi beneficium in seruo: iniuriam fecisti in patre: seruasti mihi filiū
sed patri abstulisti. Illa deinceps per quæ procedit omnis consolatio prosequetur: ꝛ si id
pusillum erit: quod interfit dissimulabit etiam si multum fuerit. Sed si id donare salua pi-
etate ac fide potuerit remittet: id est si ad ipsum tota pertinebit iniuria. Summa rei hæc est fa

cilis erit in commutando: patietur plus imputari sibi inuitus: beneficium per compensati
onem iniuriæ soluet: in hanc partem inclinabit: huc vrget: vt capiat debere gratiam cupiat
referre. Erat enim si quis beneficium accipit libentius q̄ reddit. Quāto hilarior est qui sol
uit: q̄ qui mutuat tanto debet esse: qui se maximo ære alieno accepti beneficij exonerat:
q̄ qui cum maxime obligatur. Nam in hoc quoq; falluntur ingrati: q̄ creditori quidem
præter sortem extra ordinem numerant. beneficiorum autem vsum esse gratuitum putant
& illa crescunt mora: tantoq; plus soluendum est: quanto tardius. Ingratus est qui be
neficium reddit sine vsura. Ita huius quoq; rei habetur ratio: cum conferentur accepta
& expensa. Omnia facienda sunt: vt q̄ gratissimi simus. nostrum enim hoc bonum est.
Quemadmodum iustitia non est: vt vulgo creditur: ad alios pertinens: magna pars
eius in se redit. Nemo non cum alteri prodest: sibi profuit. non eo nomine dico quo vo
let adiuuare adiutus: protegere defensus: quod bonum exemplum circuitu ad faciem
tem reuertitur: sicut mala exempla recidunt in auctores. nec vlla miseratio contingit his
qui patiuntur iniurias: quas posse fieri faciendo docuerunt: sed quod virtutum omniū
præcium in ipsis est. Non enim exercentur ad præmium: recte facti fecisse merces est. Gra
tus sum: non vt alius mihi libentius præstet prioris irritatus exemplo: sed vt rem iucun
dissimam: ac pulcherrimam faciam. Gratus sum: non quia expedit: sed quia iuuat.
Hoc vt scias ita esse si gratum non licebit nisi vt videar ingratus. Si reddere benefici
um: non aliter q̄ per speciem iniuriæ potero: æquissimo animo ad honestum consilium
per mediam infamiam tendam. Nemo enim mihi videtur pluris æstimare virtutem.
nemo illi magis esse deuotus: q̄ qui boni viri famam perdidit: ne conscientiam perde
ret. Itaq; vt dixi maiore tuo: q̄ alterius bono gratus es. illi enim vulgaris & quotidia
na res contigit recipere: quod debebat tibi magna: & ex beatissimo animi statu profecta:
gratum fuisse. Nam si malicia miseros facit: virtus beatos. gratum autem esse virtus
est: rem vsitatam reddidisti: inæstimabilem consecutus es grati conscientiam: quæ nisi
in animum diuinum fortunatumq; non peruenit. In contrarium autem huic affectum
summa infœlicitas vrget. Nemo sibi gratus est: miser erit. Non differo illum statim
miser est. Itaq; ingrati esse vitemus: non aliena causa: sed nostra. Minimum ex ne
quicia: leuissimumq; alios redundat: quod pessimum ex illa est: & vt ita dicam: spississi
mum domi remanet: & præmit habentem. Quemadmodum Attalus noster dicere so
lebat: Malicia ipsa maximam partem veneni sui bibit. illud autem venenum quod ser
pentes in alienam perniciem proferunt: sine sua continent. non est huic simile hoc haben
tibus pessimum est. Torquet ingratus se: & macerat: odit quæ accepit: quia redditu
rus est: & extenuat. Iniurias ꝓo dilatat atq; auget. Quid autem eo miserius: cui be
neficia excidunt: hærent iniuriæ? At contra sapientia exornat omne beneficium: ac sibi
ipsa commendat: & se assidua eius commemoratione delectat. Malis vna voluptas est:
& hæc breuis: dum accipiunt beneficia: ex quibus sapienti longum gaudium manet: ac
perenne. Non enim illud accipere: sed accepisse delectat: quod immortale est et assidu
um. Illa contemnit: quibus læsus est: nec obliuiscitur per negligentiam: sed volens.
Non vertit omnia in peius: nec quærit cui imputet casum: & peccata hominum ad for
tunam potius refert: non calumniatur verba: nec vultus: quicquid accidit: benigne in
terpretando leuat: nec offensæ potius: q̄ officij meminit: quantum potest in priore ac me
liore se memoria detinet: nec mutat animum aduersus bene meritos: nisi multum ma
lefacta præcedunt: & manifestum continenti etiam discrimen est. Tum quoque in hoc
duntaxat: vt talis sit post maiorem iniuriam: qualis ante beneficium. Nam cum bene
ficio par iniuria est: aliquid in animo beniuolentiæ remanet. Quemadmodum reus sen
tentijs paribus absoluitur: et semper quicquid dubium est: humanitas inclinat in me
lius. Sic animus sapientis: vbi paria maleficijs merita sunt: desinet quidem debere: sed
non desinet velle debere. Et hoc facit q̄ qui post tabulas accepto quidē præstauerant vsu
ram: vel bi remittunt: vel tabulas nouas soluunt. Nemo autem gratus esse potest: ni
si contempserit ista propter quæ vulgus insanit. Si referre vis gratiam: & in exilium

endum est: ⁊ effundendus sanguis: ⁊ suscipienda egestas: ⁊ ipsa innocentia sæpe maculã da: indigniscꝫ obijcienda rumoribus. Non paruo constat sibi homo gratus. Nihil charꝰ æstimamus: cꝫ beneficium quod diu petimus: nihil vilius cum accepimus. Quæris q̃d sit: quod obliuionem nobis acceptorum faciat? Cupiditas accipiendorum. Cogitamꝰ non quid impetratum: sed quid impetrandum sit. Abstrahunt a recto diuitiæ: honores: potentiæ: ⁊ cætera quæ opinione nostra chara sunt: precio suo vilia. Nescimus æstimare res de quibus non cum fama: sed cum rerum natura deliberandum est. Nihil habent ista magnificum quo mentes nostras in se trahant: præter hoc q̃ mirari illa consueuimus. Nõ enim quia concupiscenda sint laudantur: sed concupiscuntur quia laudata sunt. Et cum singulorꝫ error publicum fecerit: singulorꝫ errorem facit publicum. Sed quemadmodum illa credimus: sic ⁊ hoc fide illa credamus. Nihil esse grato animo honestius. Omnes hoc vltro. omnes etiam ex barbaricis regionibus gentes conclamabunt. In hoc bonis malisꝫ conueniet. Erunt qui voluptates laudent. Erunt qui labores malint. Erunt qui dolorem maximum malum dicant. Erunt qui ne malum quidez appellent. Diuitias aliquis ad summũ bonum admittet: alius illas dicet malo vitæ humanæ repertas. Nihil esse eo locupletius cui quod donet fortuna non inuenit. In tanta iudicioꝝ diuersitate referendam bene merẽtibus gratiam: oẽs tibi vno: quod autem: ore affirmabunt. In hoc tam discors turba consentiet: cũ interim ũurias pro beneficijs reddimus. Et prima causa cur quis ingratus sit: si gratus esse non potuit. Eo perductus est furor: vt periculosissima res sit beneficia in aliquem magna conferre. Nam quia non putat non reddere turpe: nõ vult esse cui reddat. Tibi hæc quod accepisti: non repeto: non exigo: profuisse tutum sit. Nullum est odium pernicio sius: cꝫ me beneficij violati pudere. Vale.

Epistola octuagesimatertia De inerti quiete vel ocio inducit de morte disputationem: q̃ licet speciem habeat mali: non tamen est bonũ vel malum. Quam concertationem reprobans: infert contra mortem nõ verbis: sed rebus pugnandum est.

Esq̃ iam de te esse sollicitus. Quem inquis deorum sponsorem accepisti? Cum scilicet qui neminem fallit: animũ recti ac boni amatorez. In tuto pars tua melior est potest tibi fortuna iniuriam facere. Quod ad rem magis pertinet non timeo ne tu facias tibi idem. Qua re cœpisti vade: ⁊ in isto te vitæ habitu compone placide: nõ molliter. Malo mihi esse male cꝫ molliter. Nunc sic excipe quemadmodum a populo solet dici: dure: aspere: laboriose audire solemus. Sic quorundam vitam laudari: quibus inuidetur molliter viuit. hoc dicunt mollis est. Paulatim enim effœminatur animus: atque in simi litudinem ocij sui ⁊ pigriciæ in qua iacet soluitur. Quid ergo viro nõ vel obrigescere satis est? Deinde delicati timent mori: cui vitam suam fecerint similem. Multum interest inter ocium ⁊ conditiuum. Quid ergo inquis non satis est: vel sic iacere: cꝫ ⁊ istis officioꝝ veretibus voluptari? Vtracꝫ res detestabilis est ⁊ contractio ⁊ torpor. puto æque qui in odoribus iacet mortuus est: cꝫ qui capitur vnco. Odium sine litteris mors est: ⁊ hominis viui sepultura. Quid deniqꝫ prodest fecessisse tancꝫ non trans maria nos sollicitudinũ causæ p sequantur? Quæ latebra est in quam non intrat mœtus mortis? quæ tam emunita ⁊ in altum seducta vitæ quies: quam non dolor terruit? Quacunqꝫ te abdideris: mala humana circumstrepent: multa extranea sunt quæ circueunt nos: quæ aut fallant: aut falli vigeant: multa intus quæ in media solitudine exæstuant. Philosophia circundanda est inexpugnabilis murus: quæ in fortuna multis machinis lacessitum non transit. In superabili loco stat animus: qui externa deseruit: ⁊ arce se sua vendicat. infra illum omne telũ cadit: Non habet: vt putamus: fortuna longas manus. Neminem occupat nisi bærentem sibi. Itaqꝫ quantum possumus ab illa resiliamus quod sola præstabit sui: naturæqꝫ conditio. Sciat quo iturus sit: vnde ortus: quod illi bonũ: quod malum sit: quid petat: q̃d deuitet quæ sit illa ratio quæ appetẽda aut fugienda discernat: quæ cupiditatẽ mãsuescit: insana timoꝝ sæuicia cõpescit. Hæc quidã putant ipsos etiã sine philosophia repressisse. Sed cũ secuturos aliquis casus expertus est: exprimitur sera confessio magna verba excidunt. Cuꝫ tortor poposcit manum: cum mors accessit propius possis dicere illi: Facile prouocabat

mala absentia. Ecce dolor quem tolerabilē esse dicebas. Ecce mors contra quam multa ani
mose locutus es. Sonant flagella: gladius micat. Nunc animis opus Enea: nunc pecto
re firmo. Faciet autem illud firmum assidua meditatio: si non verba exercueris sed animū:
si contra mortem te præparaueris aduersus quam non exhortabitur: nec attollet qui cauilla
tionibus tibi persuadere tentauerit: mortem malum non esse. Liber enim mi Lucilli viros
optime ridere ineptias græcas quas nondum cuius mirer excussi. Zenon noster hac colle
ctione vtitur. Nullum malum glorioſum est. Mors autem glorioſa est. Mors ergo nō est
malum. Profecisti: liberatus sum mœtu. Post hæc non dubitabo porrigere ceruices. Nō
vis sæuerius loqui nec morituro risum mouere. Non mehercule facile tibi dixerim. Vtrū
ineptior fuerit an qui se hac interrogatione iudicauit mortis mœtum extinguere: an q̄ tā
rem pertimeret conatus est soluere. Nam & ipse interrogationem contrariam opposuit ex eo
natam q̄ mortem inter indifferentia ponimus: quæ græci vocant. Nihil inquit in
differens glorioſum est. Mors autem glorioſum est. Ergo mors non est indifferens. Hæc
interrogatio vides vbi obrepat. Mors non est glorioſa: fortiter autem mori glorioſum est
Et cū dicis indifferens nihil glorioſum est. concedo tibi ita vt dicā nihil glorioſum esse: nisi
contra indifferentia, tanq̄ indifferentia esse dico: id est nec bona nec mala: morbum: dolores
paupertatem: exilium: mortem. Nihil horum per se glorioſum est: nihil tamen laudat sine
his. Laudatur enim pauper voluntarius: non paupertas: sed quem non submittit nō in
curuat. Laudatur exi non exilium: sed qui hoc non voluit cuius uisset. Laudatur nō dolor
sed ille quem nihil coegit dolor. Nemo mortē laudat: sed eum cuius mors ante abstulit ani
mum q̄ conturbauit. Omnia ista per se non sunt honesta nec glorioſa: sed quicquid ex illis
virtus adiit: tractauitq̄: honestū ac glorioſum facit. Illa in medio sunt posita. Interest vtrū
malicia an virtus manum admouerit. Mors enim illa quæ in Catone glorioſa est: in Bru
to statim turpis est & erubescenda. Hic est enim Brutus qui cum moriturus mortis moras
quæreret: ad exonerandū ventrem secessit: & vocatus ad mortem iussusq̄ præbere ceruicem
præbebo inquit ita viuam. Quæ dementia est fugere cū retro ire nō possis? Præbebo inq̄t
ita viuā: pene adiecit: vel sub Antonio. O hominem dignum qui viuere dignat. Sed vt
cœperā dicere. Vides ipsam mortem: nec malum esse nec bonū. Cato honestissime illa vsus
est: turpissime Brutus. Omnis res quod non habuit decus virtute addita sumit. Cubicu
lū lucidū dicimus: hoc idē obscurissimū est nocte: dies illi lucē infundit: nox eripit. sic istis
quæ a nobis indifferentia ac media dicuntur: diuitijs: viribus: formæ honoribus: regno. Et
contra morti: exilio: malæ valitudini: doloribus q̄ alia: aut minus: aut magis ptimuim
aut malicia: aut virtus dat boni vel mali nomen. Massa per se nec calida nec frigida est: in
fornace coniecta concaluit: in aquaq̄ remissa refrixit. Mors honesta est per illud honesta est
id est virtus: & animus extrema contēnens. Sunt & eorum mi Lucilli quæ appellāt media
grande discrimen. Non enim sic mors indifferens est quomodo vtrū capillos pares habe
as. Mors inter illa est: quæ mala quidē non sunt: habent tamen mali speciem. Sui amor
est & permanendi conseruandiq̄ insita voluntas: æque aspernatio dissolutionis: quia videt
nobis multa bona eripere: & nos ex hac cui assuescimus rerum copia educere. Illa quoq̄ res
morti nos alienat q̄ hæc iā nouim. Illa ad quæ transituri sumus: nescimus qualia sint: &
horrem ignota. Naturalis præterea tenebrarum mœtus est: in quas adducturā mors credit
Itaq̄ etiā si indifferens mors est: nō tamē est quæ facile negligi possit. Magna exercitatiōe
durandus est animus: vt conspectū eius accessumq̄ patiat. Mors contēni debet magis q̄
solet. multa enim de illa credimus: multorū ingenijs certatum est ad augendā eius infamiā:
descriptus est carcer infernus: & perpetua nocte oppressa regio: in qua inges ianitor Orci ossa
super recubans antro semesa cruento. Eternum latrans exangues terreat vmbras. Sed etiā
cum persuaseris istas fabulas esse: nec quicq̄ defunctis superesse quod timeant: subit alius
mœtus. Eque enim timent ne apud inferos sint q̄ ne vsq̄ his aduersantibus quæ nobis
effundit longa persuasio. fortiter pati mortem: q̄ nihil glorioſum sit. & inter maxima opa
mentis humanæ quæ nunq̄ ad virtutē exurget: si mortem malū crediderit. exurget si puta
uerit indifferens esse. Non recipit rerum natura & vt aliquis magno animo accedat ad id
quod malum iudicat pigre veniet: & cunctanter. Non est autem glorioſum: quod ab inui
to & tergiuersante fit. nihil facit virtus: quia necesse est. Adijce nunc q̄ nihil fit honeste: nisi

cui totus animus incubuit atq; affuit: cui nulla parte sui repugnauit. Vbi autē ad malum acceditur: aut prior mœtu fit: aut spe bonorum ad quæ puenire tanti sit deuorata vnius mali patientia. Dissident inter se iudicia facientis. Hunc est q; iubeat proposita perficere: illinc q; retrahat: & ab re suspecta ac periculosa fugiat. Igitur in diuersa distrahit. Si hoc est perit gloria. Virtus enim concordi animo decreta peragit. non timet quod facit. Tu ne cede malis: & contra audacior ito q; te tua fortuna sinet. Non ibis audacior: si mala illa esse non credideris. Eximendus est hoc e pectore aliquando hæsitabit impetum moratura: suspitio retrudet in id quod inuadendum est. nostri quidem videri volunt Zenonis interrogationem veram esse. Fallacem autem alteram & falsam: quæ illi opponitur. Ego nō redigo ista ad legem dialecticam: & ad illos artificij veternosissimi nodos. Totum genus istud exturbandum iudico: quo circumscribi sese qui interrogatur existimat: & ad confessionē perductus aliud respondet: aliud putat pro veritate. Simplicius agendum est contra mœtum fortius. Hæc ipsa quæ voluuntur ab eis soluere malum: & expendere vt persuadeam: non vt imponam. In aciem ducturus exercitum pro coniugibus ac liberis mortem obiturum quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios totum. R. P. bellum in vnam transferentes domum. Lacones tibi ostendo in ipsis thermopylarum angustijs positos: nec victoriam sperant nec reditum. Ille locus illis sepulchrum futurus est. Quemadmodum exhortaris vt totius gentis ruinas obiectis corporibus excipiant & vita potius q; loco cedant. Dices quod malum est: glorio sum non est. Mors gloriosa est. mors ergo non est malum. O efficacem contemptionem. Quis post hanc dubitet se infestis ingerere mucronibus & stans mori. Vt ille leonidas q; fortiter illos allocutus est. sic inquit: Commilitones prandete tanq; apud inferos cœnaturi. Non in ore creuit cibus: non hæsit in faucibus: non elapsus est manib⁹. Alacres ad prandium illi promiserant & ad cœnam. Quid dux ille Romanus qui ad occupandū locū milites missos: cum per ingentē hostium exercitum ituri essent sic allocutus est: Ire cōmilitōes illo necesse est vnde redire nō est necesse. Vides q; simplex & impenosa virtus sit. Quē mortalium circumscriptiones vestræ fortiorem facere quem erectiorem possunt. Frangūt animū qui minus nunq; contrahendus est: & in munita ac spinosa cogendus q; cum aliquid grande cōponit: non trecentis sed omnibus mortalibus mortis timor detrahi debet. Quomodo illos voces malum non esse? Quomodo opiniones totius ætui quibus protin⁹ infantia imbuitur euinces? Quod auxilium inuenies? Quid dices imbecillitati humanæ? Quid dices q; inflāmati in media pericula irruant. Qua oratione hunc timendi consensum: quibus ingenij viribus obnitā cōtra te persuasionē humani generis auertis. Verba mihi captiosa componis: & interrogatiunculas nectis. magnis telis magna portenta feriuntur. Serpentē illum in Africa sæuū etiam romanis legionibus bello ipso terribiliorem frustra sagittis fūdisq; petierunt. Ne phitio quidem vulnerabilis erat: cum ingens magnitudo p vastitate corporis solida ferrum & quicquid humanæ torserant manus reijceret. Molaribus demum saxis fracta est: & aduersus mortem totam munita iaculans subula leonem excipis. Acuta sunt ista quæ dicis. Nihil est acutius aristā. Quædam inutilia & inefficacia ipsa subtilitas reddit. Vale.

Explicit liber vndecimus.

Incipit duodecimus. Epistola octuagesima quarta. De statu senectutis suæ. De frugali conuersatione sua. Et de ebrietate primo aliquorum: Deinde suam ponit sententiam.

Ingulos tibi dies meos: & quidem totos indicari iubes. Bene de me iudicas si nihil esse in illis putas quod abscondam. Sic certe viuendum est: tanq; in conspectu viuamus: sic cogitandum tanq; aliquis inspectus intimum prospicere possit & potest. Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? Nihil deo clausum est. Interest animis nostris & cogitationibus meis interuenit. sic interuenit dico tanq; aliquando discedat. Faciam ergo quod iubes: & quid agam: & quo ordine libenter tibi scribam. Obseruabo me protinus: & quod est vtilissimum diem meum recognoscā. Hoc nos pessimos facit: q; nemo respicit vitā suā quid facturi simus cogitam⁹: & id raro quid fecerim⁹ nō cogitam⁹. Atq; cōsilium futuri ex præterito venit: hodiernus dies solidus est: nemo ex illo quicq; mihi eripuit

totus inter stratū lectionemq; diuisus est. minimū exercitationi corporis datum est. Et hoc nomine ago gratias senectuti. Non magno mihi constat: cuius me moui lassus sum. hic autē est exercitationis fortissimus finis. Progymnasios meos si quæris vnus mihi sufficit. Valerius puer vt sas mihi amabilis: sed mutabit: iam aliquē teneriorē quæro. Hic quidem ait nos eandē crisim habere: quia vtriq; dentes cadunt: sed iam vix illum assequor currentē 7 inter paucissimos dies non potero. Vide quid exercitatio quotidiana proficiat: ato magnum interuallum fit inter duos diuerso itinere euntes. Eodem tempore ille ascendit: ego descendo. Nec ignoras quanto ex his velocius alterum fiat. Mentitus sum. Iā enī nostra ætas non descendit: sed cadit. Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit: quæris? Quid raro cursoribus euenit hieram fecimus. Ab hac fatigatione magis q; exercitatione in frigidam descendi. hoc apud me vocatur parum calida. Ille tantus psicolutes: qui kalēdis ianuarijs Euripum salutabā: qui anno nouo: quēadmodū legere: scribere: dicere aliquid sic auspicabar in virginem dissilire. Primum ad tyberim transtuli castra. Deinde ad hoc solium: quod cura fortissimus sum: 7 omnia bona fide fiunt. Sol tēperat. Nō mihi multum ad balneum superest. Panis deinde siccus: sine mensa prandiū: post quod nō sūt lauandæ manus. Dormio minimuz: consuetudinē meam nosti: breuissimo somno vtor: 7 quasi interiungo: satis est mihi vigilare desisse. Aliquādo dormisse me scio: aliquando me suspicor. Ecce Circēsiū obstrepit damor: subita aliqua 7 immensa voce feriūtur aures meæ nec cogitationes meas excutiunt. nec interrumpi quidē fremituz patienter fero: multæ voces 7 inunum confusæ pro fluctu mihi sunt: aut vento siluam verberante: 7 cæteris sine intellectu sonātibus. Quid ergo est? Nunc cui animū adiæcerim dicam. Supererit ergo mihi ex externo nunc cogitatio: quid sibi voluerint prudentissimi viri: qui rep maximas pbationes leuissimas 7 ppleras fecerunt. quæ vt sint veræ: mendatio tamen similes sunt. Vult nos ab ebrietate deterrere Zenon vir maximi huius sectæ fortissimæ ac sanctissimæ cōditor. Audi ergo quēadmodū colligat. Virū bonū non futurū ebriū. Ebrio secretū sermonez nemo cōmittit: viro autē bono cōmittit. ergo vir bonus ebrius non erit. Quēadmodū oppo sita interrogatione simili derideat: attēde. Satis enim est vnā ponere e multis. Dormienti nemo secretum sermonem cōmittit: viro autē bono cōmittit. vir ergo bonus non dormit. Quo vno modo potest Possidonius Zenonis nostri causam agit: sed nec sic quidē vt existimo agi potest. Fit enī ebriū duobus modis dici. altero cū aliquis vino grauis est 7 ipse sui. altero si solet ebrius fieri: 7 huic obnoxius est vicio. Nūc a Zenone dici: qui soleat ebrius fieri: non qui sit. Huic autē neminē cōmissurum arcana quæ per vnum eloqui possit. quod est falsum. Prima enim illa interrogatio complectitur eum qui est ebrius: nōn eum qui futurus est. Plurimū interesse concedes inter ebriosum 7 ebriū. potest 7 qui ebrius est: tūc primū esse: nec habere hoc vicii: 7 qui ebriosus est sæpe extra ebrietatē esse. Itaq; id intelligo quod significari isto verbo solet. Præsertim cū ab homine diligentiā professo proponatur 7 verba examinate. Adūce nunc q; sic hoc intellexit Zenon: 7 nos intelligere noluit ambiguitatem verbi: quæsiuit locū fraudi. quod faciendū non est: vbi veritas quærit. Si ei sane hoc senserit: quod sequit falsum est ei qui soleat ebrius fieri: nō cōmitti sermonē secretuz. Cogita enim q; multis militibus: nō semper sobrijs 7 Imperator 7 Tribunus 7 Centurio tacenda mandauerint. De illa. C. Cæsaris cæde: illius dico qui superato Pompeio. R. P. tenuit. tam creditū est illi Tullio Cimbro q; Cassio. Cassius tota vita aquam bibit. Tullius Cimber 7 nimis erat in vino 7 Sordalus. In hanc rē locut⁹ est ipse. Ego inquit quem piam feram: qui vinum ferre non possum? Sibi quisq; nunc nominet eos: quibus sat 7 vinum male credi: 7 sermonem bene. Vnum tamen exemplum: quod occurrit mihi referam ne interidat. Instruēda est enim vita exemplis illustrib⁹. Nō semper confugiamus ad vetera. L. Piso vrbis custos: ebrius exquo semel factus fuit: maiorem partem noctis in conuiuio exhibebat. Vsq; in horam sextam fere dormiebat: hoc eius erat matutinū. officiū suū tamen quo tutela vrbis continebat diligētissime administrauit. Huic 7 diuus Augustus dedit secreta mandata: cū illū præponeret Thraciæ: quā perdormuit. Et Tyberius proficiscens in Campaniam cum multa in vrbe: 7 suspecta relinqueret: 7 inuisa. puto q; bene cesserat illi Pisonis ebrietas. Postea Cossum fecit vrbis præfectū. Virum grauē: moderatū & mersuz vino: 7 madentē. adeo vt ex Senatu aliquādo in quē e cōuiuio venerat oppressus

inexcitabili somno tolleret. Huic tamen Tyberi⁹ multa sua manu scripsit: quæ cõmittenda ne ministris quidem suis iudicabat. Nullu Cosso aut priuatum secretũ aut publicũ elapsũ est. itaq; declamatiões istas de medio remoueamus. Non est animus in sua potestate: ebrietate deuictus. Quemadmodũ musto uolia ipsa rũpunt: & omne quod in imo iacet: in sũma parte uis caloris eiectat. Sic uino exestuante: quicquid in imo iacet abditũ effertur: et pdit in mediũ. Onerat mero: quemadmodũ nõ continẽt cibũ uino redundante: ita ne secretũ quidẽ: quod suũ alienũq; est pariter effundũt. Sed cuius hoc soleat accidere: ita & illud solet: ut cũ his quos sciamus libenti⁹ bibere de rebus necessarijs deliberem⁹. Falsum est ergo hoc q̃d patrocinij loco ponit: ei q̃ soleat ebrius fieri: non dari tacitũ. Quãto sati⁹ est apte accusare ebrietatẽ: & uicia eius exponere: quæ etiã tolerabilis homo uitauerit: nedũ pfectus & sapiens: cui satis est sitim extinguere: q̃ euaz si quando orta est hilaritas aliena causa pducta lõgi⁹: tamẽ citra ebrietatẽ restitit. Nã de illo uidebim⁹: an sapiẽtis animꝰ nimio turbetur uino: & faciat ebrios solita. Interim si hoc colligere uis: uirũ bonũ non decere ebriũ fieri. Cur syllogismis agis? dic q̃ turpe sit plus sibi ingerere q̃ capiat: & stomachi sui nõ nosse mensura: q̃ multa ebrij faciãt: quibus iobrij erubescant. Nihil aliud esse ebrietatẽ q̃ uoluntariã insaniã: extedi in plures dies illũ ebrij habitũ. Nunquid de furore dubitabis? Nunc quoq; nõ est minor: sed breuior. Refer Alexandri macedonis exemplũ: qui Clitũ Charissimũ sibi ac fidelissimũ inter epulas trãsfodit: & irellecto facinore mori uoluit. Certe diuit omne uicium ebrietas & intendit & detegit: obstantem malis conatibus uerecundiã remouet. Plures enim pudore peccãdi: q̃ bona uoluntate prohibitis abstinent. Vbi animum possiderit nimia uis uini quicquid mali latebat: emergit. Non facit ebrietas uicia: sed prabit. Tũc libidinosus quidẽ: ne cubiculũ quidẽ expectat: sed cupiditatibus suis: quantum petierint sine dilatiõe permittit. Tũc impudicus morbũ confitet: ac publicat. Tũc petulans nõ linguã non manum continet. Cresit insolenti superbia: crudelitas sæuo: malignitas liuido: omne uicium taxatur & pdit. Adijce illum ignorãtem sui: dubia & explanata uerba. Incertos oculos: gradum errantem. Uertiginem capitis: tecta ipsa mobilia: uelut aliquo turbine circũ agente: totam domũ: stomachi tormenta: cum efferuescit merum: ac uiscera ipsa distendit: tunc tamen utcunq; tolerabile: dum illis uis sua est: qui cuz somno uicat: & quæ ebrietas fuit: crudelitas facta est. Cogita quas clades ediderit publica ebrietas. Hæc accerrimas gẽtes bellicosasq; hostibus tradidit. Hæc multoq; annoꝝ pertinaci bello defensa mœnia patefecit. Hæc contumaciss imos & iugum recusantes: in alienum redegit arbitriũ. Hæc inuictos acie: mero domuit. Alexandrum cuius mentionẽ modo feci: tot itinera: tot prælia: tot hyemes: per quas uicta temporꝝ locorũq; difficultate transierat: tot flumina ex ignoto cadentia tot maria tutum demiserunt. Intemperãtia bibendi: & ille Herculanẽs: ac fatalis Sybus condidit. Quæ gloria est capere multum: cum penes te palma fuerit: & propinationes tuas strau somno: ac uomitantes recusaueris: cũ superstes toti cõuiuio fueris? cum omnes uicceris uirtute magnifica: & nemo uini tam capax fuerit: uinceris a uolio? Marcum Antoniuz magnum uirum ingenij nobilis: quæ alia res perdidit: & in extremos mores ac uicia non romana traiecit: q̃ ebrietas? Nec minor uino Cleopatræ amor. Hæc illum res: hostẽ. H. P. hæc hostibus suis imparem reddidit. Hæc crudelem fecit. Cum capita principum ciuitatis cœnanti referrentur. Cum inter apparatissimas epulas luxusq; regales ora ac manus proscriptorum recognosceret. Cum uino grauis sitiret tantũ sanguinem: intolerabile erat: q̃ ebrius fiebat: cũ hoc faceret: quanto intolerabilius: q̃ hæc in ipsa ebrietate faciebat. Fere uiolentiam crudelitas sequitur. Violatur enim expectaturq; sanitas mẽtis. Quẽadmodũ difficiles faciunt oculos diutini morbi: & ad nimiã radij solis offensionẽ: ita ebrietates continue efferant animos. Nã cũ sæpe apud se non sint cõsuetudine insaniæ durata. Uicia uino concepta: etiã sine illo uatẽt. Dic ergo quare sapiens no debeat ebrius fieri? deformitatẽ rei & importunitatẽ ostende rebus: nõ uerbis: quod facilimum est. Proba istas quæ uoluptates uocantur: ubi transcenderint modũ: pœnas esse. Nã si illud argumentaueris: sapientẽ multo uino inebriari: & retinere rectũ tenorẽ: etiã si temulentus sit: licet colligas: nec ueneno potato morituꝝ: nec opio sumpto dormituꝝ: nec elebro accepto quicquid in uisceribus hærebit eiectuꝝ: deiecturumq;. Sed si tentantur pedes: lingua non constat. Quid est quare illũ existimes in parte sobriũ esse: in parte ebrium? Vale.

Epistola octuagesimaquinta de alternatiõe lectionis ⁊ stili. ⁊ quomodo aliorum dicta per transformationem nostra facere debemus.

Tinera ista quæ segniciem mihi excutiunt: ⁊ valitudini meæ prodesse iudico ⁊ studijs. Quare valitudinem adiuuent vides: cuius pignum me ⁊ negligentē corporis litteraꝝ amor faciat aliena corpora exerceo. Studio quare, p̃sint indicabo. A lectionibus recessi. Sunt autem vt existimo necessariæ. Primū ne sim me vno cõtentus: deinde vt cū ab alijs quæsita cognouero: tum ⁊ de inuentis iudicē ⁊ cogitem de inueniendis. Alit lectio ingeniū: ⁊ studio fatigatū non sine studio tamen reficit. Nec scribere tantū nec tantus legere debemus: altera res cõtristabit: vires exhauriet. de stilo dico. Altera soluet ac deluet. Inuicē hoc ⁊ illo cõmutandū est: ⁊ alterum altero temperandū. Vt quicquid lectiõe collectū est stilus redigat in corpus. Apes: vt aiunt: debemus imitari: quæ vagant: ⁊ flores ad mellificandum idoneos carpunt. deinde quicquid attulere disponunt ac per fauos digerunt. Et vt Virgilius noster ait: Liquentia mella stipant: ⁊ dulci distendunt nectare cellas. De illis non satis constat: vtrum succū ex floribus ducãt: qui protinus mel fit: an quæ collegerũt in hunc saporē mixtura quadã ⁊ p̃prietate sui species mutent. Quibusdã enī placet: nõ faciendi mel scientiã esse illis: sed colligendi. Aiunt inueniri apud Indos mel in arundinũ foliis: quod aut ros illi⁹ cœli: aut ipsius arũdinis humor dulcis ⁊ pinguior gignat. In nostris quoq; herbis: vim eandē sed minus manifestã ⁊ notabilē poni: q̃ p̃sequatur ⁊ ponat: ⁊ contrahat animal: huic rei genitũ. Quidã existimant conditura: ⁊ dispositiõe in hãc qualitatem verti quæ ex tenerrimis virentiũ fotentiũq; decerpserint. Non sine quodã vt ita dicam fermento quo in vnũ diuersa coalescũt. Sed ne ad aliud q̃ de quo agitē adducar: nos quoq; has apes debemus imitari: ⁊ quæcũq; ex diuersa lectione collegimus separare. Melius enī distincta seruant. Deinde adhibita ingenij nostri aura ⁊ facultate in vnum saporē varia illa libamenta cõfundere: ⁊ vbi etiã si apparuerit. Vnde sumptũ sit aliud tamen esse q̃ vnde sumptum est appareat. Quod in corpore nostro videmus: sine vlla opera nostra facere naturã. Alimenta quæ accepimus q̃diu in sua qualitate perdurant: ⁊ solida innatãt stomacho onera sunt. At qui cũ eo quod erant mutata sunt tunc demũ in vires ⁊ in sanguinem transeunt. Idem in his quibus aluntur ingenia præstemus: vt quæcũq; hausimus nõ patiamur integra esse nec aliena: sed concoquamus illa: alioquin in memoriam ibunt nõ in ingeniũ. Assentiamus illis fideliter ⁊ nostra faciamus: vt vnũ quiddã fiat ex multis: sicut vnus numerus fit ex singulis cum minores summas ⁊ dissidentes cõputatio vna comprehendit. Hoc faciat animus noster: omnia quibus adiutus est abscõdat: ipsum tantũ ostendat quod effecit etiã si cuius in te comparebit similitudo quē admiratio tibi altius fuerit: similem te esse volo quomodo filium: non quomodo imaginem. imago res mortua est. Quid ergo? non intelliget cuius imiteris oratorem? cuius argumentationem? cuius sententias? Puto aliquãdo ne intelligi quidē posse: si magni vir Ennij: nec enī omnibus quæ ex quo velut exemplaria struxit: formã suã impressit: vt in vnitatē illa petant. Nõ vides q̃ multoꝝ vocibus chorus constet? Vnus tamen ex omnibus sonus redditur. Aliqua illic acuta est. aliqua grauis: aliqua media. Accedunt vius fœminæ. Interponuntur tibiæ. Singulorum illic latent voces: omnium apparent. De choro dico: quem veteres philosophi nouerant in comessationibus nostris plus cantorum est: q̃ in theatris olim spectatorum fuit: cũ omnes vias ordo canentiũ impleuit: ⁊ cauea venatoribus cincta est: ⁊ ex pulpito omne tibiarum genus organorũq; consonuit fit cõcent⁹ ex dissonis. Talē animũ nostrũ esse volo: multæ in illo artes multa præcepta sunt: multaꝝ ætatũ exẽpla: ꝑ in vnũ conspirata. Quomodo inquis hoc effici poterit? Assidua intentione: si nihil ægenmus: nisi ratiõe cesserim⁹ suadenti. Hãc si audire volueris dicet tibi. Relinque ista iãdudũ ad quæ discurritur. Relinque diuitias aut periculũ possidẽtiũ: aut onus. Relinque corporis aut animi voluptates: molliũt ⁊ enervant. Relinque ambitum tumida res est: vana: ventosa: nullũ habet terminũ: tã sollicita est ne quẽ ante se videat: q̃ ne se post aliũ: laboret inuidia ⁊ quidē duplici. Vides autē: q̃ miser sit si bis cui inuidetur inuidet. Intueris illas potentiũ domos. Illa tumultuosa rixa: salutantiũ limina multũ habẽt contumeliaꝝ: vt intres plus cuꝝ intraueris. Præterea istos gradus diuitũ: ⁊ magno aggressu suspẽsa vestibula: nõ in præruptu tantus illic stabis: ꝑ in lubrico. Huc port⁹ te ad sapientiã dirige: tranquillimasq; res eius: ⁊ simul ãplissimas pete

Quæcūq; videntur eminere in rebus humanis: q̄uis pusilla sint: & cōparatione humiliorꝫ extent: per difficiles tamen & arduos tramites adeunt. Confragosa in fastidiū dignitatis via est. At si conscendere hūc verticem libet: cui se fortuna submisit: omnia quidem subte: quæ pro excœlsissimis habentur prospicies. Sed tamen venies ad summam per planuꝫ Vale.

Epistola octuagesima serta de affectibus animi quos ꝑm peripateticos dicit sapientem tentare posse nō vitare. ꝑm vo stoicos etiam vitare. & de beatæ vitæ perfectione.

Exerceram tibi & quicquid nodosi adhuc supererat: præterieram: contentus quasi gustum dare tibi eorum quæ a nostris dicuntur vt probetur virtus: ad explendā beatam vitam sola satis efficax. Jubes me quicquid est interrogationum aut nostrarum: aut ad traductionem nostram excogitarum comprehendere. Quod si facere voluero: non erit epistola sed liber. Illud totiens testor hoc me argumentorum genere nō delectari. Puderet in aciē descendere pro dijs hominibusq; suscæptam subula armatū. Qui prudens est & temperans est: qui temperans est constans est: qui constās est imperturbatus est: qui imperturbatus est sine tristicia est: qui sine tristicia est beatus est. Ergo prudens beatus est: & prudentia ad beatam vitam satis est. Hunc collectionī hoc modo peripatetici quidam respondent: vt imperturbatum & constantem & sine tristicia sic interpretentur: tanq̄ imperturbatus dicatur qui raro perturbatur & modice: non qui nunq̄. Item sine tristicia eum dici aiunt: qui nō est obnoxius tristiciæ: nec frequens minus ne in hoc vicio. Illud enī esset humanam vitam negare: alicuius animum immunem esse tristicia. Sapientem non vinci mœrore: cæterum tangi: & cætera in hunc modum suæ sectæ respondentia non bis tollunt affectus: sed temperant. Quantū autem sapienti dam⁹: si imbecillissimis fortior est: & mœstissimis lætior: & effrænatissimis moderatior: & humilimis maior? Quid si miretur velocitatem suam laudans: ac daudos debilesq; respiciens? Illa vel intactæ segetis per sūma volaret gramina: nec cursu teneras læsisset aristas. Vel mare per mediū fluctu suspensa tumenti. Ferret iter celeres nec tingeret æquore plātas. Hæc est pernicitas per se æstimata nō quæ tardissimorum collatione laudatur. Quid si sanum voces leniter febricitantem? Nō est bona valitudo mediocritas morbi. Sic inquit sapiens imperturbatus dicitur quomodo aprua dicuntur. non quibus nulla duricia est granorum: sed quibus minor falsum est. Non enim diminutionem malorum in bono viro intelligo: sed euacuationem. Nulla debent esse parua. nam si vlla sunt crescent: & interim impedient. Quomodo oculos maior: & perfecta suffusio excæcat: sic modica turbat. Si das aliquos affectus sapienti impar erit illis ratio: & velut torrente quoddam afferetur. præsertim cum illi non vnum: sed vniuersum affectuū cœtum relinquis cum quo colluctetur. Sed omnis plus potest q̄uis mediocrium turba: q̄ posset vnius magni violentia. Habet pecuniæ cupiditatem: sed modicam. habet ambitionem: sed non concitatam. habet iracundiam: sed placabilem. habet inconstantiam: sed minus vagam ac mobilem. habet libidinem: non insaniam. Melius cum illo ageretur: q̄ vnum vicium integrum haberet: q̄ cum eo qui leniora quidem: sed omnia. Deinde nihil interest q̄ magnus sit affectus: q̄tuscunq; est parere nescit: consilium non accipit. Quēadmodum rationi nullum animal obtemperat: non ferum: non domesticum & mite. Natura enim illorum est surda suadenti. Sic non sequuntur: non audiunt affectus quantulicūq; sint. Tigres leonesq; nunq̄ feritatem suam exuunt. Aliquando submittunt: & cum minime expectaueris exasperatur torbitas mitigata. Nunq̄ bona fide vicia mansuescunt. Deinde si ratio proficit: ne incipient quidem affectus si inuita ratione cœperint: inuita perseuerabunt. Facilius est enim initia illorum prohibere: q̄ impetum regere. Falsa est itaq; ista mediocritas: & inutilis eodem loco habenda: quo si quis diceret modice insaniendum: modice ægrotandum. Sola virtus habet. Non recipunt animi mala temperamēta. facilius sustuleris illa q̄ rexeris. Nunquid dubium est quin vicia mentis humanæ inueterata & dura: quæ morbos vocamus: immoderata sint. vt auaricia: vt crudelitas: vt impotentia: impietas. Ergo immoderati sunt & affectus. Ab his enim ad illa transitur. Deinde si das aliquid iuris tristiciæ: timori: cupiditati: cæterisq; morbis prauis: non erunt in nostra potestate. Quare? quia extra nos sunt quibus irritātur. Itaq; crescunt put magnas habuerint

minoꝛeſue cauſas quibus concitẽtur. maioꝛ erit timoꝛ: ſi plus quo exterreaꝫ aut ꝓpius aſpexerit acrioꝛ cupiditas quo illã amplioꝛis rei ſpes euocauerit. Si in noſtra poteſtate non eſt an ſint affectus: ne illud quidẽ eſt quãti ſint: ſi ipſis permiſiſti incipere: cum cauſis ſuis creſcent: tantiq; erunt quanto fient. Adijce nunc q̃ iſta q̃uis exigua ſint in maius excedunt. Nunq̃ pernicioſa ſeruant modum q̃uis leuia initia moꝛboꝝ ſerpunt: ⁊ ægra coꝛpoꝛa interdum minima mergit acceſſio. Illud ꝛo cuius dementiæ eſt credere quaꝝ reruꝫ extra noſtꝝ arbitriũ poſita ꝓncipia ſunt eaꝝ eſſe noſtri arbitrij terminos. Quomodo ad id finiendũ ſatis valeo: ad quod ꝓhibendum parum valui. Cum facilius ſit excludere q̃ admiſſa comꝓmere. Quidam ita diſtinxerunt: vt dicerent: temperans ac ꝓudens poſitione quidẽ mẽtis ⁊ habitu tranquillus eſt: euentu ꝛo non eſt. Nam q̃tum ad habitum mentis ſuæ non perturbaꝫ nec contriſtaꝫ: nec timet: ſed multæ extrinſecus cauſæ incidunt: quæ illi perturbationem afferant. Tale eſt q̃ iracundum dicere volunt quidẽ illuꝫ non eſſe: iraſci tamen aliquando. ⁊ timidũ nõ eſſe: timere autem aliquando id eſt vicio timoꝛis carere: affectu nõ carere. Quod ſi recipit vſu frequenti timoꝛ tranſibit in vicĩũ: ⁊ ira in animum admiſſa habitum illum ire carentis animi reteꝛet. Præterea ſi non contemnit venientes extrinſecus cauſas ⁊ aliquid timet: cum foꝛtiter eundum erit aduerſus tela ignes ꝓ patria legibus libertate contanter exibit: ⁊ animo recedente. Non cadit autem in ſapientem hæc diuerſitas mẽtis. Illud præterea iudico obſeruandum: ne duo quæ ſeparatim ꝓbanda ſunt miſceam⁹ per ſe enim vnum colligitur bonum eſſe quod honeſtum. Per ſe rurſus ad beatam vitã ſatis eſſe virtutem. Si enim vnum bonum eſt quod honeſtum eſt omnes concedunt ad beate viuendum ſufficere virtutem. Econtrario non remittet: ſi beatum ſola virtus facit vnũ bonum eſſe quod honeſtum eſt. Xenocrates ⁊ Speuſippus putant beatum: vel ſola virtute fieri poſſe: non tamen vnum bonum eſſe quod honeſtum eſt. Epicurus quoq; iudicat cũ virtutem habeat beatum eſſe: ſed ipſam virtutem non ſatis eſſe ad beatam vitam: quia beatum efficiat voluptas: quæ ex virtute eſt non ipſa virtus. Inepta diſtinctio. Idem enim negat nunq̃ virtutem eſſe voluptatem. Ita ſi ei ſemper iuncta eſt: atq; inſeparabilis: ⁊ ſola ſatis eſt. Habet enim ſecum voluptatem ſine qua non eſt: etiam cum ſola eſt. Illud autem abſurdum eſt quod dicitur: beatum quidem futurum vel ſola virtute: non futuruꝫ autem perfecte beatum. Quod quemadmodum fieri poſſit nõ reperio. Beata enim vita bonum in ſe perfectum habet: ⁊ inexuperabile. Quod ſi eſt perfecte beata eſt. Si deoruꝫ vita nihil habet maius aut melius. Beata autem vita diuina eſt. Nihil habet in quod amplius poſſit attolli. Præterea ſi beata vita nulli⁹ eſt indigens: omnis beata vita perfecta eſt: eadẽq; eſt ⁊ beata ⁊ beatiſſima. Nunquid dubitas quin beata vita ſummuꝫ bonum ſit? Ergo ſi ſũmum bonum habet: ſumme beata eſt. quemadmodum ſummum bonum adiectionẽ non recipit. Quid enim ſupꝛa ſummum erit? Ita nec beata quidem vita: ſine ſummo bono eſt: q̃ ſi aliquem magis beatum induxeris: induces ⁊ multomagis innumerabilia diſcrimina ſummi boni facies: cum ſummum bonum intelligam: quod ſupꝛa ſe gradum non habet. ſi eſt aliquis minus beatus q̃ alius: ſequitur vt hic alterius vitam beatioꝛis magis concupiſcat q̃ ſuam. Beatus autem nihil ſuæ præfert. Vtrumlibet ex his incredibile eſt: aut aliq̃d beato reſtare: q̃ eſſet q̃ q̃ eſt mallit: aut illum non malle quod illo melius eſt. Vtiq; enim quo ꝓudentioꝛ eſt. Hoc magis ſe ad id quod eſt optimum extendet: ⁊ id omni modo cõſequi cupiet. Quomodo autem beatus eſt qui cupere etiam nunc poteſt: immo qui debet. Dicam quid ſit: ex quo veniat hic erroꝛ. Neſciunt beatam vitam vnaꝫ eſſe. In optimo illã ſtatu ponit qualitas ſua: non magnitudo. Itaq; in æquo eſt: ⁊ longa ⁊ breuis: diffuſa ⁊ angustioꝛ in multa loca multaſq; partes diſtributa: non in vnum coacta. Qui illaꝫ æſtimat numero ⁊ menſura ⁊ partibus: id illi quod habet eximium eripit. Quid autem in beata vita eximium? q̃ plena eſt: finis: vt puto edendi bibendiq; ſatietas eſt. hic plus edit: ille minus Quid refert? Vterq; iam ſatur eſt. hic plus bibit: ille minus. Quid refert? Vterq; nõ ſitit Hic pluribus annis vixit: hic paucioꝛibus. nihil intereſt: ſi tam illum multi anni beatum fecerunt q̃ hunc pauci. Ille quem tu minus beatum vocas: non eſt beatus: non poteſt nomen minui. Qui foꝛtis eſt: ſine timoꝛe eſt. qui ſine timoꝛe eſt: ſine triſticia eſt. qui ſine triſticia eſt: beatus eſt. Noſtroꝝ hæc interrogatio eſt. Aduerſus hanc ſic reſpondere conãtur falſam nos rem ⁊ controuerſiaꝫ ꝓ confeſſa iudicare eũ qui foꝛtis eſt ſine timoꝛe eſſe. Quid

ergo inquit fortis imminentia mala non timebit? Istud dementis alienatiq; non fortis est Ille vo inquit moderatissime timet: si in totum extra mœtum non est. Qui hæc dicũt rursus in idem reuoluuntur: vt illis virtutum loco sint minora vicia. Nam qui timet quidez sed rarius 7 minus non caret malicia: sed leuiore vexatur. Ut enim dementem puto: q̃ mala imminentia non extimescit. Verum est quod dicis: si mala sunt. sed si scit mala illa non esse: 7 vnam tantum turpitudinem malum iudicat: debebit secure pericula aspicere: 7 alia timenda contemnere. Aut si stulti 7 amentis est mala non timere: quo quis prudentior est: hoc timebit magis. Vt vobis inquit videtur: præbebit se periculis. fortis minime nõ timebit illa: sed vitabit. Cautio illum decet: timor non decet. Quid ergo inquis mortez: vincula: ignes: alia tela fortunæ non timebit. Non scit enĩ illa non esse mala sed videri. Omnia ista humanæ vitæ formidines putat. Describere captiuitatem: verbera: cathenas: ægestatem: 7 membrorum lacerationes: vel per morbum: vel per iniuriam: 7 quicquid aliud attuleris inter lymphaticos mœtus numerat. Ista timidis timenda sunt. Tu id æstimas malum ad quod aliquando nobis nostra sponte veniendum est. Quæris quid sit malũ? Lædere bis quæ mala vocantur: 7 illis libertatem suam debere: pro qua cuncta patienda sunt Perit libertas nisi illa contemnimus quæ nobis ingum imponunt. Non dubitarẽt quid conueniret forti viro: si scirẽt quid esset fortitudo. non est enim inconsulta temeritas: nec periculorum amor: nec formidabilium appetitio. scientia est distinguendi: quid sit malum: et quid non sit. Diligentissima in tutela sui fortitudo est. Et eadem patientissima eorum quibus falsa species malorum est. Quid ergo si ferrum intẽtatur ceruicibus vir fortis? si pars subinde alia atq; alia suffoditur? si viscera sua in sinu suo viderit? si ex ĩteruallo quo magis tormenta sentiat repetitur: 7 per assicata viscera recens dimittitur sanguis non timet. Istum tu dices nec timere nec dolere. Iste vo dolet. Sensum enim hominis nulla exuit virtus: sed non timet inuitus ex alto dolores suos spectat. Quæris quis tunc illi animus sit? eya qui ægrum amicum adhortantibus quod malum est nocet: quod nocet: deteriorem facit. dolor 7 paupertas deteriorem non faciunt. ergo mala non sunt. Falsum est inquit quod proponitis. non enim si quid nocet etiam deteriorem facit. Tempestas 7 procella nocet gubernatori non tamen illum deteriorem facit. Quidam Stoici aduersus hæc ita respondent. Deteriorem fieri gubernatorem tempestate ac procella: quia non possit id quod proposuit efficere: nec tenere cursum suum. deteriorem illum in arte sua non fieri: in opere fieri. Quibus Peripateticus. Ergo inquit 7 deteriorem sapientem faciet paupertas: dolor: 7 quicqd aliud tale fuerit. Virtutem enim illi non eripiet: sed opera eius impediet. Hoc recte diceret: nisi dissimilis esset gubernatoris conditio 7 sapientis. Huic ergo propositum est in vita agẽda: non vtiq; quod tentat efficere: sed omnia recte facere. Gubernatori propositus est: vtiq; nauium in portum perducere. Artes ministræ sunt: præstare debent quod promittũt. Sapientia domina: rectrixq; est. Artes seruiunt vitæ: sapientia ĩperat. Ego aliter respondendũ iudico. Nec artem gubernatoris deteriorem vlla tempestate fieri: nec ipsam administrationem artis. Gubernator tibi non fœlicitatem promisit: sed vtilem operam: 7 nauis regendæ scientiam. Hoc magis in eo apparet q̃ illi magis aliqua fortuita vis obstitit: qui hoc potuit dicere. Neptune nunq̃ nauem hanc nisi rectam arti satisfecit: tempestas nõ opus gubernatoris impedit sed successum. Quid ergo inquis non nocet? gubernatori ea res: quæ illuz tenere portum vetat: quæ conatus eius irritos efficit: quæ aut refert illum: aut detinet 7 exarmat. Non tanq̃ gubernatori: sed tanq̃ nauiganti nocet. alioquin gubernatoris artem adeo non impedit vt offendat. Tranquillo enim vt aiunt quilibet gubernator est. nauigio ista obsunt: non rectori eius qua rector est. duas personas habet gubernator. alteram cum omnibus communem qui eandem conscenderunt nauem: quaq; ipse vector est. alteraz propriam: qua gubernator est. Tempestas tanq̃ vectori nocet: non tanq̃ gubernatori. Demũ gubernatoris ars alienum bonum est: ad eos quos vehit pertinet. Quomodo medici ad eos quos curant. Commune bonum est 7 eorum cum quibus viuit: 7 propriuz ipsi? Itaq; gubernatori fortasse noceat: cuius ministerium ab eo alijs promissum tempestate impeditur Sapienti non nocetur a paupertate: non a dolore: non ab alijs tempestatibus vitæ. Non enim prohibentur opera eius: sed tantum ad alios pertinentia. Ipse semper in actu est: nõ in effectu: cum illi fortuna se opposuit: tunc ipsius sapientiæ negociũ agit: quod diximus 7

alienum bonum esse ⁊ suum. Præterea nec alijs quidem tunc prodesse prohibebitur: cū illuz aliquæ necessitates præmūt. Propter pauptatez phibebitur docere: queadmodū sit tractā/da. ℞. P. At illud docet quomodo sit tractanda paupertas. Per totam vitam opus eius extenditur. Ita nulla fortuna nulla res actus sapientis excludit. Id enim ipsum agit: quo agere alia prohibebitur. Ad vtroscz casus vitæ aptus est: bonoz est maloz victor. Sic quā se exercuit: vt virtutē tam in secundis cz in aduersis exhiberet: nec materiam eius sed ipsaz intueret. Itaqz nec pauptas illum: nec dolor: nec quicquid aliud quod imperitos auertit: ⁊ præcipites agit phibet. Tu illum præmi putas malis vtitur. Nec ex ebore tantū Phidias sciebat facere simulachra: faciebat ex ære: si marmor illi: si adhuc illi viliorem materiam ob tulisses feasset quale ex illa fieri optimum posset. Sic sapiens virtutē si licebit in diuitijs ex plicabit: si minus in paupertate: si poterit in patria: si minus in exilio: si poterit Imperator: si minus miles: si poterit in tegor: si minus debilis: quamcūcz fortunam accæperit aliqd ex illa memorabile efficiet. Certi sunt comitores feraz: qui sæuissima aialia: ⁊ ad occursū expa uētia boiez cogunt pati sub iuguz. Nec asperitatē excussisse contenti: vsqz in contubernium mitigant. Leonibus manus magister inserit osculatur. Tigrim suus custos. Elephantem minimus æthiops iubet subsidere in genua: ⁊ ambulare p funem. Sic sapiēs artifex est do mandi mala: dolor: egestas: ignominia: carcer: exilium vbiqz horrenda. Cum ad hūc perue nere mansueta sunt. Vale. Explicit liber duodecimus.

Incipit tertiusdecimus. Epistola octuagesima septima. Exemplo Scipionis veteris balneoz notat luxuriā: subjcies de sacōib⁹ ⁊ in sacōib⁹ quæda oblectabilia senectuti

Ad ipsa Scipionis Affricani villa iacens. Hæc tibi scribo. Adoratis manibus eius: ⁊ ara quā sepulchz esse tanti viri suspicor. aiaz q̄dez eius in cœlū: ex quo erat: redijsse psuadeo mihi: nō quia magnos ex ercit⁹ duxit. Hos enī ⁊ Cambyses furiosus: ac furor fœliciter vsus habuit. Sed ob egregiam eius moderationē: pietatēqz: quā magis in illo admirabilē iudico. Cū reliquit patriā quā cum defenderit aut Scipio abesse Romæ debebat: aut Roma esse in libertate nō poterat Nihil inquit volo derogare legibus: nihil institutis: æquum inter oēs ciues ius sit. Vtere sine me beneficio meo patria. Causa tibi libertatis fui. Tuus semper ero: ⁊ argumentū ex eo si plus cz tibi expedit creui. Quid ni ego admirer hanc magnitudi/nē animi: qua ī exiliū volūtariū secessit: ⁊ ciuitatē exonerauit. Eo enī pducta res erat vt aut libertas Scipioni: aut Scipio libertati faceret iniuriā. Neutz fas erat. Itaqz locū dedit legi bus: ⁊ se liternū recæpit tā suū exiliū. ℞. P. īputaturus cz Hānibali: vidi villā structā la/pide q̄drato. Murū circūdatū siluæ: turres quoqz in ꝓpugnaculū villæ vtringz surrectas Cisternā ædificijs: ac viri⁹ subditā: qua sufficere in vsuz vel exercitus posset. Balneolū an gustū: tenebrosū: ex consuetudine antiqua maiorib⁹ nostris non videbat calidū nisi obscuz Magna ergo me voluptas subijt cōtemplantē mores Scipionis ac nostros. In hoc angulo ille Carthaginis horror: cui Roma debet: q tantū semel capta est. Abluebat corpus: labori bus rusticis fessum. Exercebat enī ope se: terrāqz vt mos fuit priscis ipse subigebat. Sub hoc illo tecto tā sordido stetit. Hoc illū pauimentū tā vile sustinuit. At nūc quis est qui sic lauari sustineat. Paup sibi videt: ac sordidus: nisi parietes magnis ⁊ preciosis orbibus re fulxerint: nisi Alexandrina marmora numidicis crustis distincta sunt: nisi illis vndiqz ope rosa: ⁊ in picturæ modū variata circūlitio prætexitur: nisi vitro abscōdit. Camera nisi tar/sius lapis quondā rarū in aliquo spectaculū templo: piscinas nostras circūdedit: in quas multa sudatiōe corpora examinata demittimus. Nisi aquā argentea epitoma fuderint. Et adhuc plæbeias fistulas loquor. Quid cū ad balnea libertinoz puenero? Quantū statuaz quātū colūnaz est? Nihil sustinentiū: cz in ornamētū positaz ipensæ causa. Quātū aquarū p gradus cū fragore labentiū. Eo deliciaz puenimus vt nisi gēmas calcare nolumus. In hoc balneo Scipionis minime sunt rimæ magis cz fenestræ muro lapideo exectæ: vt sine iniuria munimenti lumē admitteret. At nūc blactaria vocant balnea. Si qua non ita apta/ta sunt: vt totius diei solē: fenestris amplissimis recipiāt: nisi ⁊ lauant simul ⁊ colorant: ni si ex solio agros ac maria pspiciūt. Itaqz quæ concursū ⁊ admiratione habuerāt cū dedica rent: ⁊ in antiquoz numerū reijciunt: cū aliquid noui luxuria commenta est: quod ipsa te

subiectos. Officiū erat imparē: nō regnū. Nemo quātū posset aduersus eos expiebat: p̄ q̄s cœpat posse. Nec erat cuiq̄: aut aius in iuuenā: aut causa cū bene imperanti bene pareret. Nihilq̄ Rex mai⁹ minari male parentib⁹ posset: q̄ vt abirent e regno. Sed postq̄ surrepētib⁹ vicijs in tyrannidē regna cōuersa sunt: opus esse cœpit legib⁹: q̄s & ipsas inter initia, tulere sapiētes. Solon q̄ Athenas æquo iure fūdauit: int septē æui sapientia natos. Lycurgum si eadē ætas tulisset sacro illi numero accessisset. Artaui & Alluci leges Chorondæq̄ laudāt. Hi nō in foro: nec in consultor atrio. & in Pythagoræ tacito illo sanctoq̄ secessu didicerūt iuraq̄ florenti tūc Siciliæ: & p̄ Italiā Græciæ ponerent. Macten⁹ Possidonio assentio: artes q̄dē a philosophia iuentas q̄bus in q̄tidiano vsu vita vtit: nō concesserim. Nec illi fabricæ afferā gloriā. Illa inq̄t ipsos e causis lectos: aut alq̄ rupe suffossa: aut exesæ arboris truncæ potuit tecto molliri. Ego vo philosophiā iudico nō magis excogitasse has machinationes tector̄ sup̄ tecta surgentiū: & vrbes vrbiū præmētiū: q̄ vuiaria piscīū in hoc clausa: vt tempestatū picula nō adiret gula. Et q̄uis acerrime pelago sæuiēte haberet luxuria por⁹ suos: in quib⁹ distinctos piscīū greges saginaret. Quid agis? Philosophia docuit hoīes habere clauē & serā: q̄d aliud erat auaricię signū dare philosophia hæc: cū tāto habitantiū pīculo iminentia tecta suspendit. Pax enī erat fortuitis tegi: & sine arte: & sine difficultate naturale sibi iuenire aliq̄d receptaculū. Mihi crede fœlix illud sæculū ante Architectos fuit: ante Archetectores. Ista nata sunt iā nascēte luxuria: in quadratū tigna decidere: & ferro pēsignata currēte: certa manu trabē scindere. Nā primi cuneis scindebāt scissile lignū. Non enī tecta cœnatoria epulas receptura patabant. Nec in hunc vsum pin⁹ aut abies deferebat̄ lōgo vehiculor̄ ordine: vicis in tremendis: aut ex illa lacunaria auro grauia penderent. Furcæ vtriq̄ suspensæ fulciebant cassam spissatis ramalib⁹: ac fronde cōgesta: & in pdiue dispositā: decursus imbribus q̄uis magn⁹ erat. Sub his tectis habitauere: & securi. Culmus liberos texit: sub marmore atq̄ auro seruit⁹ habitat. In illo q̄q̄ dissentio a Possidonio: q̄ ferramēta fabrilia excogitata a sapiētib⁹ viris iudicat. Isto enī modo dicat licet sapiētes fuisse p̄ q̄s tunc laqueis captare feras: & fallere visco: iuentū est etiā magnos canibus circundare saltus. Dia enī ista sagacitas hominū: nō sapientia iuenit. In hoc q̄q̄ dissentio sapiētes fuisse q̄ ferri metalla: & æris iuenerūt: cū incēdio siluar̄ adusta tell⁹: in sūmo venas iacentes liquefactas fudisset: ipsa tales iueniūt q̄les colunt. Nūc illa tandē taz subtilis quæstio mihi videt̄ q̄ Possidonio. Vtr̄ malleus in vsu esset prius an forcipes cœperūt: vtraq̄ inueniret aliq̄s exercitati ingenij acuti nō magni: nec elati: & q̄quid alio corpore incuruato: & intimo humū spectante quærendū est. Sapiens facilis victu fuit. Quid ni? Cuz hoc quoq̄ sæculo esse q̄q̄ expeditissimus cupiat. Quomodo oro te cōuenit: & vt Diogenē mireris: & Dædalum. Vter ex his sapiens tibi videt: qui serram cōmentus est: an ille qui cuz vidisset puer̄ cauā manu bibentem aquā: frēgit, p̄tinus exemptū e perula calicem: hac obiurgatione sui: q̄diu homo stultus supuacuas sarcinas habuit: qui se cōplicuit in tolio: & in eo cubitauit. Hodie virū tandē sapientiorē putas: qui iuenit quēadmodū in īmensam altitudinē hortū latentibus fistulis exprimat. Qui Euripos subito aquar̄ impetu implet: aut siccat: aut ver satilia cœnationum laquearia ita coaugmentat: vt subinde alia facies atq̄ alia succedat: et totiens tecta quotiens fercula mutent. An eū qui & alijs sibi hoc mōstrat. q̄ nihil nobis natura durum ac difficile imperauerit. Posse nos habitare sine marmorario ac fabro. Posse nos vestitos esse sine commercio seruorum. Posse nos habere visibus nostris necessaria: si contenti fuerimus bis quæ terra posuit in summo. Quoniam si audire humanū genus volunt: tam supuacuū sciet sibi cocum esse q̄ militem. Illi sapientes fuerunt: aut certe sapientibus similes: quibus expedita erat tutela corporis. Simplici cura constant necessaria: in delicijs laborant. Etiā nō desiderabis artifices: si sequare naturā: illa voluit esse distinctos: ad quæcūq̄ nos cogebat instruxit. Frigus intolerabile est corpori nudo. Quid ergo? Nunq̄d pelles ferarum & aliorū animaliū a frigore satis abundeq̄ defendere queunt? Nū corticibus arborū plæræq̄ gentes tegunt corpora? Num auium plumæ: in vsum vestis conseruntur Num hodie quæ magna Scythiarum pars: terga vulpium induitur ac murium: quæ tactu mollia & impenetrabilia ventis sunt? Opus est tamē calorem solis æstiui vmbra crassiore propellere. Quid ergo? Nū vetustas multa abdidit loca: quæ vel iniuria temporis: vel alio quolibet casu excauata in specum recesserunt? Quid ergo? Nū quamlibet virgeā cratā:

texuerunt manu: ⁊ vili oblinierunt luto? Deinde ſtipula aliſq; ſilueſtribus: operuere faſti/
gium ⁊ pluuijs per deuexa latentibus: hyemem tranſiere ſecuri. Quid ergo? Num in de/
feſſo iacent Syriticæ gentes? quibus propter nimios ſolis ardores: nullum tegumentuz ſa
tis repellendis caloribus ſolidum eſt: niſi ipſa arena humus. Non fuit taz inimica natura
vt cum omnibus alijs animalibus facilem actum vitæ daret: homo ſolus non poſſet ſine
tot armis viuere. Nihil horum ab illa nobis imperatum eſt: nihil ægre quærendum: vt
poſſit vita pduci. Ad parata nati ſumus. nos omnia nobis difficilia: facilia faſtidio fecim⁹
Tecta tegumentaq; ⁊ fomenta corporum ⁊ cibi: ⁊ quæ nunc ingens negocium facta ſũt: ob
uia erant: ⁊ gratuita: ⁊ opera leui parabilia. Modus enim omnium prout poſtulabat ne/
ceſſitas erat: nos iſta pretioſa: nos miſera: nos magnis multiſq; conquirenda artibus feci
mus. Sufficit ad id natura quod poſcit. At natura luxuria deſciuit: quæ quotidie ſeipſam
incitat: ⁊ tot ſæculis creſcit: ⁊ ingenio adiuuat vicia. Primo ſuperuacua cœpit cõpiſcere:
inde contraria: nouiſſime corpori animum abduxit ⁊ illius deſeruire libidini iuſſit. Omnes
iſtæ artes: quibus aut ornatur ciuitas aut ſtrepit: corporum negocium gerunt: cui omnia
olim tanq; ſeruo præſtabantur: nunc tanq; domino parantur. Itaq; hinc textorum hinc fa
brorum officinæ ſunt: hinc odores coquentium: hinc molles corporis motus docentiũ: mol
leſq; cantus ⁊ infractos. receſſit enim ille naturalis modus: deſideria ope neceſſaria finies:
iam ruſticitatis ⁊ miſeriæ eſt: velle quantum ſat eſt. Incredibile eſt mi Lucilli q̃facile etiam
magnos viros dulcedo orationis abducat a vero. Ecce Poſſidonius vt mea fert opinio:
ex his qui plurimum philoſophiæ contulerunt: dum vult deſcribere primum quemadmo/
dum alia torqueantur fila: alia ex molli ſolutoq; ducantur. Deinde quemadmodum tela
ſuſpenſis ponderibus: rectum ſtamen extendat: quemadmodum ſub tegmẽ inſertũ: quod
duriciam vtrinq; comprimentis trame remoliat: ſpata coire cogantur: ⁊ iungi. Textricam
quoq; artem a ſapientibus dixit inuentam: oblitus poſtea repertum hoc ſubtilius genus
in quo tela iugo iuncta eſt: ſtamen ſecernit arundo. Inſeritur medium radijs ſub tegmen
acutis: Quod lato pariunt inſecti pectine dentes. Quid ſi contigiſſet illi addere has no/
ſtri temporis telas: in quibus veſtis celatura conficitur. In qua non dico nullum corpori
auxilium: ſed nullum pudori eſt. Tranſit deinde ad agricolas: nec minus facunde deſcri/
bit prociſſum aratro ſolum: et inter aratrum: quo ſolutior terra facilius pateat radicibus.
tunc ſparſa ſemina: ⁊ collectas manu herbas: ne quid fortuitum ⁊ agreſte ſuccreſcat quod
necet ſegetem. Hoc quoque opus ait eſſe ſapientium: tanq; non: nec quoque plurima cul/
tores agrorum noua inueniant: per quæ ferulitas augeatur. Deinde non eſt contentus his
artibus: ſed in paſtinum ſapientem ſubmittit. Narrat enim quemadmodum rerum na/
turam imitatus panem cœperit facere. Hecæptas inquit in os fruges concurrens inter ſe
duricia dentium frangit: ⁊ quicquid eradit ad eoſdem dentes lingua refertur. Tunc vo mi
ſcetur: vt facilius per fauces lubricas tranſeat. Cum pervenit in ventrem: æquali culinæ
feruore concoquitur. Tunc demum corpori accedit. Hoc aliquis ſecutus exemplar: lapidez
aſperum aſpero impoſuit: ad ſimilitudinem dentium: quorum pars immobilis motum al
terius expectat. Deinde vtriuſque attritu grana franguntur: ⁊ ſæpius regeruntur. donec
ad minutiam frequenter trita redigantur: tunc farinam in aquam ſparſit: ⁊ aſſidua tracta/
tione perdomuit: finxitque panem: quem primo cinis calidus: ⁊ feruẽs testa percoxit. De/
inde furni paulatim reperti: ⁊ alia genera: quorum feruor ſeruiret arbitrio. Non multum
affuerit quin ſutrinum quoque inuentuz a ſapientib⁹ diceret. Omnia iſta ratio quidẽ: ſed
non recta ratio commenta eſt. Hominis enim non ſapientis: inuenta ſunt tam mehercu/
les q̃ nauigia: quibus amnes: quibuſque maria tranſimus: aptatis ad capiendum ven/
torum impetum velis: ⁊ additis a tergo gubernaculis: quæ huc atque illuc curſum naui/
gij torqueant. ⁊ exemplum a piſcibus tractum eſt: qui cauda reguntur: ⁊ leui eius in vtrũ/
que momento velocitatem ſuam flectunt. Omnia hæc quidem inquit ſapiens inuenit: ſed
minora q̃ ut ipſe tractaret: ſordidioribus miniſtris dedit: immo non alijs excogitata iſta
ſunt: q̃ quibus hodieque curantur. Quædam noſtra demum prodiſſe memoria ſcimus:
vt ſpecularioꝝ vſum perlucente teſta clarum traſmittentium lumẽ: vt ſuſpenſuras bal/
neorum ⁊ impreſſos parietibus tubos: per quos circumfunderetur calor quo ima ſimul et
ſumma foueꝛtur æqualiter. Quid loquar marmora: quibus tẽpla: quibus dom⁹ fulgent:

Quid lapideas moles in rotundū ac leue formatas: quibus porticus ac capacia populorū tecta suspicimus? Quid verborum notas: quibus cuius citata excipitur oratio ⁊ celeritatez linguæ manus sequitur? Vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt. Sapientia altius sedet: nec manus edocet animorum magistra est. Vis scire quid illa enuerit? quidue effecerit? non dedecores corporis motus: nec varios per tubam ac tibiam cantus: quibus exceptus spiritus: aut in exitu aut in transitu formatur in vocem. non arma nec muros: nec bella vtilia molitur: paci fauet: ⁊ genus humanum ad concordiam vocat. Non est inquaz instrumentorum aduersus necessarios opifex. Quid illi tam paruula assignas? Artificem vides vitæ: alias quidem artes sub dominio habet. Nam cum vita illi vitæ quoq; ornamenta seruiunt. Cæterum ad beatum statum tendit: illo ducit: illo vias aperit. Quæ sint mala quæ videantur ostendit: vanitatem exuit: mentibus dat magnitudinem solidaz. Inflatam ꝛo ⁊ hæsiuam speciosam reprimit: nec ignorari sinet inter magna quid intersit ⁊ tumida: totius naturæ noticiam ac suæ tradit. Quid sint dij qualesq; declarat: quid inferi: quid lares ⁊ Genij. Quid in secundam nominum formam animæ perpetuæ: vbi cōsistāt: quid agant: quid possint: quid velint: hic eius initiamenta sunt: per quæ nō municipale sacrum: sed ingens omnium deorum templum mundus ipse reseratur. Cuius vera simulachra: veraq; facies cernendas mentibus protulit. Nam ad spectacula magna bebes visus est: ad initia deinde rerum redit: ⁊ æternam rationem toti inditam: ⁊ vim omnium seminū singula proprie figurantem. Tunc de animo cœpit inquirere vnde esset: vbi: q̄diu: in quot membris diuisus? Deinde a corporibus se ad incorporalia transtulit. Veritatemq; ⁊ argumenta eius excussit. Post hæc quemadmodum discernerentur vitæ aut vocis ambigua. In vtraq; falsa enim veris immixta sunt. Non abduxit inquam se: vt Possidonio videt: ab istis artibus sapiens: sed ad illas omnino non venit. Nihil enim dignum inuētu iudicasset: quod non erat dignum perpetuo vsu: iudicaturus ponenda non sumeret. Anacharsis inquit inuenit rotam figuli: cuius circuitu vasa formantur. Deinde quia apud Homerum inuenitur figuli rota: mallunt videri versus falsos esse q̄ fabulam. Ego nec Anacharsim huius rei fuisse auctorem contendo: ⁊ si fuit sapiens quidem hoc inuenit: sed non tanq̄ sapiens. sicut multa sapientes faciunt: quia homines sunt: non quia sapientes. Puta velocissimum esse sapientem: qui cursu omnes anteibit: qua velox est: non qua sapiens. Cupere Possidonio aliquem vitriarium ostendere: qui spiritu vitrum in habitus formet: qui vix diligenti manu efficerentur. Hæc inuenta sunt post q̄ sapientem inuenire desinimus. Democritus inquit inuenisse dicitur formicem: vt lapidum curuatura paulatim inclinatorum medio saxo alligaretur. hoc dicam falsum esse. Necesse est enim ante Democritum ⁊ pontē ⁊ portas fuisse: quarum fere summa curuantur. Excidit porro vobis eundem Democritū inuenisse: quemadmodum ebur molliretur: quemadmodum decoctus calculus in smaragdum conuerteretur? qua hodieq; coctura inuenti lapides hic vtiq; colorantur. Ista sapiēs licet inuenerit: non quia sapiens erat inuenit. Multa enim facit: quæ ab imprudentissimis æque fieri vidimus: aut peritius: aut exercitatius. Quid sapiens inuestigauerit? Quid in lucem protraxerit quæris? Primum veram naturam quam non vt cætera animalia oculis secutus est tardis ad diuina. Deinde vitæ legem: quam ad vniuersa direxit. nec nosce tantum sed sequi docuit deos: ⁊ attinentia non aliter excipere q̄ imperata. Detuit parere opinionibus falsis: ⁊ quanti quidq; esset vera æstimatiōe perpendit: damnauit mixtas pœnitentiæ voluptates. Et bona semper placitura laudauit: ⁊ palam fecit fœlicissimum esse: cui fœlicitate non opus est: potentissimum esse qui se habet in potestate. Non de ea philosophia loqui quæ ciuem extra patriam posuit: extra mundum deos: quæ virtutem donauit voluptati: sed illa quæ nullum bonum putat nisi quod honestum est: quæ nec hominis nec fortunæ muneribus deleri potest: cuius hoc precium est non posse precio capi. Hanc philosophiā fuisse illo rudi sæculo quo adhuc artificia deerant. ⁊ ipso vsu discebant vtilia. Nō credo sicut ante fortunata tempora: cum in medio iacerent beneficia naturæ promiscuæ vtenda: anteq; auaricia atq; luxuria dissociauere mortales: ⁊ ad rapinam ex consortio discurrere. Nō erant illi sapientes viri: etiam si faciebant facienda sapientibus. statum quidem generis humani non alium quisq; suspexerit magis. Nec si cui permittat deus terrena formare ⁊ dare gentibus mores: aliud probauerit: q̄ quod apud illos fuisse memoratur apud quos nulli

subigebant arua coloni. Ne separare quidem: aut partiri limine compum. Fas erat in me/dium quærebant ipsaq; tellus. Omnia liberius nullo poscente ferebat. Quid hominum illo genere fœlicius? In commune rerum natura fruebatur: sufficiebat illa vt parens in tu/tela omnium: hæc erat publicarum opum secura possessio. Quid ni ego illud, locupletissi/mum mortalium genus dixerim: in quo pauperem inuenire non posses? Irrupit in res opti/me positas auaricia: & dum seducere aliquid cupit: atq; in suum vertere: omnia fecit aliena & angustum ex immenso redacta paupertatem intulit: & multa concupiscēdo, omnia amisit. Licet itaq; velit nunc concurrere & reparare quod perdidit: licet agros agris adiũgat vicinũ vel precio petaris vel iniuria. Licet in prouinciarum spacium rura dilatet: & possessionē vo/cet: per suam longam peregrinationem nulla nos finiũ propagatio eo reducet vnde discessi/mus. Cum omnia fecerimus multum habebimus. Terra ipsa fertilior erat illa bobrata: & in vsus populorum non diripientium larga. Quicquid natura protulerat: id non minus in uenisse q̄ inuentũ monstrare alteri voluptas erat. Nec illi superesse poterat: aut deesse: inter concordes diuidebatur. Nondum valentior: imposuerat infirmior manum. Nondũ auarus abscondendo quod sibi iaceret: alius necessarijs quoq; excluserat. Par erat alterius ac sui cura. Arma cessabant incruenteq; humano sanguine manus. Odiũ omne in feras ver terant. Illi quos aliquod nemus densum a sole protexerat: qui aduersus sæuiciaq; hyemis aut imbris vili receptaculo tuti sub fronde viuebant: placidas transigebāt sine suspirio no ctes. Sollicitudo nos in nostra probra vexat: & acerrimis excitat stimulis. Aquam mollem sonum illis dura tellus dabat. Non impendebant celata laquearia: sed in aperto iacētes si/dera superlabebantur: & insigne spectaculum noctium mundus in præceps agebatur: silen/tio tantum opus dicens: tam inter diem illis q̄ noctem patebant prospectus hui⁹ pulcher/rimæ domus. Libebat intueri signa ex media cœli parte vergētia: rursus ex occulto alia sur gentia. Quid ni iuuaret vagari inter tam late sparsa miracula? Aut vos ad omnem tectorũ pauetis sonum: & inter picturas vestras si quid increpuit fugitis attoniti? Nō habebāt do/mos instar vrbium. Spiritus ac liber inter aperta flatus: & leuis vmbra rupis aut arboris & perlucidi fontes riuiq; non opere: nec fistula: nec vllo coacto itinere obsolefacti: sed spon/te currentes: & prata sine arte formosa inter hæc agreste domicilium rustica politum manu. Hæc erat fm naturam domus in qua libebat habitare: nec ipsam: nec pro ipsa timentem. Nunc magna pars nostri mœtus tecta sunt. Sed q̄uis egregia illis vita fuerit: & carens fraude: non fuere sapientes: quando hoc iam in opere maximo nomen est. non tamen nega uerim fuisse alti spiritus viros. Et: vt ita dicam: a dijs recentes. Neq; enim dubiũ est: quin melioza mundus nondum effœtus ediderit. Quemadmodum autem omnibus indoles fortior fuit: & ad labores paratior: ita non erant ingenia omnibus consummata. Nō enim dat natura virtutem. Ars est bonum fieri. Illi quidem non aurum nec argentum: nec per/lucidos lapides ima terrarum fece quærebant. Parcebantq; adhuc etiam multis anima libus. Tantum aberat: vt homo hominem non iratus: non timens tantum spectaturus oc cideret. Nondum vestis illis erat picta. Nondum terebatur aurum: adhuc nō eruebatur. Quid ergo? Ignorantia rerum innocentes erant. Multum autem interest vtrum peccare aliquis nolit: aut nesciat. Deerat illis iusticia: deerat prudentia: deerat temperantia ac fortitudo. Omnibus his virtutibus habebat similia quædam rudis vita. Virtus non cōtin git animo: nisi instituto & edocto: & ad summum assidua exercitatione perducto. Sed hoc quidem: si sine hoc nascimur: & in optimis quoq; anteq̄ eruditas virtutis materia non vir tus est. Vale.

Epistola nonagesimasecunda. Quomodo ad omne quod euenire potest firmandus est animus. Et q̄ omnia mortalium mortalitate damnata sunt. Vbi nō indignatione: sed æquanimitate opus est cōtra factū.

Liberalis noster nunc tristis est nunciato incendio: quo Lugdunensis Colonia exu sta est. Nouere hic casus quemlibet posse: ne dum hominem patriæ suæ amātissi mum: quæ res efficit: vt firmitatem animi sui quærat: quam videlicet ad ea quæ timeri posse putabat exercuit. Hoc ꝯo tam inopinatum malum & pene inauditum: nō mi/ror: si sine mœtu fuit: cum esset sine exemplo. Multas enim ciuitates incendium vexauit:

nullam abſtulit. Nam etiam vbi hoſtili manu iniecta ignis immiſſus multis locis deficit: 7 q̄uis ſubinde excitetur: raro tamen ſic cuncta depaſcitur: vt nihil ferro relinquat. Terrarū quoq; vix vnq̄ tam grauis 7 perniciosus fuit motus: vt tota oppida euerteret. Nunq̄ denicq̄ tam infeſtum vlli exarſit incendium: vt nihil alteri ſupereſſet incēdio. tot pulcherrima opera: quæ ſingula illuſtrare vrbes ſingulas poſſent: vna nox ſtrauit: 7 in tanta pace quantum ne bello quidem timeri poteſt accidit. Quis hoc credat? Vbiq; armis quieſcentibus: cum toto orbe terrarum, diffuſa ſecuritas ſit. Lugdunum quod oſtendebat in Gallia quæritur? omnibus fortuna quos publice afflixit: quod paſſuri erāt timere permiſit. Nulla res magna non aliquod habuit ruinæ ſuæ ſpacium. In hac vna nox interfuit inter vrbem maximam 7 nullam: deniq; diutius illam tibi periſſe q̄ perijſſe narro. Hæc omnia liberalis noſtri affectum inclinandum mouent aduerſus ſua firmum 7 erectum: nec ſine cauſa cōcuſſus eſt. Inexpectata plus aggrauant. Nouitas adijcit calamitatibus pondus: nec quiſq̄ mortalium non magis q̄ etiaz miratus eſt voluit. Ideo nihil nobis improuiſum eſſe debet. In omnia præmittendus eſt animus: cogitandumq; nō quicquid ſolet ſed quicquid poteſt fieri. Quid enim eſt: quod non fortuna cum voluit ex florentiſſimo detrahat: quod nō eo magis aggrediatur 7 quatiat: quo ſpecioſius fulget. Quid illi arduum? quidue difficile eſt? Non vna via ſemper ne tota quidem incurrit. Modo noſtras in nos manus aduocat: modo ſuis contenta viribus inuenit pericula ſine auctore: nullum tempus exceptū eſt in ipſis voluptatibus cauſæ doloris oriuntur. Bellum in media pace conſurgit: 7 auxilia ſecuritatis in mœtum tranſeunt. Ex amico inimicus. Hoſtis ex ſocio. In ſubitas tempeſtates hyberniſq; maior agitatur æſtiua tranquillitas: ſine hoſte patimur hoſtilia: 7 cladis cauſas: ſi alia deficiunt nimia ſibi fœlicitas inuenit. Inuadit temperatiſſimos morbus: validiſſimos ptbiſis. Innocentiſſimos pœna. Secretiſſimos tumultus. Elige aliquid noui caſus: per quod velut oblitus vires ſuas ingerat. Quicquid lōga ſeries multis laboribus multa dei indulgentia ſtruxit: id vnus dies ſpargit ac diſſipat: longam moram dedit malis properantibus: qui diem dixit horam momentumq; temporis extendis imperijs ſufficere. Eſſet aliquod imbecillitatis noſtræ ſolacium: rerumq; noſtrarum ſi tanta reparārentur q̄ cuncta finiuntur. Nunc incrementa lente exeunt: feſtinatur in damnuz: nihil priuatim: nihil publice ſtabile eſt: tam hominum q̄ vrbium facta voluuntur. Inter placidiſſima terror exſtitit: nihilq; extra tumultuantibus cauſis: mala vnde minime expectabantur erumpunt. Quæ domeſticis bellum ſteterant regna: quæ externis impellente nullo ruūt: quotam quæq; felicitatem ciuitas pertulit. Cogitanda ergo ſunt omnia: 7 animus aduerſus ea quæ poſſunt euenire firmandus. Exilia: tormenta: bella: morbos: naufragia meditare. Poteſt te patriæ poteſt patriam tibi caſus eripere: poteſt te in ſolitudinem abijcere. Poteſt hoc ipſum in quo turba ſuffocatur fieri ſolitudo. Tota ante oculos ſortis humanæ conditio ponat: nec quantum frequenter euenit: ſed quantum plurimum poteſt euenire præſumamus animo: ſi nolumus opprimi: nec vllis inuſitatis velut nobis obſtupeſieri. In plenum cogitanda fortuna eſt. Quotiens Aſiæ: quotiens Achaiæ vrbes vno tremore ceciderunt? quot oppida in Syria: quot in Macedonia deuorata ſunt? Cyprum quotiens vaſtauit hæc clades? Quotiens in ſe papbus corruit? frequenter nobis nunciati ſunt totarum vrbiū interitus: 7 nos inter quos frequenter iſta nunciantur: quota pars omnium ſumus. Cōſurgamus itaq; aduerſus fortuita: 7 quicquid inciderit ſciamus non eſſe tam magnum q̄ rumore iactetur. Ciuitas arſit opulenta: ornamentumq; prouinciarum: quibus 7 inſerta erat: 7 excepta. Vni tamen impoſita: 7 huic non altiſſimo monti. Omnium iſtarum ciuitatum: quas nunc magnificas ac nobiles audis. Veſtigia quoq; tempus eradet. Non vides quemadmodum in Achaia clariſſimarum vrbium iam fundamenta cōſumpta ſunt: nec quicq̄ exteat ex quo appareat illas ſaltem fuiſſe. Non tantum manufacta labuntur: non tantum humana arte: atq; induſtria poſita vertit dies. Juga montium diffluunt: totæ diſſidere regiones. Operta ſunt fluctibus: quæ procul a conſpectu maris ſtabant. Vaſtauit ignis colles: per quos relucebat: eroſit 7 quondam altiſſimos vertices ſolacia nauigantiū: ac ſpeculas ad humile deduxit: ipſius naturæ opera vexantur. Et ideo æquo animo ferre debemus vrbium excidia. Caſura omnia extant: omnibus exitus manet: ſiue interna vis ſtatuq; proculſa violentia pondus ſub quo tenent excuſſerint: ſiue torrentiū in abdito vaſtior obſtantia effregerit

siue flammarum violentia compaginem soli ruperit: siue vetustas: in qua nihil tutum est: expugnauerit minutatim: siue grauitas cœli ægesserit populos: & situs deserta corruperit. Enumerare omnes fatorum vias longum est. Hoc vnum scio: omnia mortalium opera: mortalitate damnata sunt: inter peritura viuimus. Hæc ergo atque eiusmodi solacia: admoneo Liberali nostro: incredibili quodam patriæ suæ amore flagranti: quæ fortasse consulta est: vt in melius excitaretur. Sæpe maiori fortunæ locum fecit iniuria. Multa cecidêrunt: vt altius surgerent: & in malas imagines fœlicitati vrbis inimicus alleuat Romæ sibi incendia ob hoc vnum dolori esse: quod sciret meliorare resurrectura quicquid arsissent. In hac quoque vrbe verisimili est: certiores omnes esse: vt maiora certioraque quicquid amisere restituantur. Sint vtinam diurna: & melioribus auspicijs in æuum longius condita. Nam huic Coloniæ ab origine sua centesimus annus est. ætas ne homini quidem extrema, a Platone deducta: in hac frequentia loci opportunitate conualuit. Qui tamen grauissimos casus inter spacium humanæ pertulit senectutis. Itaque formetur animus ad intellectum: patientiamque sortis suæ: & sciat nihil inausum esse fortunæ. Aduersus imperia illam idem habere iuris: quod aduersus imperantes. Aduersus vrbes idem posse quod aduersus homines. Nihil horum dignandum est. In eum intrauimus mundum: in quo his legibus viuitur. Placet: parere non placet: quacunque vis exi. Indignare si quid in te inique proprie constitutum est. Sed si hæc imos summosque necessitas alligat: in gratiam cum fato reuertere: a quo omnia resoluuntur. Non est quod nos tumulis metiaris: & his monumentis quæ via disparia prætexût. Æquat omnes cinis: impares nascimur: pares morimur Idem de vrbibus: quod de vrbium incolis dico. Nam ardea capta: & Roma capta est. Cõdidit ille iuris humani: non natalibus nos: nec nominum claritate distinxit: nisi dum sumus. Vbi vo ad finem mortalium ventum est. Discede inquit ambitio omnium quæ terram præmunt: seruus miles esto. Ad omnia patienda pares sumus. Nemo altero fragilior est: nemo in crastinum sui certior. Alexander Macedonum rex discere Geometriam infœlix cœperat sciturus & pusilla terra esset: ex qua minimum occupauerat. Ira dico infœlix ob hoc: quod intelligere debebat: falsum se gerere cognomen. Quis enim esse tam magnus in pusillo potest? Erant illa quæ tradebantur subtilia: & diligenti intentione discenda: non quæ percipere posset vesanus homo: & trans oceanum cogitationes suas mittês. Facilia inquit me doce. Cui præceptor inquit: Ista omnibus eadem sunt: æque difficilia. Hoc putarem naturam dicere. Ista de quibus quereris: omnibus eadem sunt: nulli dare faciliora possunt: sed quisquis volet sibiipsi illa reddet faciliora. Quomodo? æquanimitate: & voles as oportet: & sitias: & esurias: & senescas: & si tibi longior contigerit inter homines mora: et ægrotes: & perdas aliquid: & pereas. Non est tamen q̃ istis qui te circumstrepunt credas. Nihil horum malum est. Nihil intolerabile: aut durum: ex consensu istis mœtus est. Sic mortem times quomodo famam. Quid autem stultius homine verba metuente. Elegãter Demetrius noster solet dicere: eodem loco sibi esse voces imperitorum: quo ventre redditos crepitus. Quid enim inquit mea refert? sursum isti an deorsum sonent? Quanta dementia est vereri: ne infameris ab infamibus? Quemadmodum famam extimuistis sine causa: sic & illa quæ nunc timeretis: nisi fama vixisset. Nunquid detrimenti faceret. vir bonus inquis rumoribus sparsus? Ne morti quidem hoc apud nos noccat: & hoc malam molitionẽ habet. Nemo eorum qui illam accusat expertus est. Interim temeritas est damnare quod nescias. Et illud scis & multis vtilis sit: & multos liberet tormentis: ægestate: querelis: supplicijs: tedio. Non sumus in vllius potestate: cum mors in nostra potestate sit. Vale.

Epistola nonagesimatertia. Disputatio contra dicentes solam virtutem non facere beatum sine externis commodis. Vel facere quidem beatum: sed non beatissimũ. Vbi tradit hæc fortuita nec bona esse nec mala. Et nec beatum facere nec miserũ. Et de excellentia animi.

Vto inter me tecũ conueniat externa corpori acquiri: corpus in honorem animi coli in animo esse partes ministras: per quas mouemur: alimurq̃ propter ipsum principale nobis datas. In hoc principale aliquid irrationale est: & rationale. Illud

huic seruit: hoc vnum est quod alio non refert: sed omnia ad se perfert. Nam illa quoq; diuina ratio omnibus præposita est: ipsa sub nullo est. Et hæc autem nostra eadem est: quæ ex illa est. Si de hoc inter nos conuenit: sequitur vt de illo quoq; conueniat. In hoc vno positam esse beatam vitam: vt in nobis ratio perfecta sit. Hæc enim sola non submittit animum. Stat contra fortunam in quolibet rerum habitu seruatus seruat. Id autem vnū bonum est: quod nunq; defringitur. Is inquam beatus: quem nulla res minorem facit: tenet summam 7 ne vlli quidem nisi sibi innixus. Nam qui aliquo auxilio sustinetur potest cadere. Si aliter est incipient in nobis multum valere non nostra. Quis autem vult cōstare fortuna: aut quis se prudens ob aliena miratur? Quid est beata vita: securitas 7 perpetua trāquillitas. Hanc dabit animi magnitudo: dabit constātia bene iudicati tenax. Ad hoc quo modo peruenitur? si veritas tota perfecta est: si seruatus est in rebus agendis ordo: modus: decor: 7 innoxia voluntas: aut benigna: intenta rationi. Nec vnq; ab ista recedens: amabilis simul mirabilisq;. Deniq; vt breuiter tibi formulam scribam. Talis animus sapientis esse viri debet: qualis deum deceat. Quid potest desiderare is: cui omnia honesta contingāt? Nam si possunt aliquid non honesta conferre ad optimum statum: in his erit beata vita: si ne quibus non est. Et quid stultius turpiusue q; bonum rationalis animi ex irrationalib⁹ nectere. Quidam tamen augeri summum bonum iudicant: quia parum plenum sit fortuitis repugnantibus. Antipater quoq; inter magnos sectæ huius auctores: aliquid se tribuere dicit externis: sed exiguum admodum. Vides autem quale sit: 7 te non esse contentum nisi aliquis igniculus alluxerit. Quod potest in hac claritate solis habere scintilla momentum? Si non es sola honestate contentus: necesse est aut quietem adiici velis quam tosinaq; vocant græci aut voluptatem. Horum alterum vtiq; recipi potest. Vacat enim animo molestia: liber ad conspectum vniuersi. Nihilq; illum auocat a contemplatione naturæ. Illex illud voluptas bonum pecoris est. Adiicimus rationali irrationale: honesto inhonestū Magno vitam facit titulatio corporis. Quid ergo dubitatis dicere bene esse homini: si palato bene est. Et hunc tu non dico inter viros numeras. Sed inter homines: cuius summuq; bonum saporibus: ac coloribus: ac sonis constat. Excedat ex hoc animalium numero pulcherrimo: ac diis secundo: mutis aggregetur animal pabulo lætum. Irrationalis pars animi duas habet partes. Alteram animosam: ambitiosam: impotentem: positam in affectionibus. Alteram humilem: languidam: voluptatibus deditam. Illam effrenatam: meliorem tamen certe: fortiorem ac digniorem viro reliquerunt. Hanc necessariaq; beatæ vitæ putauerunt inermem 7 abiectam. Huic rationi seruire iusserunt: 7 fecerunt animal generosissimum: bonum: demissum: 7 ignobile. Præterea mixtum: portētuosumq;: 7 ex diuersis animalibus congruentibus membris. Nam vt ait Virgilius noster in Scylla. Prima hominis facies 7 pulchra e pectore virgo. Pubetenus postrema immani corpore pistrix. Delphinum caudas vtero commissa luporum. Huic tamen Scyllæ fera animalia iuncta sunt horrenda: velocia. At isti sapientiam ex quibusdam composuere portētis. Prima hominis pars est ipsa virtus. Huic committitur iutulis caro: 7 fluida 7 receptandis tantuq; cibis habilis: vt ait Possidonius. Virtus illa diuina: in lubricum desinit: 7 superioribus eius partibus venerandis atq; cœlestibus: animal iners ac marcidum attexitur. Illa vtiq; alteri quies nihil quidem ipsa animo præstabat: sed impedimenta remouebat. Voluptas vltro dissoluit: 7 omne robur emollit: quæ inuenietur tam discors inter se iunctura corporum: fortissimæ rei inertissima astruitur: sæuerissimæ parum seria: sanctissimæ intemperans vsq; ad ingesta. Quid ergo inquit: si virtutem nihil impeditura sit bona valitudo: 7 quies: 7 dolorū vagatio: nonne petes illas. Quid ni petam? Non quia bona sunt: sed quia ſm naturā sūt 7 quia bono a me iudicio sumuntur. Quod erit in illis tunc bonum? Hoc vnum bene eligi nam cum vestem qualem decet summo: cum ambulo vt oportet: cum cœno quemadmodū debeo: non cœna aut ambulatio: aut vestis bona sunt: sed meum in his propositum seruantis in quaq; re rationi conuenientem modum etiam nunc adiiciam. Mūdæ vestis electio appetenda est homini. Natura enim homo mundum 7 eligans animal est. Itaq; nō est bonum per se munda vestis: sed mundæ vestis electio: quia non in re bonum est: sed in electione: quia actiones nostræ honestæ sunt: non ipsa quæ aguntur. Quod de veste dixi: idem de corpore me existima dicere. Nam hæc quoq; natura: vt quandam vestem aio circūdedit

velamentum eius est. Quis autem vnq̃ vestimenta æstimauit arcula? Nec bonuz nec malum vagina gladium facit. Ergo de corpore quoque idem tibi respondeo. Sumptur quidem me: si detur electio 7 sanitatem 7 vires. Bonum autem futurum iudicium de illis meũ non ipsa. Est quidem inquit sapiens beatus. Summum enim bonum non sequitur nisi illi: 7 naturalia instrumenta respondeant. Ita miser quidem esse: qui virtutem habet: nõ potest. Beatissimus autem non est: qui naturalibus bonis destituitur: vt valitudine 7 membrorum integritate. Quod incredibilius videtur id concedis: aliquem in maximis 7 continuis doloribus: non esse miserum etiam beatum. Quod leuius est: negas beatissimuz esse. Atqui si potest virtus efficere: ne miser aliquis sit: facilius efficiet vt beatissimus sit. Nam enim interualli a beato ad beatissimum restat: q̃ a misero beatum. In quæ res tantum valet: vt exceptum calamitatibus inter beatos locet. Non potest adiȝere quod supereſt: vt beatissimum faciat in summo deficit diuo. Commoda sunt iniuncta 7 incommoda vtraqȝ extra nos. Si non est miser vir bonus: q̃uis omnibus præmatur incommodis: quomodo non beatissimus: si aliquibus commodis deficitur. Nam quemadmodum incommodorũ onere vsqȝ ad miserum non deprimitur: sic commodorum inopia non deducit a beatissimo Sed tamen sine commodis beatissimus est q̃ non est sub incommodis miser: an potest illi eripi bonum suum: si potest minui. Paulo ante dicebam: igniculum nihil conferre lumini solis. Claritate enim eius quicquid sine eo lucet: abscõditur. Sed quædã inquit soli quoq; ipsa a sole integra est: 7 inter opposita: 7 q̃uis aliud interiaceat: quod nos prohibeat eius aspectum in opere est: cursu suo fertur. Quotiens inter nubila luxit: non est sereno minor: nec tardior quidem. Quoniam multum interest: vtrum aliquid obstet tantum: an impediat. Eodem modo virtuti opposita nihil detrahunt. non est minor: sed minus fulget: nobis forsitan non æque apparet ac nitet. Sibi eadem est: 7 more solis obscuri in occulto vim suã exercet. Hoc itaque aduersus virtutem possunt calamitates 7 damna: 7 iniuriæ: quod aduersus solem potest nebula. Inuenitur qui dicat sapientem corpore parum prospero vsum nec miserum esse: nec beatum. Hic quoque fallitur. Exæquat ea in fortuita virtutibus: 7 tãtundem tribuit virtutibus: quantum honestate carentibus. Quid autem fœdius: quid ignius: q̃ comparare veneranda contemptis? Veneranda enim sunt fides: iustitia: pietas: fortitudo: prudentia. Econtrario vilia sunt: quæ sæpe contingunt plenioza vilissimis. Crus solidum: 7 lacertus: 7 dentes: 7 horum sanitas: firmitasque. Deinde si sapiens cui corpus molestum est: nec miser habebitur: nec beatus: sed medio relinquetur. Vita quoq; ei⁹ nec appetenda: nec fugienda. Quid autem tam absurdum q̃ sapientis vitam appetendam non esse? Aut quid tam extra fidem q̃ esse aliquam vitam: nec appetendam: nec fugiendã? Deinde si damna corporis miserum non faciunt: beatum esse patiuntur. Nam quibus potentia non est: in peiorem transigendi statum: nec interpellandi quidem optimum. Frigidũ inquit aliquid 7 calidum nouimus. Inter vtrunque tepidum est. Sic aliquis beatus est: aliquis miser: aliquis nec miser: nec beatus. Volo hanc contra nos positam imaginem excutere. Si tepido illi plus frigidi ingessero fiet frigidum: si plus calidi affudero fiet nouissime calidum. Aut huic: nec misero: nec beato: quantumcunque ad miserias adiecero: miser erit quemadmodum dicitis. Ergo imago ista dissimilis est. Deinde trado tibi hominem: nec miserum: nec beatum. Huic adiȝio cæcitatem fit miser. Adiȝio dolores continuos 7 graues: miser non fit. Quoniam tam multa mala in miseram vitam non transferũt nec ad beata quidem educunt. Si non potest vt dicitis sapiens ex beato: in miseruz decidere: non potest in non beatum. Quare enim qui illa cœpit: alicubi subsistat. Quæ res non patitur illum ad imum deuolui: retinet in summo. Quid ni? non possit beata vita rescindi nec remitti quidem potest: 7 ideo virtus ad illam se satis est. Quid ergo inquit sapiens: non est beatior qui diutius vixerit: quem nullus aduocauit dolor: q̃ ille qui cum mala fortuna sæpe luctatus est. Respondemibi. Nunquid 7 melior est: 7 honestior? Si hæc nõ sũt: ne beatior est. Rectius iuuat: oportet vt beatus viuat. si rectius non potest: ne beatus quidem. Non intenditur virtus. ergo nec beata quidem vita: quæ ex virtute est. Virtus enim tantum bonum est: vt istas accessiones minutas non sentiat. Breuitatem æui: 7 dolorum 7 corporum varias offensiones. Nam voluptas non est digna ad quaz respiciat. Quid est in virtute præcipuum? Futuro non indigere: nec dies suos computare: in quantolibet tpe

bona æterna consummat. Incredibilia nobis hæc videntur: & supra humanam naturaz excurrentia. Maiestatem enim eius ex nostra imbecillitate metimur: & vicijs nostris nomen virtutis imponimus. Quid porro non æque incredibile videtur. Aliquem in summis cruciatibus positum: dicere beatus sum. Atque hæc vox in ipsa officina voluptatis est audita. Beatissimum inquit hunc & vltimum diem ago Epicurus: cum illum hinc vrinæ difficultas torqueret: hinc insanabilis exulcerati doloz ventris. Quare ergo incredibilia sunt ista: apud eos qui virtutem colunt: cum apud eos quoque reperiantur: apud quos voluptas imperauit. Hi quoque degeneres & humilimæ mentis aiunt: vt in summis doloribus: in summis calamitatibus: sapientem nec miserum futurum nec beatum. Atqui hoc quoq; incredibile est: immo incredibilius. Non video enim quomodo in infinitum agatur elatio suo: deiecta virtus. Aut beatum præstare debet. Aut si ab hoc depulsa est: non prohibebit fieri miserum. Stans non potest vinci: aut vincatur oportet: aut vincat. Dijs inquit immortalibus solis: & virtus: & beata vita contingit. Nobis vmbra quædam illorum bonorum & similitudo. Accedimus ad illam non peruenimus. Ratio vo dijs hominibusq; communis est. Hæc in illis consummata est: in nobis consummabilis. Sed ad desperationem nos vicia nostra perducunt. Nam ille alter secundus est: vt aliquis parum constans: ad custodienda optima cuius iudicium labat. Etiam nunc & incertum est: desideret oculoz atque aurium sensum: bonam valitudinem: & non fœdum aspectum corporis: & habitu manente suo: ætatis præterea longius spacium. Per hanc potest non pœnitenda agitauit imperfecto viro. Huic malitiæ vis quædam inest: quia animum habet mobilem ad prauа. Illa agit arens malicia: & ea agitata abest. De bono non est adhuc bonus: sed in bonū fingitur. Cuicunque autem deest aliquid ad bonum malum est. Sed si cui virtus animusque in corpore præsens: hic deos æquat. Illo tendit originis suæ memor. Nemo improbe eo conatur ascendere vnde ascenderat. Quid est autem: cur non existimes in eo diuini aliqd existere qui dei pars est. Totum hoc quo continemur: & vnum est: & deus: & socij eius sumus: & membra. Capax est noster animus: perfertur illo si vicia non deprimant. Quemadmodū corporum nostrorum habitus erigitur: & spectat in cœlum. Ita animus cui inquantuz vult licet porrigi. In hoc natura rerum formatus est vt paria dijs velit: & sic vtatur suis viribus ac se in spacium suum extendat. Nam aliena vi ad summa nituntur. Magnus erat labor ire in cœlum. Redit enim hoc iter ad quod natus est. Vadit audacter & contemptor omniū nec ad pecuniam respicit: aurum argentumque illis in quibus iacuere tenebris dignissima. Non ad hoc existimat: splendor est quo imperitorum verberant oculos. Sed aduertere cœlo: ex quo illa secreuit cupiditas nostra & effodit. Scit inquam alicubi positas esse diuitias & quo congeruntur: animum impleri debere non arcam. Hūc imponere domino omnium rerum licet. Hunc in possessionem rerum naturæ inducere: vt suarum possessionuz orientis occidentisque terminus fiat. Decorumque ritu cuncta possideat cum opibus suis: diuites superne despiciant. Quorum nemo tam lætus est suo: & tristis alieno: cum se in hāc sublimitatem tulit. Corporis quoque vel oneris necessarij non amator: sed procurator est. Nec se illi cui impositus est subijcit. Nemo liber est qui corpori seruit. Nam vt aliquos dominos: quos nimia pro illo sollicitudo inuenit transeas: ipsius morosum imperium delicatumque est. Ab hoc modo æquo animo exit: modo magno prosilit: ne quis deinde relicti eius futurus sit exitus quærit. Sed vt ex barba capillos detonsa negligimus. Ita ille diuinus animus egressurus hominem quo receptaculum suum conferatur. Ignis illum excudat: an feræ distrahant: an terra contegat: non magis ad se iudicat pertinere: & secundas ad editum infantem vtrum profectum aues differat: an consūmatur canibus: data præda marinis. Quid ad illum qui nullas: sed tunc quoq; cum inter homines est: timet vllas post mortez minas eorum: quibus vsq; ad mortem timeri parum est. Non conteret inquit me: nec vncus: nec proiecti ad contum eliam cadaueris: lacerator fœda visuris. Neminez de supremo officio rogo. Nulli reliquias meas commēdo. Ne quis insepultus esset rerum natura prospicit: quem sæuicia dies proiecerit: dies condet. Diserte Mecœnas ait: Nec tu multuz curor: sepelit natura relictos. Ille cinctum putes dixisse. Habuit enim ingenium: & grande: et virile: nisi illud secundis cinxisset. Vale.

Epistola nonagesimaquarta. De brevitate vitæ non curandum. Et quam plissimum vitæ spacium est vsq; ad sapientiam viuere.

Ex epistola qua de morte Metronatis philosophi q̃rebaris: tanq̃ potuisset diutius viuere & debuisset: æquitatẽ tuã desiderauisti: quæ tibi in omni psona: in oi negocio supest in vna re deest: in q̃ oibus multos inueni: æquos aduersus boies: & aduersus deos neminem. Obiurgamus quotidie fatum. Quare ille non rapitur? Quare ille in medio cursu raptus est? Quare senectutem & sibi & alijs grauem extendit. Verum obsecro te æquius iudicas te naturæ: an tibi parere natura? Quid autem interest: q̃ cito eas dũ vtique eundum est. Non diu viuamus curandum est: sed vt satis. Nã vt diu viuas fato opus est: vt satis animo. Longa est vita si plena est. Impletur autem cũ animus sibi bonum suum reddidit: & ad se potestatem sui transtulit. Quid illum octuaginta anni iuuant per inertiam exacti? Non vixit iste: sed in vita moratus est: nec sero mortuus: sed diu. Octuaginta annis vixit. Interest mortem eius ex quo die numeres. Vt ille obijt viridis: sed officia boni ciuis: boni amici: boni filij executus est. In nulla parte cessauit: licet eius ætas imperfecta sit: vita perfecta est. Octuaginta annis vixit: immo octuaginta annis fuit: nisi forte sic vixisse eum dicis quomodo dicuntur arbores viuere. Obsecro te mi Lucilli hoc agamus: vt quemadmodum preciosa rerum sit vita nostra non pateat multum: sed multum pendeat. Hactenus illam metiamur: non tempore. Vis scire quid inter hunc interslit vegetem contemptoremque fortunæ functum omnibus vitæ humanæ stipendijs: atque in summum bonum eius euectum: & illum cum multi anni transmissi sunt. Alter post mortem quoque est. Alter ante mortem perijt. Laudemus itaque: & in numero fœlicium reponamus eum: cui quantulũcunque temporis contigit: bene collocatum est. Vidit enim veram lucem: non fuit vnus e multis: & vixit: & viguit. Aliquando sereno vsus est. Aliquando vt solet validi sideris fulgor per nubila emicuit. Quid quæris q̃diu vixerit? vixit ad posteros vsq; transiliit: & se in memoriam dedit. Nec ideo mihi plures annos accedere recusauerim. Nihil tamen ad beatam vitam defuisse dicam: si spacium eius inciditur. Non enim ad eum diẽ me aptaui: quem vltimum mihi spes auida promiserat: sed nullum non tanq̃ vltimum aspexi. Quid me interrogas quando natus sim? An inter iuniores adhuc censear? Habeo meũ. Quemadmodum in minore corporis habitu potest homo esse perfectus: sic & in minore temporis termino potest esse vita perfecta. Ætas inter externa est: q̃diu sim alienũ est. q̃diu ño vt vir bonus sim meum est. Hoc a me exige: ne velut per tenebras æuum ignobile emetiar vt agam vitam: vt nõ præteruehar. Quæris quid sit amplissimum vitæ spacium? vsque ad sapientiam viuere. Qui ad illam peruenit: attingit non longissimum finem: sed maximum. Ille ño glorietur audacter: & dijs agat gratias. inter quæ eos sibi & rerum naturæ impatet q̃ fuit. merito enim imputabit. Melior illis vitam reddidit q̃ accepit. extra boni viri posuit: qualis quantusque esset ostẽdit. Si quid adiecisset: fuisset simile præterito. Et tamen quousque viuimus: omnium rerum cogitatione functi sumus. Scimus ad quid principalis natura se attollat. Quemadmodum ordinet mundum: per quas vices annum reuocet. Quemadmodum omnia quæ vsque erant eluxerit: & seipsam sui finem fecerit. Scimus sidera impetu suo vadere: præter terram nihil stare. Cætera continua velocitate decurrere. Scimus quemadmodum solem luna prætereat. Quare tardior velociorem post se relinquat. Quomodo lumen accipiat: aut perdat: quæ causa inducat noctem quæ reducat diem. Illic eundem est vbi ista propius aspicias. Ne hac spe inquit sapiens ille fortis exeo quod parere mihi ad deos meos iter iudico. Merui quidem admitti etiam inter illos fui: animumque illo meum misi: & ad me illi suum miserunt: sed tolli me de medio puta: & post mortẽ nihil ex homine restare. Neque magnũ animũ habeo: etiam si nusq̃ trãsitur? accedo. Non tam multis vixit annis q̃ potuit: & paucorum versuum liber est: & quidem laudãdus atque vãlis. Annales Tamasij scis q̃ non dedero: & si fuit: & qui vocentur. Hæc est vita quorundam longa: & quod Tamasij sequitur annales. Nunquid fœliciorem iudicas eum qui summo die numeris: q̃ eum qui medio occiditur. Nunquid aliquem esse tam cupidũ vitæ putas. vt iugulari in spoliario: q̃ in arena malit. Non maiore spacio alter alterum

præcedit. Mors per omnes it. Qui occidit consequitur occisum minimum est de quo solli-
citissime agitur. Quid ad rem pertinet q̄diu vites quod euitare non possis. Vale.

Epistola octuagesimaquinta. Vtrum pars
philosophiæ superfluat disputatio ⁊ solu
tio. Et de annotatione contra malum popu
laris opinionis.

Hanc partem philosophiæ quæ dat propria cuique personæ præcepta: nec in uni-
uersum componit hominem: sed marito suadet quomodo se gerat aduersus uxo-
rem: patri quomodo educet liberos: domino quomodo seruos regat. Quidam so
lam recæperãt: ⁊ cæteras quasi extra uirilitatem nostram uagantes reliquerant tanq̄ quis
non posset de parte suadere: nisi qui summa prius totius uitæ complex⁹ est. Sed Histon
stoicus contrario hanc partem leuem existimat: ⁊ quæ non descendat ad pectus usque ad il
lam habentem præcepta. Plurimum ait proficere ipsa decreta philosophiæ: constitutio-
nemque esse summi boni: quam qui bene intellexit ⁊ didicit: quid in quaque re faciendum
sit sibiipse præcæpit. Quemadmodum qui iaculari discit: destinatum locum captat: ⁊ ma
num formatad dirigenda quæ mittit. Cum hanc vim ex disciplina ⁊ exercitatione pcæpit
quocunque illa vult vtitur. Didicit enim: non hoc aut illud ferire: sed quocunque voluerit
Sic qui se ad totam vitam instruxit: non desiderat particulatim admoneri: doctus in totū.
Non enim quomodo cum uxore: aut cum filio uiueret: sed quomodo bene uiueret. In hoc
est ⁊ quomodo cum uxore ac liberis viuat. Cleantes vtilẽ quidem iudicat ⁊ hanc partem:
sed imbecillem nisi ab vniuerso fluit: vbi decreta ipsa philosophiæ ⁊ capita cognouit. In
duas ergo quæstiones locus iste diuiditur. Vtrum vtilis an inutilis sit: ⁊ an solus virum
bonum possit efficere: id est vtrum superuacuus sit: an omnes faciat superuacuos. Qui hanc
partem videri volunt superuacuam: hoc aiunt. Si quid oculis oppositum moratur aciem:
remouendum est. illo quidem abiecto operam perdidit qui præcæpit. Sic ambulabis illo
manum porriges. Eodem modo vbi aliqua res obcæcat animum: ⁊ ad officiorum despici-
endum ordinem impedit: nihil agit qui præcæpit. Sic viues cum patre: sic cum alijs. Ni-
hil enim proficient præcepta: q̄diu mentis error obfusus est: si ille discutitur: apparebit q̄d
cuique debeatur officio. alioquin doces illud quod sano faciendum sit: non sanum efficis.
Pauperi vt agat diuitem monstras: hoc quomodo manente paupertate fieri potest. Osten
dis esurienti quid tanq̄ satur faciat: firam potius medullis famem distrahe. Idem tibi de
omnibus vicijs dicam: ipsa remouenda sunt: non præcipiendum: quod fieri illis manen-
tibus non potest: nisi opiniones falsas: quibus laboramus expuleris. Nec auarus quomo
do vtendus pecunia sit exaudiet: nec timidus quomodo pericula contemnat. Efficias opo-
tet vt sciat pecuniam nec bonum nec malum esse. Ostendas illi miserrimos diuites. Effici-
as vt quicquid publice expauimus: sciat non esse tam eundum: q̄ fama circumfert: nec do-
lorem quoque nec mortem. Sæpe in morte quam pati lex est magnum esse solacium: quod ad
neminem reddit in dolore pro remedio futuram obstinationem animi qui leuius facit sibi:
quicquid contumaciter passus est. Optimam doloris esse naturam q̄ non potest: nec qui ex
tenditur magnus esse: nec qui est magnus extendi. Omnia fortiter excipienda: quæ nobis
mundi necessitas imperat. His decretis cum illum in conspectum suæ conditionis abduxe
ris: ⁊ cognouerit beatam vitam esse: non quæ fm voluptatem est: sed fm naturam. Cum
virtutem vnicum bonum hominis adamauerit: turpitudinem solum malum fugerit. Re-
liqua omnia diuitias: honores: bonam valitudinem: vires: imperia: scierit esse mediaz par
tem: nec bonis annumerandam nec malis. Monitorem non desiderabit ad singula qui di
cat: sic incede: sic cœna: hoc viro: hoc fœminæ: hoc marito: hoc cælibi conuenit. Ista enim qui
diligentissime mouent: ipsi facere non possunt. Hæc pædagogus puero: hæc auia nepoti

præcæpit: ⁊ irascendum non esse: magister iracundissimus disputat. Si ludum litterarum intraueris scies ista: quæ ingenti supercilio philosophi iactant: in puerili esse præscripto. Verum manifesta demum an dubia percipies: non desiderant manifesta monitores: præcipienti dubia non creduntur. Superuacuum est præcipere ergo. Id adeo sic discet: si iam mones quod obscurum est ⁊ ambiguum: probationibus adiuuandum erit. Si probaturus es illa per quæ probas: plus valent: satis quæ per se sint. Sic amico vtere: sic ciue: sic socio: Quare? quia iustum est. Omnia ista mihi locus de iustitia tradit. Illic inuenio æquitatem per se expetendam: nec metu nos ad illam cogi: nec mercede conduci. Non esse iustum cui quicq̃ in hac virtute placet præter ipsam. hoc tamen persuasi mihi ⁊ probibui. Quid ista præcepta proficiunt quæ eruditum docent. Præcepta dare scienti superuacuum est: nescienti parum. Audire enim debet non tantum quid sibi præcipiatur: sed etiam quentur. Verum inquam veras opiniones habenti: de bonis malisque sunt necessaria: an non habenti. Qui non habet nihil a te adiuuabitur: aures eius contraria admonitionibus tuis fama possedit. Qui habet exactum iudicium de fugiendis petendisque scit sibi faciendu: scit etiam te tacente. Tota ergo pars ista philosophiæ submoueri potest. Duo sunt propter quæ delinquimus. Aut inest animo prauis opinionibus malicia contracta: aut etiam si non est falsis occupatus ad falsa prodiuus est: ⁊ cito specie quo non oportet trahente corrumpitur. Itaque debemus aut procurare mentem integram ⁊ vicijs liberare: aut vagantem quidem: sed ad peiora pronam præoccupare. Vtrunque decreta philosophiæ faciunt. Ergo tale præcipiendi genus nihil agit. Præterea si præcepta singulis damus: iccm præbensibile opus est. Alia enim dare debemus fœneranti: alia colenti agrum: alia negotianti: alia regum amicitias sequenti: alia pares: alia inferiores amaturo. In matrimonio præcipias quomodo viuat cum vxore aliquis: quam virginem duxit: quomodo cum ea quæ alicui ante matrimonium experta est: quemadmodum cum locuplete: quemadmodum cum indotata. An non putas aliquid esse discriminis inter sterilem ⁊ fœcundam: inter prouectiorem ⁊ puellam: inter matrem ⁊ nouercam. Omnes species complecti non possumus. Atqui singulæ propria exigunt. Leges autem philosophiæ breues sunt: ⁊ omnia alligant. Adhuc nunc q̃ sapientis præcepta finita esse debent ⁊ certa: si qua finire non possunt extra sapientiam sunt. Sapientia rerum terminos nouit. Ergo ista pars præceptiua submouenda est: quia quod paucis promittit præstare omnibus non potest. Sapientia autem omnes tenet. Inter insaniam publicam ⁊ hanc quæ a medicis traditur nihil interest: nisi q̃ hæc morbo laborat: illa opinionibus falsis. Altera causas furoris traxit ex valitudine. Altera animi mala valitudo est. Si quis furiosa præcepta det quomodo loqui debeat: quomodo præcedere: quomodo in publico se gerere: quomodo in priuato erit ipse quem monebit insanior. Si bilis nigra curanda est: ⁊ ipsa furoris causa remouenda. Idem in hoc alio animi furore faciendum est: ipse discuti debet: alioquin abibunt in vanum momentum verba. Hæc ab Aristone dicuntur. Cui respondebimus ad singula. Primum aduersus illud quod ait: siquid obstat oculo ⁊ impedit visum debere remoueri. Faceor huic non esse opus præceptis ad videndum: sed remedio quo purgetur acies: ⁊ efficientem sibi moram effugiat. Naturam enim videmus cui visum sui reddit: qui remouet obstantia m. Quid autem cuique debeatur officio: natura nos docet. Deinde cuius curata suffusio est: is non protinus cum visum recæpit. alijs quoque potest reddere: malicia liberatur. libertatis nõ est opus exhortatione nec consilio quidem: vt colorum proprietates oculus intelligat: a nigro album: etiam nullo monente distinguet. Multis ecõtra præceptis æget animus vt videat quid agendũ sit in vita: quanq̃ oculos quoque ægros medicus nõ tantum curat: sed etiam monet. Non est inquit quod protinus imbecillem aciem committas improbo lumini: a tenebris primo ad umbrosa procede: deinde plus aude ⁊ paulatim ad daram lucem pati assuesce. Non est quod post cibum studeas: non est quod plenis oculis: ac tumentibus imperes. Afflatum ⁊ vim frigoris in os occurrentis euita: alia ciusmodi quæ non minus q̃ medicamento proficiunt. Adiecit remedijs medicina consilium. Error inquit est causa peccandi. Hunc nobis præcepta non detrahunt: nõ expugnant opiniones de bonis

ac malis falsas. Concede per se efficacia præcepta non esse aduertendam prauam animi persuasionem. Sed non ideo aliis quidem obiecta perficiunt. Primum memoriam renouant Deinde quæ in vniuerso confusius videbantur: in partes diuisa diligentius considerãtur Aut in isto modo licet: & consolationes dicas superuacuas & exhortationes. Atqui nõ sunt superuacue. Ergo ne monitiones quidem. Stultum est inquit præcipere ergo quid faceret. tanq̃ sanus debeat: cum restituenda sanitas sit sine qua irrita sunt præcepta. Quid ni habent ægri sanique quædam communia: de quibus admonendi sunt: tanq̃ ne aut de cibis appetant: vt lassitudinem vetent. Habent quædam præcepta communia pauper & diues. Sana inquit auariciam: & nihil habebis quod admoneas: aut pauperem aut diuitem. Si cupiditas vtriusque consideretur: quid ni aliud est non concupiscere pecuniam: aliud vti pecunia scire? Cuius auari modũ ignorant: etiam non auari vsum. Tolle inquit errores: supuacua præcepta sũt. Falsum est. Puta enim auariciam relaxatam. Puta astrictam esse luxuriã: remeritati frænos iniectos ignauiæ subditum calcar etiam remotis vicijs: q̃d & quẽ admodũ debeamus facere discendũ est. nihil inquit efficient monitiones admotæ: grauib⁹ vicijs: ne medicina quidem morbos insanabiles vincit: tamen adhibetur alijs in remediũ: alijs in leuamentum. Nec ipsa quidem vniuersæ philosophiæ vis: licet tota in hoc vires suas aduocet: duram iam & veterem animis extrahet pestem. Sed non ideo nihil sanat: q̃a non omnia. Quid pdest inquit aperta monstrare? Plurimũ. Interdum enim scimus: nec attendimus. Non docet admonitio: sed aduertit: sed excitat: sed memoriam continet: nec patiatur relabi. Plæraq̃ ante oculos posita transimus. Admonere genus adhortandi est. Sæpe animus etiã aperta dissimulat. Ingerenda est itaq̃ illi noticia rerũ notissimarũ. Illa hoc loco in vaticiniũ calui repetenda sententia est. Factam esse ambitũ scitis: & hoc vos scire omnes sciunt. Scis amicitias sancte colendas esse: sed non facis. Scis improbũ esse: q̃ ab vxore pudicitiã exigit: ipse alienarum corruptor vxor. Scis vt illi nil cum adultero sic nihil tibi esse debere cũ pelice & non facis. Itaq̃ subinde reducendus es ad memoriam. nõ enĩ reposita illa esse oportet: sed in promptu. Quæcũq̃ salutaria sunt: sæpe agitari debent: sæpe versari: vt non tantũ nota sint nobis: sed etiã parata. Adijce nũc q̃ aperta quoq̃ apertiora fieri debent. Si dubia sunt inquit quæ præcipis pbationes adijcere debebis. Ergo ille nõ præcepta proficient. Quicquid etiam sine pbationibus ipsa monentis auctoritas prodest Sic quomodo iurisconsulti valent responsa etiã si ratio non redditur. Præterea ipsa quæ præcipiunt: p se multũ habent ponderis: vtiq̃ si aut carmini intexta sunt: aut psaica oratione in sententiã coartata. Sicut illa Catoniana: Emas nõ q̃d opus est: sed q̃d necesse est. q̃d vo opus esse chay est. Qualia sunt illa: aut reddita oraculo: aut similia. Tẽpori parce: te nosce Nũquid orationẽ exiges: cũ tibi aliquis hos dixerit versus. Iniuriay remediũ est obliuio Audentes fortuna iuuat. Piger sibiipse obstat. Aduocatũ ista nõ quærunt: affectos ipsos tangũt: & natura vim suã exercente pficiũt. Omniũ honestay rerum semina animi gerunt. Quæ admonitiõe excitant: non aliter q̃ scintilla flatu leui adiuta: ignẽ suũ explicat. Erigit virtus cũ tacta est & impulsa. Præterea quædã sũt quidẽ in animo: sed pay pmpta: quæ incipiũt inexpedita esse cũ dicta sunt. Quædã diuersis locis iacent sparsa: quæ contrahere inexercitata mens non potest. Itaq̃ in vnũ conferenda sunt: & iungẽda vt plus valeãt animũ quoq̃ magis alleuent: aut si præcepta nihil adiuuerint: ois institutio tollẽda est. Ipsa natura contenti esse debemus. Hoc qui dicũt: non vident aliud ingeniũ esse hominis mobilis & erecti: aliud tardi & hebetis. Vtiq̃ ali⁹ alio ingeniosior est. Ingenij vis præceptis alit & crescit: nouasq̃ psuasiones adijcit innatis: & deprauata corrigit. Si quis inquit nõ habet recta decreta: quid illũ admonitiones iuuabunt vicijs obligatũ hoc scilicet vt liberet? Non enim extincta in illo idoles naturalis est: sed obscurata & oppressa. Sic quoq̃ tentat resurgere: & contra prava nititur. Nacta vo præsidium: & adiuta præceptis conualescat. Si tamen illa diutina pestis: nõ infecit: nec enicuit. Hanc enim ne disciplina quidem philosophiæ toto impetu suo connixa restituet. Quid enĩ interest inter decreta philosophiæ & præcepta nisi q̃ illa generalia præcepta sũt. Hæc specialia? Vtraq̃ res præcipit: sed altera in totũ: partes ciuitatum altera. Si quis inqt recta habet & honesta decreta: hic ex supuacuo monet. Minime. Nã hic quoq̃ docuis quidẽ est facere quæ debet: sed ad hoc satis non pspicit. Nõ enim tantum affectibus impedimur: quo minus probanda faciamus: sed imperitia inueniendi

quid quæque res exigat. Habemus interdum compoſita animum: ſed deſidem & inexercitatum: ad inueniendum officiorum viam quam admonitio demonſtrat. Expelle inquit falſas opiniones de bonis & malis. in locum autem earum veras repone. & nihil habebit admonitio quod agat. Ordinatur iſta ſine dubio ratione animus: ſed non iſta tantum. Nam quis argumentis collectum ſit quæ bona quæ mala ſint: nihilominꝰ habent præcepta partes ſuas: & prudentia & iuſticia officijs conſtant: officia præceptis diſponuntur. Præterea ipſum de bonis maliſque iudicium confirmatur: officiorum executione: ad quam præcepta perducunt. Utraque enim inter ſe conſentiunt: nec illa poſſunt præcedere vt nō hæc ſequāt & hæc ordines ſequuntur ſuum. Unde apparet illa præcedere. Infinita inquit præcepta ſūt falſum eſt. Nam de maximis ac neceſſarijs rebus non ſunt infinita. tenues autez differentias habent: quas exigunt tempora: loca: perſonæ. Sed his quoque dātur præcepta generalia. Nemo inquit præceptis curat inſaniam. ergo nec malitiam quidem diſſimile eſt. Nam ſi inſaniam ſuſtuleris: ſanitas reddita eſt. Si falſas opiniōes excluſimus: nō ſtatim ſequit deſpectus rerum agendarum: vt ſequatur tamen admonitio: corroborauit rectam de bonis maliſque ſententiam. Illud quoque falſuz eſt: nihil apud inſanos proficere præcepta. Nā quemadmodum ſola non proſunt: ſic curataque adiuuant: & denunciatio: & caſtigatio inſanus coercuit. De illis inſanis nunc loquor: quibus mens mota eſt: non erepta. Leges inquit vt faciamus quod oportet: non efficiunt: & quid aliud ſunt q̄ minus mixta præcepta. Primum omnium ob hoc ille non perſuadent: quia minantur. Ad hoc non cogunt: ſed exorāt. Deinde leges a ſcelere deterrent. Præcepta in officium adhortantur. His adiice q leges quoque proficiunt ad bonos mores. Utique ſi non tantum imperant: ſed docent. In hac re diſſentio a Poſſidonio pro eo quod Platonis legibus adiecta principia ſūt. Legē eius breuez eſſe oportet: quo facilius ab imperitis teneatur velut emiſſa diuinitus vox ſit: iubeat non diſputet. Nihil videtur mihi frigidius: nihil ineptius: q̄ lex cum prologomene. Dic quid me velis feciſſe? Non diſco: ſed pareo. Proficiunt itaque malis moribus vti videbis ciuitates vſas malis legibus. At non apud omnes proficiunt: ne philoſophia quidez nec ideo inutilis: & formandis animis inefficax eſt. Quid autem philoſophia niſi vitæ lex eſt? Sed putemus non proficere leges. Non ideo ſequitur: vt ne monitiones quidem proficiant. Aut ſic: & conſolationes nega proficere: diſſuaſionesque: & adhortationes: obiurgationes: & laudationes: omnia iſta monitionum genera ſunt. per iſta ad perfectum animi ſtatum peruenitur. Nulla res magis animos honeſta induit: dubioſque & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum: q̄ bonorum virorum conuerſatio. Paulatim enim deſcendit in pectora: & vim præceptorum obtinet: frequenter audiri: aſpici frequenter. Decurſus meherculē ipſe ſapientium iuuat: & eſt aliquid quod ex magno viro vel iacente proficias. Nec tibi facile dixerim quemadmodum proſit: ſicut id intelligam profuiſſe. Minuta quædam vt ait Phedron animalia cum mordent non ſentiuntur: adeo tenuis illis & fallens in periculis vis eſt. tumor indicat morſum: & in ipſo tumore nullum vulnus apparet. Idem tibi in conuerſatione virorum ſapientium eueniet: non deprehendes quemadmoduz & quā do tibi proſit: profuiſſe deprehendis. Quorſum inquit hoc pertinet? Neque præcepta bona: ſi ſæpe tecum ſint profutura quaſi bona exempla. Pythagoras ait alium animum ſicri intrantibus templum: deorumque ſimulachra ex vicino cernentibus: & alicuius oraculi operientibus vocem. Quis autem negauit feriri quibuſdam præceptis efficaciter: etiam imperitiſſimos velut his breuiſſimis vocibus: ſed multum habemus pondens? Nihil minus auarus animus nullo ſatiatur lucro. Ab alio expectes alteri quod feceris. Hæc cum ictu quodam audimus: nec vlli licet dubitare: aut interrogare: quare adeo etiam ſine ratione ipſa veritas ducit. Si reuerentia frenat animos aut vicia compeſcit: cur non admonitio idem poſſit? Si imponit pudorem caſtigatio: cur admonitio non faciat? etiam ſi nudis præceptis vtimur. Illa vo efficatior eſt & altius penetrat quæ adiuuat rationem: quæ præcipit: quæ adiūdicat: quare quidque faciendum ſit & quis facientem obedientemque præceptis fructus expectet: ſi imperio & admonitione proficiatur: æque proficitur imperio. ergo & admonitione. In duas partes virtus diuiditur: in contemplationem veri & actionem. Contemplationem inſtitutio tradit. Actionem admonitio virtutem & exercet: & oſtendit recta actio. Acturo autem ſi prodeſt qui ſuadet: & qui monet proderit. Ergo ſi recta actio

virtuti neceſſaria eſt. rectas autem actiones admonitio demonſtrat: & admonitio neceſſaria eſt. Duæ res plurimum roboris animo dant. Fides veri & fiducia: vtraq; admonitio facit Nam & creditur illi: & cum creditum eſt magnos animos ſpiritus concipit: ac fiducia implet tur. Ergo admonitio non eſt ſuperuacua. Marcus Agrippa vir ingentis animi: qui ſolus ex his quos ciuilia bella claros potenteſq; fecerunt: fœlix in publicũ fuit: dicere ſolebat: multum ſe huic debere ſententiæ. Nam concordia paruæ res creſcunt: diſcordia maximæ dilabuntur. Hac ſe aiebat & fratrem: & amicum optimum factum. Si eiuſmodi ſentẽtiæ familiariter in animum receptæ formant eum. Cur ño non hæc pars philoſophiæ quæ talib⁹ ſententijs conſtat idem poſſit? Pars virtutis diſciplina conſtat: pars exercitatione. Et diſcas oportet: & quod didiciſti agendo cõfirmes. Quod ſi ita eſt non tantum ſcita ſapientiæ proſunt: ſed etiam præcepta: quæ affectus noſtros velut edicto coercent & obligant. Philoſophia inquit diuiditur in hæc: ſcientiam: & habitum animi. Nam qui didicit: & faciendа ac vitanda præcipit: nondum ſapiens eſt: niſi in ea quæ didicit animus eius tranſfiguratꝰ eſt. Tertia pars iſta percipiẽdi ex vtraq; eſt: & ex decretis: & ex habitu. Itaq; ſuperuacua eſt ad implendam virtutem: cui duo iſta ſufficiant. Iſto ergo modo & cõſolatio ſuperuacua eſt Nam hæc quoq; ex vtroq; eſt: & exhortatio & ſuaſio & ipſa argumentatio. Nã & hæc ab habitu animi compoſiti validiq; proficiſcitur. Sed cuius iſta ex habitu animi veniant: optimꝰ animi habitus ex his eſt & ex illis. Inde iſtud opus quod dicis: iam perfecti viri eſt: ac ad ſummam conſtituti fœlicitatis humanæ. Ad hoc autem tarde peruenitur. Interim etiã imperfecto ſed proficienti demonſtranda eſt in rebus agendis via. Hanc fortitan etiam ſine admonitione dabit ſibi ipſa ſapientia: quæ iam eo perduxit animum: vt moueri nequeat niſi in rectum. Imbecillioribus quidem ingenijs neceſſarium eſt aliquem præire. Hoc vitabis hoc facies. Præterea ſi expectat tempus quo per ſe ſciat: quid optimum factum eſt: interim errabit: & errando impedietur: quominus ad illud perueniat quo poſſit ſe eſſe cõtentus. Regi ergo debet: dum incipit poſſe regere. Pueri ad præſcriptum diſcunt: digiti illoruꝫ tenent & aliena manu per litterarum ſimulachra ducuntur. Deinde imitari iubentur præpoſita: et ad illa reformare chirographum. Sic animus noſter dum eruditur: ad præſcriptũ iuuat. Hæc ſunt per quæ probatur hanc philoſophiæ partem ſuperuacuã non eſſe. Quæritur deinde: an ad faciendũ ſapientem ſola ſufficiat? Huic quæſtioni ſuũ diem dabimꝰ. Interim obmiſſis argumentis: nonne apparet nobis eſſe opus aliquo aduocato qui contra populi præcepta præcipiat. Nulla ad aures noſtras vox impune profert. Nocent qui optãt. Nocẽt q̃ execrantur. Nã & hoc imprecatio falſos nobis mœtus inſerit: & illoc amor male docet bene optando. Mittit enim nos ad longinqua bona & incerta & errantia: cum poſſimus fœlicitatem domo promere. Non licet inquã ire recta via. Trahunt in prauuꝫ parẽtes: trahũt ſerui: nemo erat ſibi vni: ſed dementiam ſpargit in primos: accipitq; inuicẽ. Et ideo in ſingulis vicia populoꝫ ſunt: quia illa populis dedit dum facit quiſq; priorem: factus eſt. Didicit deteriora: deinde docuit: effectaq; eſt ingens illa nequicia: congeſta in vnum q̃d cuiq; peſſimum fatur. Sit ergo aliquis cuſtos: & aures ſubinde pervellat: abigatq; rumores: & reclamet populis laudantibus. Erras enim ſi nobiſcum vicia naſci ſuperuenerũt: ingeſta ſũt. Itaq; monitionibus crebris opiniones quæ nos circumſonant compeſcamus. Nulli nos vicio natura conciliat. Illa liberos ac integros genuit. Nihil quidem quod auariciam noſtram irritaret: poſuit in aperto. Pedibus aurum & argentum ſubiecit: calcandumque ac præmendum dedit: & quicquid eſt propter quod calcamur ac præmimur. Illa vultus noſtros erexit in cœlum: & quicquid magnificum mirumq; fecerat: videri a ſuſpicientibus voluit. Ortus occaſuſq; & properantis mundi volubilem curſum interdum terrena aperientem: nata cœleſtia: tardos ſiderum inceſſus: ſi compares toti citatiſſimos: ſi cogites quanta ſpacia: nunq; intermiſſa velocitate circueant: defectus ſolis & lunæ inuicem obſtantium. Alia deinceps digna miratu: ſiue per ordinem ſubigunt: ſiue ſubditis cauſis mota proſiliunt: vt nocturni ignium tractus: & ſine vllo ictu ſonituque fulgores cœli patefcentes: columnæque ac trabes: & varia ſimulachra flammarum. Hæc ſupra nos natura diſpoſuit. Aurum quidem & argentum: & propter iſta nunq; pacem ages ferrum: quaſi male nobis committerentur abſcondit. Nos in lucem propter quæ pugnaremus extulimus. Nos et cauſas periculorum noſtrorum: & inſtrumenta: diſiecto terrarum pondere eruimus.

Nos fortunæ mala nostra tradimus: nec erubescim⁹ summa apud nos haberi quæ fuerant ima terrarum. Vis scire q̄ falsus oculos tuos decipit fulgor? Nihil est illis q̄diu mersa et inuoluta ceno suo: faceret fœdius: nihil obscurius. Quid ni? Quæ per longissimorum curriculorum tenebras extrahuntur: nihil est illis dum fiunt & a fece sua separantur: informi⁹. Deniq; ipsos opifices intuere: per quorum manus sterile terræ genus: & informe purgatur. Videbis quanta fuligine obduantur. Itaq; ista magis inquinant animos: q̄ corpora & in possessione eorum q̄ in artifice plus est sordidum. Necessarium itaq; est admoneri: & habere aliquem aduocatum bonæ mentis: e tanto fremitu: tumultuq; falsorum vnam deniq; audire vocem. Quæ erit illa vox? Ea scilicet quæ tibi tantis clamoribus ambitionis exturbato salubria insusurret verba: quæ dicat non est quod inuideas istis: quos magnos fœlicesq; populus vocat. Non est quod tibi compositæ mentis habitum: & sanitatem plausus excutiat. Non est quod tibi tranquillitatis tuæ fastidium faciat: ille sub illis fascibus: purpura cultus. Non est quod fœliciorem eum iudices cui submouetur: q̄ te litorum semina deijcit. Si vis exercere tibi vtile: nulli autem graue: imperium: submoue vicia. Multi inueniuntur: qui ignem inferant vrbib⁹: qui inexpugnabilia sæculis: & per aliquot ætates tuta prosternant: qui æquum arcibus aggerem attollant: & muros in miram altitudinem deductos arietibus ac machinis quassent. Multi sunt: qui ante se agant agmina: & tergis hostiū graues resistant: & ad mare magnum perfusi cæde gentium veniant. Sed hi quoq; vt vincerent hostem cupiditate victi sunt. Nemo illis venientibus resistit: sed nec ipsi ambitioni: crudelitati q̄ restiterant. Tunc cum angere visi sunt: alios angebantur. Angebat infœlicem Alexandrum furor: aliena deuastandi: & ad ignota mittebat. An tu putas sanū qui Græciæ primum cladibus: in qua eruditus est incœpit: qui quod cuiq; optimum est eripuit? Lacedæmoniam seruire iubet Athenas tacere. Non contentus tot ciuitatuq; strage: quas aut vicerat Philippus: aut emerat: & alias alio loco proiecit: & toto orbe arma circumtert: nec substitit vnq̄ lassa crudelitas immanium ferarum: quæ non plus q̄ exigit fames mordet. Jam in vnum regnum multa regna congessit. Jam Græci eundem persequi timet. Jaz etiam a Dario liberæ nationes iugum accipiunt. Idem tamen vltra Oceanum solemq; indignatur ab Hercule: Liberiq; vestigijs victoriam flectere. Ipsi naturæ vim parat. Non ille ire vult: sed non potest stare. Non aliter q̄ in præceps deiecta pondera: quibus eundi finis est iacuisse. Nec Cneo quidem Pompeio externa bella: aut domestica virtus: aut ratio suadebat: sed insanus amor magnitudinis falsæ: modo in Hispaniam & Sertoriana arma: modo ad colligendos piratas: ac maria pacanda vadebat. Hæc prætexebātur causæ: ad continuandam potentiam. Quid illum in Aphricam? Quid in septentrionem? Quid in Mithridatem & Armeniam & omnes Asiæ angulos traxit? Infinita scilicet cupido crescendi: cum sibi vni parum magnus videretur. Quid. C. Cæsarem in sua fata pariter ac publica immisit? gloria & ambitio: & nullus supra cæteros eminendi modus. Vnum ante se ferri non potuit: cum. K. P. supra se duos ferret. Quid ni. C. Marium semel consulem Vnum enim consulatum accepit. Cæteros rapuit. Cum Theutonicos Cimbrosq; cōcideret. Cum Jugurtham per Aphricæ deserta sequeretur: tot pericula putas appetisse: virtutis instinctu? Marius exercitum Marium ducebat ambitio. Isti cum omnia conuterent: cōcutiebantur turbinum more qui rapta conuoluunt: sed ipsi ante voluuntur: & ob hæc maiore impetu incurrunt: quia nullū illis suum regimen est. Ideoq; cū multis fuerūt mali: pestiferā illam vim: qua plærisq; nocuerūt: ipsi quoq; sentiunt. Non est quod credas quenq̄ fieri aliena infœlicitate fœlicē. Omnia ista exempla quæ oculis atq; auribus nostris ingerunt: retexenda sunt: & plenū malis sermonibus pectus exhauriendum. Inducēda est in occupatum locū virtus quæ mendacia contra verum placētia extirpet: quæ nos a populo cui nimis credimus separet: ac syncera opinionibus reddat. Hæc est enim sapientia in naturā conuerti: & eo restitui vnde publicus error expulerit. Magna pars sanitatis est hortatores insaniæ reliquisse: & ex isto coitu inuicem noxia procul abegisse. Hoc vt esse verū scias: aspice quanto aliter vnusquisq; populo viuet: aliter sibi. Nō est per se magistra sollicitudo innocentiæ: nec frugalitatem docent rura. Sed vbi testis aspector: abscessit: vicia subsidut quoq; monstrari & conspici fructus est. Quis eā quam nulli ostenderet induit purpuram? Quis posuit secretam in auro dapem? Quis sub alicuius vmbra rusticæ arboris positus:

luxuriæ ſuæ pompam ſolus explicuit. Nemo oculis ſuis lauter eſt: nec paucorum quidem & familiarium. Sed apparatum vitiorum ſuorum pro modo turbæ ſpectantis expandit. Itaq; irritamentum eſt omnium in quæ inſanimus: admirator & conſcius. Ne concupiſcamus efficies: ſi non oſtendamus effeceris. Ambitio & luxuria & impotentia cœnam deſiderant. Sanabis iſta ſi abſconderis. Itaq; ſi in medio vrbium fremitu collocati ſum⁹: ſtet ad latus monitor & contra laudatores ingentium patrimoniorum laudet paruo diuitē: & vſu opes metientem. Contra illos qui gratiam ac potentiam attollunt: ocium ipſe ſuſpiciat tranquillum litteris: & animum ab externis ad ſua reuerſum. Oſtendat ex conſtitutione vulgi beatos in iſto inuidioſo faſtigio ſuo tremētes: & attonitos longeq; aliam de ſe opinionem habentes: q̄ ab alijs habetur. Nam quæ alijs videntur excelſa: ipſis præcipita ſunt. Itaq; examinantur: & trepidant quotiens reſpexerunt: in iſtud magnitudinis ſuæ præceps. Cogitant enim varios caſus: & in ſublimi maxime lubricos. tunc appetita formidāt: & quæ illos graues alijs reddit: grauior illis fœlicitas incubat. Tunc laudant hoſtium lene. & ſui iuris odio eſt fulgor: & fuga iam rebus adhuc ſtantibus quæritur. Tunc demum videas philoſophantis mœtus: & ægræ fortunæ ſana conſilia. Nam quaſi iſta inter ſe contraria ſunt bona fortuna: & mens bona. Ita melius in malis ſapimus. Secunda rectum auferūt. Vale.

Explicit liber decimusquartus.

Incipit liber decimusquintus. Epiſtola nonageſimaſexta. Non eſſe petendum quod impetrare volueris. De differentia inter decreta & præcepta. Et q̄ ad cōſummandā ſapientiā neutra valet ſine altero: & ꝑm Poſſidonium alia quædā addit neceſſaria.

Etis a me vt id quod in diē ſuū dixerā debere differri repræſentem: & reſcribā tibi: an hæc pars philoſophiæ: quā græci parentiā vocant: nos præceptiuā dicim⁹: ſatis ſit ad conſūmandā ſapientiā. Scio te in bonā partē acceptur⁹: ſi negauero eo magis ꝓmitto: & verbū publicū perire nō patior. Poſtea noli negare: q̄ ꝑ impetrare nolueris. Interdū enī obnixe petim⁹: id q̄ recuſarem⁹ ſi quis offerret. Hæc ſiue leuitas eſt ſiue virilitas puniēda eſt. Promittēdi facilitate multa videri volum⁹ velle: ꝙ volumus. Recitator hiſtoriā ingentē attulit: minutiſſime ſcriptā: artiſſime plictam: & magna parte perlecta. Deſinam inquit ſi multis acclamat recitare. Recita ab his qui illū obmuteſcere illic cupiūt. Sæpe aliud volumus: aliud optamus: & verū ne dijs quidē dicimus: ſed dij: aut nō exaudiunt: aut miſerent. Ego me obmiſſa miſericordia vindicabo: & tibi ingentem epiſtolaꝝ impingam: quam tu ſi inuitus leges: dicito. Ego mihi hoc cōtraxi. Tecq; inter illos numera: quos vxor magno ductu ambitu torquet. Inter illos quos diuitiæ ꝓ ſummū acquiſitæ ſudorē: male habēt. Inter illos quos honores: nulla nō arte atq; opera petiti diſcruciant: & cæteros malor⁹ ſuor⁹ compotes. Sed vt obmiſſo principio: rē ipſam aggrediar. Beata inquiūt vita conſtat ex actionib⁹ rectis. ad actiones rectas præcepta ꝓducūt. Ergo ad beatā vitā præcepta ſufficiūt. Sed cum obſequens ingeniū eſt: aliqua fruſtra admonent. Si animū opiniones obſidēt paruæ. Deinde etiā ſi recte faciūt: neſciunt facere ſe recte. Nō poteſt enī quiſq; niſi ab initio formatus: & tota ratione cōpoſitus: omnes exequi numeros: vt ſciat quādo oporteat: & inquantū: & cuꝝ quo: & quemadmodū. Quare nō poteſt toto aīo ad honeſta conari. Ne conſtanter quidem aut libenter: ſed reſpiciat ſi hæſitabit. Si honeſta inquit actio ex præceptis venit: ad beataꝝ vitam præcepta abunde ſunt. Ītq; illud ergo hic his reſpondemus. Actiones honeſtas ex decretis fieri: nō tantū præceptis. Si aliæ inquit artes cōtentæ ſunt præceptis: cōtenta erit & ſapientia. Nā & hæc pars vitæ eſt. Ītqui gubernatorem facit ille qui præcipit: ſic move gubernaculū: ſic vela ſubmitte: ſic ſecundo vento vtere: ſic aduerſo reſiſte: ſic dubiuꝝ omne tibi vendica. Illos quoq; artifices præcepta confirmant. Ergo ne hoc idē poterūt artifices viuendi. Omnes iſtæ artes circa inſtrumēta vitæ occupatæ ſunt: nō circa totā vitā. Itaq; multa iſtis inhibent extrinſecus: & impediunt. Spes: cupiditas: timor. Ut hæc quæ artem vitæ profeſſa eſt: nulla re quominus ſe exerceat vetari poteſt. Diſcutit enī impedimēta & tractat obſtantia. Vis ſcire q̄ diſſimilis ſit aliarum artiū conditio: & huius? In illis excuſatio eſt voluntate peccare: q̄ caſu. In hac maxime culpa eſt ſponte derelinq̄re. Q̄d dico tale eſt.

Grammaticus non erubescit solœcismum si sciens facit: erubescet si nescies. Medicus si de ficere ægrum non intelligit quantum ad artem magis peccat: ꝙ si se intelligere dissimulat. Et in hac arte viuendi: turpior volentium culpa est. Adijce nunc q̄ artes quoq; plæræq; immo ex omnibus liberalissime habent decreta sua: non tantum præcepta: sicut medicina. Itaq; alia est Hippocratis secta: alia Asclepiadis: alia Themistonis. Præterea nulla ars contemplatiua sine decretis suis est: quæ Græci vocant δόγματα nobis vel decreta licet appellare vel scita: vel placita. Quæ in Geometria & in Astronomia inuenies. Philosophia autē & contemplatiua est & activa. Spectat: simulq; agit. Erras enī si illaq; putas tantum terrestres opas promittere: altus spirat. Totum inquit mundū scruto: nec me intra contubernium mortale contineo: suadeo vobis: ac dissuadere contenta. Magna me vocāt supra vos posita. Nā tibi de summa cœli ratione: deumq; diserere incipiam: & rerum primordia pandam. Unde omnis natura creat res: haurit & alit. Quæ quoq; eadē rursus natura perempta resoluat: vt ait Lucretius. Sequitur ergo vt cum cōtemplatiua sit: habeat decreta sua quidem: quod faciendo quoq; nemo rite obibit: nisi is cui ratio erit tradita qua in quaq; re omnes officiorum numeros exequi possit: quos non seruabit qui in rem præcepta accæperit: non in nomine. Imbecilla sunt per se: vt ita dicaq; sine radice quæ partibus dantur. Decreta sunt quæ muniant: quæ securitatem nostram tranquillitatemq; tueātur quæ totam vitam: totamq; rerum naturā simul contineant. Hoc interest inter decreta philosophiæ & præcepta: quod inter elementa & membra. Hæc ex illis dependent: illa & horum causæ sunt rationum. Antiqua inquit sapientia nihil aliud ꝙ facienda & vitanda præcæpit. Et tunc longe meliores erant viri. Postꝙ docti prodierunt boni desunt. Simplex enīq illa & aperta virtus: in obscuram & solertem scientiam versa est. Docemurq; disputare: nō viuere. Fuit sine dubio vt dictus vetus illa sapientia: cum maxime nascens rudis: nō minus ꝙ cæteræ artes: quarum in processu subtilitas creuit. Sed ne opus quidē adhuc erat remedijs diligentibus. Nondum intantum nequicia surrexerat: nec tam late se sparserat. Poterant vicijs simplicibus obstare remedia simplicia. Nunc necesse est tanto operosiora esse monumenta: quanto valentiora sunt quibus patimur. Medicina quondam paucarū fuit scientia herbarum quibus sisteretur fluens sanguis: vulnera coirent paulatim. Deinde in hanc peruenit: tam multiplicem varietatem. Nec est mirum tunc illam minus negocij habuisse: firmis adhuc solidisq; corporibus & facili cibo: nec per artem: voluptatēq; corrupto. Qui postꝙ cœpit: non ad tollendam: sed ad irritandaq; famem quæri & inuētæ sūt mille condituræ: quibus auiditas excitaretur: quæ desiderantibus alimenta erant: onera sunt plenis. Inde pallor: & nervorum vino madentiū tremor: & miserabilior ex cruditatibꝰ ꝙ ex fame macies. Inde incerti labentiq; pedes: & semper qualis in ipsa ebrietate titubatio. Inde in totam cutem humor admissus: distentusq; venter dum male assuescit plus capere ꝙ poterat. Inde suffusio luridæ bilis: & decolor vultus: tabesq; in se putrescētium: & retorti digiti articulis obrigescentibus: nervorum sine sensu iacentium torpor: aut palpitatio corporum sine intermissione vibrantium. Quid capitis vertigines dicam? Quid oculorum auriumq; tormenta? & cerebri æstuantis vermi nationes: & omnia per quæ exoneramur interni vlceribus affecta? Innumerabilia præterea febrium genera: aliarum impetu subeuntiū. aliaq; tenui peste repentina: aliarum cum horrore: & multa membrorum quassatione venientiū. Quid alios referam innumerabiles morbos: supplicia luxuriæ. Immunes erant ab istis malis: qui nondum se delicijs soluerant: qui sibi imperabāt: sibi ministrabāt. Corpora opere ac vero labore durabant: aut cursu defatigati: aut venatu: aut tollere versantia. Excipiebat illos cibus: qui nisi esurientibus placere non poterat. Itaq; nihil opus erat: tam magna medicorum supellectile: nec tot ferramentis atq; pisādibus. Simplex erat ex simplici causa valitudo. Multos morbos: multa fecerunt. Vide quantum rerum per vnam gulā transituram permisceat luxuria: terrarumq; marisq; vastatrix. Necesse est itaq; inter se ea diuersa dissideant: & hausta male digerantur: aliis alio intentibus. Nec mirum q̄ incōstās variusq; ex discordi cibo morbus est: & illa ex contrarijs naturæ partibus in eundē cōpulsa redundat. Inde tam nullo ægrotamus genere ꝙ viuimus. Maximus ille medicorum & huiusmodi scientiæ conditor: fœminis nec capillos defluere dixit: nec pedes laborare. Et qui & capillis destituunt: & pedibus & ægræ sunt. nō mutata fœminarum natura: sed victa est

Nam cum virorum licentiam æquauerint: corporum quoq; virilium vicia æquarunt: nō minus peruigilant: non minus potant ꝙ oleo ꝙ mero viros prouocāt. Neque iuitis ingesta visceribus per os reddunt: ꝙ vinum omne vomitu remittunt: æque niuem rodunt solacii stomachi æstuantis. Libidine vo: nec maribus quidem cedunt pectinate. Dij illas deæq; male perdant: adeo peruersum commente genus impudicitiæ viros ineunt. Quid ergo mirandum est: maximum medicorum: ac naturæ peritissimum in mendacio prehendi. Cū tot fœminæ podagricæ caluæq; sint: Beneficium sexus sui vicijs perdiderunt: ꝙ quia fœminaꝫ exuerant: damnatæ sunt morbis virilibus. Et antiqui medici nesciebant dare cibum sæpi⁹ ꝙ vino fulcire venas cadentes nesciebant sanguinem emittere ꝙ diutinam ægrotationē balneo sudoribusq; laxare. Nesciebant crurium vincula: brachiorumq; latentem vim ꝙ in medio sedentem: ad extrema reuocare. Non erat necesse circumspicere multa auxiliorum genera: cum essent periculorum paucissima. Nunc vo q̄ longe processerunt mala valitudinis? Has vsuras voluptatum pendimus: vltra modum fascq; concupitarum. Innumerabiles esse morbos non miraberis. Coquos numera. Cessat omne studium: ꝙ liberalia professi sine vlla frequenna desertis angulis præsident. In rectorum ac philosophorum schōlis solitudo est: atq; celebres culinæ sunt. Quanta circa nepotum focos iuuentus præmit. Transeo puerorum infœlicium greges: quos post transacta conuiuia: aliæ cubiculi contumeliæ expectāt Transeo agmina exoletorum: per nationes colorescq; descripta: vt eadem omnib⁹ leuitas sit eadem prima mensura lanuginis: eadem species capillorum: ne quis cui rector est coma: crispulis misceatur. Transeo pistorum turbam. Transeo ministratorum: per quos signo dato ad inferendam cœnam discurritur. Dij boni quantum hominū vnus venter exercet. Quid tu illos boletos voluptarium venenum: nihil occulti operis iudicas facere etiam si præsenta nei non fuerunt. Quid tu illam æstiuam niuem: non putas callum itineribus obducere? Quid illam ostream inertissimam carnem ceno saginatam: nihil existimas limosæ grauitatis inferre? Quid illud sociorum garum preciosam malorum piscium saniem non credis vrere salsa tabe præcordia? Quid illa purulenta: ꝙ quæ tantummodo non ab ipso igne in os transferuntur: iudicas sine noxa: in ipsis visceribus extingui q̄ fœdi itaq; pestilentesq; ructus sunt: quantum fastidium sui exalantibus crapula ventrem. Scias putrescere sumpta non coqui. Memini fuisse quondam in sermone nobilem patinam: in quem quicquid apud lautos solet diem ducere: properans in damnum suum popina congesserat: veneriæ spondilicq; ꝙ ostrea eatenus: circumcisa quæ eduntur interuenientibus distinguebant. Echinis totam distractiq; sine vllis ossibus nulli constrauerant. Piget esse. Iaz singula coquūt in vrna saporis. In cœna fit: quod fieri debet saturo in ventre. expecto iam vt māducata ponantur. Quantulo autem hoc minus est: exta ex corpore: atq; ossa ꝙ dentium opera cocum frangi. Graue est luxuriari per singula. Omnia semel ꝙ in eundem saporem versa ponantur Quare ergo ad vnam rem manum porrigam? Plura veniunt simul. Multorum ferculoꝝ ornamenta coeant: ꝙ coerceant. Sciant protinus hi qui iactationem ex istis petit: ꝙ gloriam agebant. Non ostendi ista: sed conscientiæ dari pariter: sicut quæ disponi solent: iure vno perfusa. Nihil intersint ostrea: echinis: ponduli nullis perturbari: concoctiq; ponant. Non esset confusio: vomentium cibus: quomodo ista perplexa sunt. Sic ex istis non singulares morbi nascuntur: sed inexplicabiles diuersi multiformes: aduersus quos ꝙ medicina arma re se cœpit: multis generibus: multis obseruationibus. Idē tibi de philosophia dico. Fuit aliquando simplicior: inter minora peccantes: ꝙ leui quoq; cura remediabiles: aduersus tantam morum euersionem omnia conanda. Et vtinam sic deniq; lues ista vindicetur. Nō priuatim solum sed publice furimus. Homicidia compescimus: ꝙ singulas cædes. Quid bella ꝙ ociosarum gloriosum scelus? Non auaricia: non crudelitas modum nouit: ꝙ ista q̄ diu furtum ꝙ singula fiunt: minus noxia: minusq; mōstruosa sunt. Ex senatusconsultis: plebescq; scitis sæua exercentur: ꝙ publice iubentur vetita. Priuatim quædam commissa capite luerent: tamen quia paulatim fecere laudamus. non pudet hominis mitissimum genus: gaudere sanguine alterno: bella gerere: gerendaq; liberis tradere: cum inter se etiam mutis ac veris pax sit? Aduersus taz potentem explicatumq; late furorem: operiosior philosophia facta est: ꝙ tantum sibi virium sumpsit: quantum bis aduersus quæ parabatur accesserat. Expeditum erat: obiurgare indulgentes mero ꝙ petentes delicatiorem cibū. Nō erat anim⁹

ad frugalitatem: magna vi reducendus: aqua paululum discesserat: nunc manibus rapi-
dis opus est: nunc arte magistra voluptas ex omni quæritur. Nullum intra se manet vi-
cium. In auariciam præceps luxuria est: honestatis obliuio inuasit. Nihil tēpore est cuius
placet precium. Homo sacra res est: homo ipsam per lusum & iocum occiditur. Et quem eru
diri ad inferenda accipiendaque vulnera nefas erat: is iam nudis inermisque producitur:
satisque spectaculi in homine mors est. In hac ergo morum peruersitate: desideratur solito
vehementius aliquid: quod mala inueterata discutiat: decretis agendum est: vt reuelatur
penitus falsorum recepta persuasio. His si adiunxerimus præcepta: consolationes: adhor-
tationes poterunt valere: per se inefficaces sunt. Si volumus habere obligatos: & malis q̄-
bus iam tenentur auellere. Discant quid malum: quid bonū sit. Sciant omnia præter vir
tutem mutare nomen. Modo mala fieri: modo bona. Quemadmodum primus miliciæ
vinculum est religio: & singulorum amor: & deserendi nefas. Tunc deinde facile certe extin-
guuntur: mandaturque iusiurandum adactis. Ita in his quos velis an beatam vitaꝫ du-
cere prima fundamenta iacienda sunt & insinuanda: virtus huius quadam superstitione te
neantur. Hanc amant. Cum hac viuere velint: sine hac nolint. Quid ergo? Nam quidam
sine institutione subtili euaserunt probi: magnosque profectus assecuti sunt. Dum nudis
tantum præceptis obsequuntur. Fateor: sed fœlix ingenium illis fuit: & salutaria in trāsitu
rapuit. Nam vt dij immortales nullam didicere virtutem. Cum omni editi: & pars natu-
ræ eorum est esse bonos. Ita quidem ex hominibus egregiam sortiti indolez: in ea quæ tra
ci solent perueniunt sine longo magisterio: & honesta complexa sunt: cum primū audierūt.
Vnde ista tam rapacia virtutis ingenia: vel ex se fertilia: & illis aut hebetib⁹ & obtusis: aut
mala cōsuetudine obsessis diu rubigo animorum effricanda est. Cæterum vt illos in bonū
pronos citius educit ad summa: & hos imbecilliores adiuuabit: malisque opinionibus ex-
trahet: q̄ illos philosophiæ placida tradiderit: quæ q̄ sūt necessaria scilicet videas. Quæ-
dam insident nobis: quæ nos ad alia pigros: ad alia temerarios faciunt. Nec hæc audacia
reprimi potest: nec illa inertia sciscitari: nisi causæ eorum æstimantur. Falsa autē admiratio
falsa formido. Hæc nos q̄diu possident: dicas licet hoc patri præstare debes. Hoc liberis:
hoc amicis: hoc hospitibus tentantem auariciam retinebit. Sciet pro patria pugnandum
esse: dissuadebit timor. Sciet pro amicis dissuadendum esse: ad extremum vsque sudorem:
sed delicię vetabunt. Sciet in vxorem grauissimum genus esse iniunæ pelicem: sed illuz li-
bido in contraria impingit. Nihil ergo proderit dare præcepta: nisi prius admoueris ob-
stantia præceptis: nō magis q̄ proderit arma in conspectu posuisse: propiusque admouisse
nisi vsuræ manus expediuntur: vt ad præcepta quæ damus: possit animus soluend⁹ ire.
Putemus aliquem facere quod oportet: non faciet assidue: non faciet æqualiter. nescit enī
quare faciet. Aliqua vel casu vel exercitatione exhibet recta. Sed nō erit in manu regula ad
quam exigantur cui credant recta esse quæ fecit: non promittet se talem imperpetuuz qui ca
su bonus est. Deinde præstabunt tibi fortasse præcepta: vt quod oportet facias: non præsta
bunt quemadmoduz oportet: & si hoc non præstant: ad virtutem perducunt. Faciet ergo
quod oportet monitus. Concedo. Sed id parum est: quoniamquidem nō in facto laus est
sed in eo quemadmodum fiat. Quid est cœna sumptuosa flagitiosius & equestrem cœnā
consumentē? Quid tam dignum censoria nota? Si quis vt isti caneose loquunt: sibi hæc
& ingenio suo præstet: & toties tantum sestertio adiiciales cœnæ frugalissimis viris cōstite
runt. Eadem res si gulæ datur turpis est. Si honori in reprehensionem effugit. Non enim
luxuria: sed impensa solennis est. Nullum ingentis formæ: quare nō pondus adijcio & alio
rum gulam irrito: quattuor pondo & asse libram fuisse aiebant. Tyberius Cæsar missum
sibi cum in macellum deferri & veniri iussisset. Amici inquit: omnia me fallunt: nisi istum
nullum: aut Apicius emit: aut Publius Octauius. Vltra spem illi coniectura processit
Licuti sunt. Dicit Octauius: & ingentem consecutus est inter suos gloriam. Cum quinque
sestertijs emisset pulicem: quem Cæsar vendiderat. Nec Apicius quidem emerat: nume
rare tantum Octauio fuit turpe. Nam ille qui emerat vt Tyberio mitteret: q̄q̄ illū quoq̄
reprehenderim. Admiratus est rem: qua putauit Cæsarem dignum. Amico ergo proba-
mus. At hoc si hæreditatis causa facit. Vltro enim cadauer expectat. Eadē aut turpia sūt:
aut honesta. Refert quare: aut quemadmodum fiant. Omnia autem honeste fiēt si honesto

nos addixerimus. Vnde id quod vnum in rebus humanis bonū iudicauerimus: quæq; ex eo sunt bona sunt. Cætera in diem bona sunt. Ergo infigi debet persuasio ad totam pertinens vitam. Hoc est quod decretum voco. Qualis hæc persuasio fuerit: talia erunt quæ agentur: quæ cogitabuntur. Qualia autem hæc fuerint: talis vita erit in particulas sua sis/ set: totum ordinatu parum est. Marcus Brutus in eo libro quem Pericharē inscripsit dat multa præcepta & parentibus & liberis & fratribus. hæc nemo faciet quemadmodum debet nisi habuerit quo referat. Proponamus oportet finem summi boni: ad quez nitamur: ad quem omne factum nostrum dictumque respiciat: veluti nauigantibus ad aliquod sidus dirigendus est cursus. Vita sine proposito vaga est. Quod si vtique proponendum est: inci/ piunt necessaria esse decreta. Illud vt puto concedes nihil esse turpius dubio: & incerto ac ti/ mido: pedem modo referente: modo producente. Hoc in omnibus rebus accidet nobis: ni si æstimantur quæ rependunt animos: & detinent: & præconari quæ totos vetāt. Quomo do sint dij colendi solet præcipi. Accendere aliquem lucernas sabbatis prohibeam⁹: quo/ niam nec lumine dij egent: & nec homines quidem delectantur fuligine. Detamus salutā/ tionibus matutinis fungi: & foribus assidere templorum humana ambitio: istis officijs ca pitur: deum colit qui nouit. Detamus linthea & strigiles Ioui ferri: & speculuz tenere Iuno ni. Nō quærit ministros deus. Quid ni ipse humano generi ministrat? Vbique de omni/ bus præsto est. Studiat licet quemadmodum seruare in sacrificijs debeat: quasi procul resili re a molestijs: a superstitionibus. Nunq; satis perfectum erit: nisi qualem erit: mente deum conceperit: omnia habentem: omnia tribuentem: beneficia gratis dantem. Quæ causa est dijs benefaciendi natura. Errat si quis putat illos nocere velle. Non possunt: nec accipere in iuriam queunt: nec facere. Lædere etenim lædique coniunctum est. Summa illa ac pul/ cherrima omnium natura: quos periculo exemit: ne periculosos quidem fecit. Primus est deorum cultus: deos credere. Deinde reddere illis maiestatem suam: reddere bonitatē: sine qua nulla maiestas est. Scire illos esse qui præsident mundo: qui vniuersa vt sua temperāt qui humani generis tutelam gerunt: interdum curiosi singulorum. Bi nec dant malū: nec habent. Cæterum castigant quosdam: & coercent: & irrogant pœnas: & aliquando spem bo/ ni puniunt. Bis deos propiciari? Bonus esto. Satis illos coluit quisquis imitat⁹ est. Ec/ ce altera quæstio. Quomodo hominibus sit vtendum? Quid agimus: quæ damus præ/ cepta vt parcamus sanguini humano? Quantulum est ei non nocere: cui debeas prodesse. Magna scilicet laus est: si homo mansuetus homineꝫ adiuuet. Præcipiemus vt naufrago manum porrigat: erranti vt viam monstret. Cum esuriente panem suum diuidat. Quādo omnia quæ præstanda sunt ac vitanda curauerit dicam. Cum possim breuiter: hāc illi for/ mulam humani officij tradere. Omne hoc quod vides: quo diuina atque humana conclu sa sunt. Vnum est: membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit cū bisdē & in eadem gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuum: & sociabiles fecit. Illa æquum iustumque composuit. Ex illius constitutione miserius est nocere q̄ lædi. Ex illius imperio paratæ sunt iuuantis man⁹. Isti versus & in pectore & in ore sit. Homo sum: humani nihil a me alienum puto. Habeamus in commune q̄ nati sumus. Societas nostra lapidum for/ mationi similima est: quæ casura nisi inuicem obstaret: hoc ipso continetur. Post deos ho/ mineſque despiciamus: quomodo rebus sit vtendum. In superuacuum præcepta iactaui/ mus: nisi illud præcesserit: qualem de quacunque re habere debeamus opinionem: de pau/ pertate: de diuitijs: de gloria: de ignominia: de patria: de exilio. Æstimamus singula: fama remota: & quæramus quid sint: non quid vocentur. Ad virtutes transeam⁹: præcipiet ali quis vt prudentiam magni existimemus: vt fortitudinem complectamur: temperātiā ame/ mus: iusticiam si fieri potest propius etiam q̄ cæteras nobis applicemus. Sed nihil agetur si ignorabimus quid sit virtus. Vna sit: an plures. separatæ: an annexæ. Ten qui vnam ha/ bet: & cæteras habeat: quomodo inter se differant. Non est necesse fabro de fabrica quærere: quod eius initium: quid vsus sit: non magis q̄ pantomimo de arte saltandi. Omnes cer/ ta ista esse sciunt: nihil deest. Non enim ad totam pertinet vitam. Virtus & aliorum scientia est & sui: discendum de ipsa est: vt in ipsa discat. Actio recta nō erit: nisi recta fuerit voluntas Ab hac enim est actio. Rursus voluntas non erit recta: nisi habitus animi rect⁹ fuerit. Ab hoc enim est voluntas habitus. porro animus non erit in optimo: nisi totius vitæ leges

percæperit: ꝛ quid de quoquo iudicandum sit exægerit: nisi res ad verum redegerit. Nō contingit tranquillitas: nisi immutabile certumque iudicium adeptis. Cæteri decidunt subinde: ꝛ reponuntur ꝛ intermissa appetitaque alternis fluctuantur. Causa vsque iactationis est quod nihil liquet in certissimo regimine ventibus fama. Si vis eadem semper velle: vera oportet velis: ad verum sine decretis non peruenitur: continent vitā: ꝛ bona: ꝛ mala: honesta ꝛ turpia: iusta ꝛ iniusta: pia ꝛ impia: virtutes vsque virtutum: rerum commodaꝝ possessio: existimatio ac dignitas: valitudo: vires: forma: sagacitas: sensus. Hæc omnia existimatorem desiderant. Scire liceat quantum cuique incensum differendum sit. Falleris enim ꝛ pluris quædam q̄ sunt putas. Adeoque falleris: vt quæ maxima inter nos habent: diuitiæ: gratia: potentia: sestertio nūmo æstimanda sint. Hoc nescis nisi constitutionē ipsam qua ista inter se existimantur inspexeris. Quemadmodum folia virere per se nō possunt: ramum desiderant cui inhæreant: ex quo trahunt succum. Sic ista præcepta si sola sūt marcent: infigi volunt sectæ. Præterea non intelligunt hi qui decreta tollunt: eoipso confirmari illa quo tolluntur. Quid enim dicunt: præceptis vitam satis explicari: superflua esse decreta sapientiæ: id est dogmata? Atqui hoc ipsum quod dicunt decretum est tam hercule: q̄ si nunc ego dicerem recedendum esse a præceptis superuacuis ꝛ decretis: in hæc sola studium conferendum: hoc ipso quo negarem: curanda esse præcepta præciperem. Quædam admonitionem philosophiæ desiderant: quædam probationem. Et quidem multa quia inuoluta sunt vix summa diligentia: ac summa subtilitate aperiūtur. Si probationes necessariæ sunt: ꝛ decreta quæ veritatē argumētis colligūt: quædā aperta sunt: quædā obscura Aperta quæ sensu comprehenduntur: quæ memoria. Obscura quæ extra hæc sunt. Ratio autē non impletur manifestis: maior eius pars pulchriorq̄ in occultis est. Occulta probationem exigunt: probatio non sine decretis est. necessaria ergo decreta sunt. Quæ res cōmunem sensum facit eadem perfectum. Certarum rerum persuasio sine qua omnia in animo notant. Necessaria sunt decreta: quæ dant animis inflectibile iudicium. Denique cum monemus aliquem vt amicum eodem habeat loco quo se: vt ex inimico cogitet posse fieri amicum: in illo amorem incidet: in hoc moderetur odium: adijcimus iustum ꝛ honestum. Iustum autem honestumque decretorum nostrorum continet ratio. Ergo hæc necessaria est: sine qua nec illa sunt: sed vtraque iungamus. Nanq̄ ꝛ sine radice inutiles rami sunt: ꝛ ipse radices his quæ genuere adiuuantur. Quantum vtilitatis manus habeat nescire nulli licet. Aperte iuuat cor illud quo manus iuuant: ex quo impetum sumunt quo mouentur latet. Idem dicere de præceptis possum: aperta sunt. Decreta vo sapientiæ in abdito: sicut sanctiora sacrorum tantum initiati sunt. Sciunt ita in philosophia arcana illa: admissis receptisque ostenduntur in sacro. At præcepta ꝛ alia huiusmodi: prophanis quoq̄ nota sunt Possidonius non tantum præceptionem: nihil enim nos hoc verbo vti prohibet: sed etiā suasionem: ꝛ consolationem: ꝛ exhortationem necessariam iudicat. His adjicit causarum inquisitionem ꝛ etymologiam: quam queritur dicere non audeamus: cum grammatici custodes latini sermonis suo iure ita appellent: non video. Fit vtilem futuram esse descriptionē cuiuscunque virtutis. Hanc Possidonius etymologiam vocant. Quidam characterismon appellant: signa cuiusque virtutis ꝛ vicij ac notas reddētem: quibus inter se similia discriminentur: hæc res eam demum vim habet q̄ præcipere. Nam qui præcipit: dicit. Illa facies si voles temperans esse. Qui describit ait temperans est: qui facit illa: qui illis abstinet. Quæris quid intersit. Alter præcepta virtutis dat: alter exemplar. descriptiones has: et vt publicanorum vtar verbo biconismo: ex vsu esse confiteor. Proponamus laudanda: inuenietur imitator: putas vtilia tibi dare argumenta per quæ intelligas nobilem equū: ne fallaris empturus eo operam perdas in ignauo. Quanto hoc vtilius est: excellentis animi notas nosce: quas ex alio in se transferre permittitur. Cōtinuo pecoris generosi pullus in artus. Altius ingreditur: ꝛ mollia crura reponit. Primus ꝛ ire viam fluuios tentare minantes. Audet: ꝛ ignoto sese cōmittere ponti. Nec vanos horret strepitus illi ardua cervix. Argutumque caput: breuis alvus: obesaque terga. Luxuriatque toris animosum pectus ba nelli. Tum si qua sonitus procul arma dedere. Stare loco nescit: micat auribus: ꝛ tremit artus. Coniectumque præmens volvit sub naribus ignem. Dum aliud agit Virgilius noster descripsit virum fortem. Ego certe non aliam imaginē magno viro dederim: si mihi Cato

exprimendus inter fragores bellorum ciuilium impauidus: & primus incedens admotus iam exercitus alpibus: ciuilique se bello ferens obuium: non alium illi assignauerim vultū non alium habitum: altius certe nemo ingredi potuit: q̄ qui simul contra Cæsarem Pompeiumque se sustulit & aliis Cæsarianas opes: aliis Pompeianas sibi fouentibus vtrunq; prouocauit. Ostenditque aliquas esse. R. P. partes. Nam parū est in Catone dicere: nec varios horret strepitus. Quid ni cum viros vicinosque non horreat? Cum contra decem legiones & gallica auxilia & mixta barbarica arma ciuilibus vocem liberaq; mittat: & R. P. horretur ne pro libertate decidat: sed omnia experiatur: ho nestus in seruitutē casura q̄ iura. Quantum in illo vigoris ac spiritus: quantuq; in publica trepidatione fiducia est. Scit se vnum esse: de cuius statu non agatur. Non enim quæri debet: an liber Cato: sed an inter liberos sit. Inde periculorum gladiatorumque contemptus. Licet admirantem inuictā cōstantiam viri inter publicas ruinas non labentis dicere. Luxuriatque thoris animosus pectus. Proderit non tantum quales esse soleat boni viri dicere: formamque eorum & lineamenta deducere: sed quales fuerint narrare & exponere Catonis illud vltimū ac fortissimus vulnus per quod libertas amisit animam: Lælij sapientiam: & cum suo Scipione concordiam. Alterius Catonis domi forisque egregia facta. Tuberonis ligneos lectos cum in publicum sternerentur: edinasque pro stragulis pelles: & ante ipsius Iouis cellam proposita cōuiuijs vasa fictilia. Quid aliud paupertatem in capitolio consectare: vt nullum aliud factum eius habeam: quo illum Catonibus inseram? Hoc parum credimus. Censura fuit illa: non cœna. O q̄ ignorant homines cupidi gloriæ quid illa sit: aut quemadmodum petenda. Illo die populus Romanus multorum supellectilem spectauit. Vnius miratus est. Omnium illorum aurum: argentumque fractum est: & in milies conflatū. Et omnibus sæculis Tuberonis fictilia turabunt. Vale. Explicit liber decimusquintus.

Incipit liber decimussextus. Epistola nonagesimaseptima

Assentiendum esse fatorum decretis.

Quantum tu indignaris aliquid aut quereris & nō intelligis nihil esse in istis malis nisi hoc vnum q̄ indignaris & quereris. Si me interrogas: nihil puto viro miserum: nisi aliquid esset in rerum natura: quod putet miserum. Non feram me: quo die aliquid ferre non potero. Male valeo: pars fati est. Familia decubuit: fœnus offendit: domus crepuit. Damna: vulnera: labores: metus incurrerūt. Solet fieri hoc parum est. Debuit fieri: decernuntur ista: nō accidūt. Si quid credis mihi. Intimos affectus meos tibi cum maxime detego: in omnibus quæ aduersa videntur & dura sic formatus sum. Non pareo deo: sed assentior ex animo illum: non quia necesse est sequor. Nihil vnq̄ mihi incidet quod tristis excipiam quod malo vultu: nullum tributum inuitus conferā. Omnia autē ad quæ gemim⁹ quæ expauescimus: tributa vitæ sunt. Horum mi Lucilli: nec sperueris immunitatem: nec petieris. Vesicæ te dolor inquietauit. Epulæ vo erunt parum dulces: detrimenta continua: ppius accedam: de capite timuisti. Quid tu nesciebas hoc te obtinere: cum optares senectutem? Omnia ista in longa vita sunt: quomodo in longa vita sunt & puluis: & lutum: & pluuia. Sed volebam viuere: carere tamen incommodis omnibus. Tam effœminata vox virum dedecet. Videris quemadmodum hoc votum meum accipias. Ego illud magno animo non tantum bono facio. Nec dij nec dea faciāt: vt te fortuna in delicijs habeat. Ipse te interroga. Si quis potestatem tibi deus faciat. Vtrum velis viuere in macello: an in castris. Atqui viuere Lucilli militare est. Itaq; hi qui iactantur: & per operosa atq; ardua sursum atq; deorsum erunt: & expeditiōes periculosissimas obeunt: fortes viri sunt: prioresq; castrorum. Isti quos publica quies: aliis laborantibus molliter habet: turturillæ sunt: tuti contumeliæ causa. Vale.

Epistola nonagesimaoctaua. Vicia hominū esse nō tempor. Et q̄ praua consuetudo lætā inuerecūdiā induxerit criminib⁹ quæ p̄m naturā conscientiæ tuta esse nō possunt

Eras mi Lucilli: si existimas nostri sæculi esse vicium: luxuriam & negligentiam boni moris: & alia quæ obijcit suis quisq; temporibus: hominū sunt ista: non temporū Nulla ætas vacauit a culpa. Et si æstimare licentiā cuiusq; sæculi incipias: pudet

dicere. Nunq̃ apertꝰ q̃ coram Catone peccatū est. Credat aliquis pecuniam esse versatā in eo iudicio in quo reus erat Clodius ob id adulteriū: quod cū Cæsaris vxore in aperto commiserat: violatis religionibus eius sacrificij: quodꝙ populo fieri dicitur. Sic submotis extra conspectū omnibus viris: vt picturæ quoq; masculoꝝ animaliū contegantur: atq; dati iudicibus nūmi sunt. Et q̄ hac etiā nūc pactione turpius est. Stupra insuper matronarū & adolescentuloꝝ nobiliū stlari loco exacta sunt. Minus crimine: q̃ absolutione peccatum est. Adulterij reus adulteria diuisit: nec ante fuit de salute securus q̃ similes sui: iudices suos reddidit: hæc in eo iudicio facta sunt: in quo si nihil aliud Cato testimoniū dixerat. ipsa ponā verba Ciceronis: quia res fidē excedit. Accersiuit ad se permisit: intercessit: dedit. Jam vo o dij boni rem perditā etiā nocte ſcoꝝtoꝝ mulieꝝ atq; adolescentuloꝝ nobiliū introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Nō vacat de precio quæri? in accessionibus fuit. Vis Seueri illius vxorē? Dabo illā. Vis diuitis? huius quoq; tibi præstabo concubitū. Adulteriū nisi feceris: domina illa formosa quā desideras veniet: illi? tibi nocte promitto nec differo. Intra cōparādi nationē fides promissi extabit. Plus est distribuere adulteria q̃ facere. hoc vo matribus familiæ denūciare est: bi iudices Clodiani a senatu petierāt præsidiū: quod non erat nisi dānaturis necessariū & impetrauerāt. Itaq; eleganter illis Catulus absoluto reo. Quid vos inquit præsidiuz a nobis petebatis? An ne nūmi nobis eripiētur? Inter hos tamē iocos īpune tulit ante iudicū adulter: in iudicio leno qui dānationē peius effugit q̃ meruit. Quicq̃ fuisse corruptius illis moribus credis: q̄ bus libido non sacris inbiberi: nō iudicijs poterat: quib? in ea ipsa quæstione quæ extra ordinē senatusconsulto exercebat: plus q̃ quærebatur admissuz est? Quærebatur an post adulteriū aliquis posset tut? esse: apparuit sine adulterio tutū esse non posse. Hoc inter Pompeiū & Cæsarē: inter Ciceronē Catonēq; cōmissum est. Catonē inquā illum quo sedēte negat populus pmisisse sibi postulare florales iocos nudandaꝝ meretricuz. Si credis spectasse tūc sæuerius homines q̃ iudicasse: & fieri facta ista sibi ex licētia vrbiū: aliquādo disciplina mœtuq; nunq̃ sponte cōsideret. non est itaq; quod credas: nunc plurimū libidini permisisse legibus minimū. Lōge enim frugalior hæc iuuētus: q̃ illa est. Cū reus adulteriū apud iudices negaret: iudices apud eū cōfiterētur. Cū stupri cōmitteretur rei iudicādæ causa cū Clodijs hisdem vicijs gratiosus: quib? nocens cōciliaturas exerceret. In ipsa causæ dictiōe credit hoc quisq̃ qui dānabatur vni adulterio: absolutus est multis. Omne tēpus Clodios non omne Catones fert. Ad deteriora faciles sum?: quia nec dux potest nec comes deesse: & res etiā ipsa sine duce: sine comite pcedit. Non prænūcius tantū ad vicia: sed præceps. Et quod plærosq; inemendabiles facit. Omniū aliaꝝ artiū peccata artificibus pudoris sunt: offenduntq; dum errantem vitæ peccata delectant: nō gaudet nauigio gubernator euersor: non gaudet ægro medicus elato: nō gaudet orator si patroni culpa reus cecidit. Et contra omnibus crimen suū voluptati est. Lætat ille adulterio: in quod irritat? est ipsa difficultate: lætatur ille circūscriptiōe furti. Q̄ nūc ente illi culpa q̃ culpæ fortuna displicuit: id praua consuetudine euenit. alioquin vt scias subesse animus etiā in pessima adductis boni sensus: nec ignorant turpe: sed negligi. Omnes peccata dissimulāt: & q̃uis fœliciter cesserint fructu illoꝝ vtuntur: ipsa subducūt. Et bona cōscietia pdire vult & conspici. Ipsa neq̄a tenebras timet. Elegāter itaq; ab Epicuro dictū puto: Potest nocenti contingere vt lateat: latenti fides nō potest. Aut si hoc modo melius hūc explicari posse iudicas sensuz. Ideo nō potest latere peccantib?: q̄a latenti etiā si facultatē habent: fiduciā nō habent. Ita est: tuta scelera esse nō possunt. Hoc ergo repugnare sectæ nostræ si sic expediatur: non iudico. Quare? q̄a primo illa & maxima peccantiū est pœna peccasse. Nec vllū scelus licet illud fortuna exornet muneribus suis: licet tueatur ac vindicet ipunitū est: quoniā sceleris in scelere supplicū est. Sed nihilomin? & hæc & illā secundæ pœnæ præmūt ac sequūtur: timere sp & expauescere: & securitati diffidere. Quare ergo hoc supplicio nequicā liberē? Quare non sp illā in suspenso relinquā. Illic dissentiam? cū Epicuro. Vbi dicit nihil iustū esse natura: & crimina vitanda esse: q̄a vitari mœtus non possit. Hic consentiam? mala facinora conscientia flagellari: & plurimū illi tormentoꝝ esse: eo q̄ pœtua illā sollicitudo vrget ac verberat: q̄ sponsoribus? securitatis suæ non potest credere. Hoc enim ipsum argumentū Epicuri est: natura a scelere abhorrere: q̄ nulli non etiam inter tuta timor est. Multos fortuna liberat pœna: mœtu

neminē. Quare? Quia infixa nobis eſus aduerſatio eſt quā natura damnauit. Ideo nūq̄ fides latendi fit etiā latētibus: quia coarguit illos conſcientia: 7 ipſos ſibi oſtēdit. Proprīū autem eſt nocentū trepidare: male de nobis actū erat q̄ multa ſcelera legē 7 iudice effugiūt 7 ſcripta ſupplicia: niſi illa naturalia 7 grauia de præſentibus ſoluerent: 7 in locū patientiæ timor cederet. Vale.

Epiſtola nonageſimanona. Qualiter aduerſus fortunæ
duriciam componendus eſt animus.

Vnq̄ crediderīs fœlicē quēq̄ ex fœlicitate ſuſpenſū. Fragilibus innitit̄ q̄ aduētitio lætus eſt: exibit gaudiū q̄d intrauit. Nt illud ex ſe ortū: fidele: firmumq̄ 7 creſcit: 7 ad extremū uſq̄ pſequit̄. Cætera quoq̄ admiratio eſt vulgo: in die bona ſūt Quid ergo nō uſui ac voluptati eſſe poſſunt? Quis negat? Sed ita ſi illa ex nobis pendēt. non ex illis nos. Dia quæ fortuna intuetur: ita fructifera ac iucunda fiunt. Si quis habet iſta: ſe quoq̄ habēt: nec in rep̄ ſuaq̄ poteſtate eſt. Errant enī mi Lucilli: q̄ aut boni aliq̄d nobis: aut mali iudicant tribuere fortunā: materiā dat bonoq̄ ac maloq̄: 7 initia rerum apud nos in malā: bonūue exituraq̄. Valentior enim omni fortuna animus eſt: 7 in vtrāq̄ partem ipſe res ſuas ducit: beatæq̄ ac miſeræ vitæ ſibi cauſa eſt. Malus animus oīa in malū vertit: etiā quæ cū ſpecie optimi venerant. Rectus atq̄ integer corrigit prāua fortunæ: 7 dura atq̄ aſpa ferendi ſciētia mollit. Idemq̄ 7 ſecunda grate excipit: modeſteq̄ 7 aduerſa conſtanter atq̄ fortiter. Qui licet prudens ſit: licet exacto faciat cuncta iudicio: licet nihil ſupra vires ſuas tentet: non cōtinget illi bonū integrum illud 7 extra minas poſitum: niſi certus aduerſus incerta eſt. Siue alios obſeruare volueris. liberius enim inter aliena iudicium eſt ſiue teipſum fauore ſepoſito 7 ſentiens hoc cōfiteberis: nihil ex his optabilius 7 charis vtile eſſe: niſi te contra leuitatē caſus: rerumq̄ animū ſequentia inſtruxeris: niſi illud frequenter 7 ſine querela inter ſingula dāna dixeris. Diis aliter viſum eſt. Immo mehercule vt carnē fortiꝰ ac iuſtius petā q̄ animū cuī magis fulcias. Hoc dicito quotiens aliq̄d aliter q̄ cogitabas euenerit. Dij melius. Sic compoſito nihil accidet: ſic autē cōponetur ſi quid humanaq̄ rerum varietas poſſit: cogitauerit anteq̄ ſenſerit. Si ad liberos: coniugē atq̄ patrimonium ſic habuerit tanq̄ non vtiq̄ ſp habiturus: 7 tanq̄ nō futurus ob hoc miſerior ſi habere deſierit. Calamitoſus eſt animus futuri anxius: 7 an te miſeras miſer qui ſollicitus eſt: vt ea quibus delectatur ad extremuꝫ uſq̄ pmaneant. Nullo enim tempore cōquieſcet 7 expectationē futuri: præſentia q̄bus frui poterat amittet. In æquo eſt aūt dolor amiſſæ rei: 7 timor amittēdæ: nec ideo præcipio tibi negligentiā. Quæcūq̄ vno metuenda declina: 7 quicquid conſilio pſpici poteſt, pſpice. Quodcūq̄ laq̄ ſuq̄ eſt multo anteq̄ accidat: ſpeculare 7 aduerte In hoc ipſum tibi plurimū cōferret fiducia: 7 ad tolerandū omne obſirmata mens. Poteſt fortunam cauere qui poteſt ferre. Certe in tranquillo non tumultuat. Nihil eſt: nec miſerius nec ſtultius q̄q̄ ſp timere. Quæ iſta demētia eſt malū ſuum antecedere? Denicq̄ vt breuiter includā q̄d ſentio: 7 iſtos ſatagios ac ſibi moleſtos deſcribā tibi tā intēperantes in ipſis miſeriis q̄q̄ ſunt ante illas plus dolent q̄q̄ neceſſe eſt. Eadē enī infirmitate dolorē non æſtimat q̄ non expectat. Intēperantia fingit ſibi ppetuā fœlicitatē ſuam: fingit ſibi creſcere debere quæ cūq̄ contigerūt: nō tantū durare 7 oblitus huius peccati quo humana iactant: ſibi vni fortuitoq̄ conſtantiā ſpondet. Egregie itaq̄ videt mihi Metrodoꝰ dixiſſe: in ea epiſtola q̄ ſororē amiſſo optimæ indolis filio alloquitur. Mortale eſt omnū mortaliū bonū: de his loquitur bonis ad quæ cōcurritur. Nā iſtud verū bonū non moritꝫ certū eſt ſempiternūq̄ ſapientia 7 virtus: hoc vnū cōtingit immortalibus. Cætera tā improbi ſunt tamq̄ obliti q̄ eant: quo illos ſinguli dies turbent: vt miretur aliquid ipſos admittere amiſſuri vno die omnia Quicq̄d eſt cui domiꝰ inſcriberis apud te eſt: tuū nō eſt. Nihil firmū infirmo: nihil fragili æternū 7 inuictū eſt: tā neceſſe eſt perire q̄q̄ pdere: 7 hoc ipſuꝫ ſi intelligimus ſolatiū eſt: æquo animo pdere q̄d piturū eſt. Quid ergo aduerſus has amiſſiones auxilij inuenimꝰ? Hoc vt memoria teneamꝰ amiſſa: nec cū ipſis fructū excidere patiamur quē ex illis pcepimꝰ: habere eripitur habuiſſe nūq̄. Peringratus eſt: q̄ cū amiſerit pro acceptō nihil debet. Hē nobis eripuit caſus. Vſum fructumq̄ apud nos relinq̄t: quē nos iniquitate deſiderij perdidimus. Dic tibi: ex iſtis quæ terribilia videtur nihil eſt inuictū. Singula vicere iam multi. Ignez Mutius: crucē Regulus: venenū Socrates: exiliū Rutilius: mortem ferro adactam Cato-

Et nos vincam⁹ aliq̄d. Kursus ista quæ vt speciosa ⁊ fœlicia trahūt vulgū a multis: ⁊ sæ/
pe contępta sunt. Fabricius diuitias impato: reiecit: cēso: notauit. Tubero pauptatē se di
gnā ⁊ Capitolio iudicauit: cū ficulnis in publica cœna vsus: ostēdit debere bis hominem
esse contentū: quib⁹ dū etiā nūc vterent. Honores repulit pater Sexti⁹: q̄ ita natus vt. K.
P. deberet capescere. Latū clauū diuo Julio dante nō recæpit. Intelligebat enī q̄ dari pos/
set ⁊ eripi. Nos quoq; aliq̄d ex his faciam⁹. Animosi simus inter exempla: ḡre defiamus:
Quare despamus: Quicq̄d fieri potuit: potest. Nos modo purgem⁹ animū: sequamurq;
naturā a qua aberratim cupiendū timendūq; est: ⁊ fortuitis seruiendū. Licet reuerti in viā
licet in integrū restitui. Restituam⁹ vt possimus dolores quocūq; modo corp⁹ inuaserint
pferre. ⁊ fortunæ dicere: Cū viro tibi negociū est. Quære quē vincas. His sermonib⁹ ⁊ bis
similib⁹: lenit ista vis vlceris: quā opto mehercule mitigari: ⁊ aut sanari aut stare: ⁊ cū ipso
senescere. Sed securus de isto sum: de nostro dāno agit: q̄bus senex egregius eripitur. Naq;
ipse vitæ plenus est: cui adiici nihil desiderat sua causa: sed eoꝝ quib⁹ vtilis est: liberaliter
facit q̄ viuit. Illius iam his cruciatus finis est. Nic tā turpe putat mortē fugere: q̄ ad mor
tē confugere. Quid ergo nōne sua dedit ⁊ exhibuit: Quid ni exeat: si nemo iaꝝ eo vti pote/
rit: Si nihil aliud q̄ dolor operā dabit: Hoc est mi Lucilli: philosophiā in opere discere et
ad verū exercere. Videri q̄d homo prudens animi habeat contra mortē: cōtra dolorē. cum
illa accedat: hic præmat. Quid faciendū sit: a faciente discēdū est. Adhuc argumētis actū
est: an possit aliquid dolor resistere: an mors. magnos quoq; animos ad mota submittere
Quid opus est verbis: In rem præsentem eamus: nec mors illū contra dolorem faciat for/
tiorem: nec dolor contra mortē. Contra vtrūq; sibi fidit: nec spe mortis patiēter dolet: nec te
dio doloris libenter moritur. hunc fert: illam expectat. Vale.

Epistola centesima. Cōsolatio amici vel filij mortui.
⁊ q̄ luctus non voluptate, sed ratione sanandus est

Pistolā quā scripsi Marulo cū filiū paruulum amisisset: ⁊ diceret molliter ferre mi/
si tibi. In q̄ nō sum morē solitū secut⁹: nec putaui leuiter illū debere tractari cum ob
iurgatiōe esset: q̄ cōsolatione dignior. Afflicto enī ⁊ magnus vulnus male ferenti:
paulisp credendū est. Exaciet se aut certe primū impetū effundat. Hi q̄ sibi lugere sūpserūt:
primus castigenť: ⁊ discāt q̄sdā etiā lachrymaꝝ ineptias esse. Solacia expectas: cōuicia acci/
pe: tā molliter tu fers morte filij. Quid faceres si amicū pdidisses: Decessit fili⁹ incertæ spei
puul⁹: pusillū tēporis perijt: causas doloris conq̄rim⁹: ⁊ de fortuna etiā inique quæri volu
mus: q̄si nō sit iustas quærēdi causas præbitura. Ut mehercule: satis mihi iam videbaris
animi habere etiā aduersus solida mala. nedū ad istas vmbras malorꝝ q̄bus ingemiscunt
hoīes amoris causa: qd dānorꝝ omnū maximū est. Si amicū pdidisses: danda opera erat:
vt magis gauderes q̄ habueras: q̄ mæreres q̄ amiseras. Sed plæriq; nō cōputāt quāta
pceperint: quantūue gauisi sunt. Hoc habet inter reliq̄ mala dolor: q̄ non supuacuū tantū:
s̄ ingratus est. Ergo q̄ habuisti talē amicū perit opa. Tot annis: tāta cōiunctione vitæ taꝝ
familiari studiorꝝ societate nihil actū est. Cū amico effers amicitiā: ⁊ q̄d doles amisisse: si ha
buisse nō pdest: Mihi crede magna pars ex illis q̄s amauim⁹: licet ipsos casus abstulerit:
apud nos manet. Nostrꝝ est qd præterijt tēpus: nec q̄q̄ est loco tutiore: q̄ qd fuit. Ingra/
ti aduersus præcepta: spe futuri sumus: quasi nō qd futurꝝ est: si modo successerit nobis: ci/
to in præterita transiturꝝ sit. Anguste fructus rerꝝ determinat: q̄ tantū præsentib⁹ læt⁹ est:
⁊ futura ⁊ præterita delectāt. Hæc expectatione: illa memoria. Sed alterū pendet: ⁊ nō pōt
fieri: alterꝝ non pōt nō fuisse. Quis ergo furor est certissimo excidere: Alcq̄escam⁹ his q̄ iam
hausim⁹ si modo nō pforato aīo hauriebam⁹: ⁊ transmittente q̄quid acceperat. Innume/
rabilia sunt exempla eoꝝ q̄ liberos iuuenes sine lachrymis extulerint. Qui in Senatū aut
in aliq̄d publicū officiū a Rogo redierunt: ⁊ statim aliud egerūt: nec imerito. Nā primus
supuacuū est dolere: si nihil dolēdo proficias. Deinde iniquū est queri de eo: qd vni accidit
⁊ oībus restat. Deinde desiderij stulta conquestio est: vbi minimū interest inter amissum ⁊
desiderātē. Eo ita æquiore aīo esse debemus: q̄ quas amisim⁹ sequmur. Respice celeritatē ra
pidissimi tēporis: cogita breuitatē hui⁹ spacij: p qd citatissimi currimus. Obserua hunc co/
mitatū generis humani: eodē tendētis: minimis interuallis distinctū etiā vbi maxima vi
dentur: quē putas perijsse: præmissus est. Quid aūt demenť⁹ q̄ cuꝝ idē tibi iter emetiēdū

sit: flere eū q̄ anteceſſit. Flet aliquis fatū q̄d nō ignorauit futurꝫ: aut ſi mortē in homine nō cogitauit ſibi īpoſuit. Flet aliq̄s factū q̄d aiebat non poſſe nō fieri. Quiſquis aliquē queritꝰ mortuū eſſe: queritꝰ hominē fuiſſe. Omnis eadē conditio deuinxit cui naſci contigit: mori reſtat. Interuallis diſtinguimur exitu æquamur. Hoc q̄d inter primū diē ⁊ vltimum iacet. variū ⁊ incertū eſt. Si moleſtias æſtimas etiā puero longū. Si velocitatē etiā ſeni anguſtū Nil nō lubricū ⁊ fallax: ⁊ omni tēpeſtate mobili⁹. Jactant cūcta: ⁊ in contrariū tranſeūt: iuꝰbente fortuna: ⁊ in tanta volutatione rerꝫ humanarꝫ: nil cuiq̄ niſi mors certū. Tamen de eo q̄runt oēs in quo vno nemo decipit. Sed puer deceſſit nondū dico melius agi: q̄ vita defūgitur. Ad eū tranſeamus q̄ conſenuit: quātulo vincit infantē. Propone pfundi tēporis vaſtitatē: ⁊ vniuerſum cōplectere. Deinde hoc q̄d ætatē vocam⁹ humanā cōpara īmenſo: viꝰdebis q̄ exiguū ſit q̄d optamus: q̄d extendim⁹. Ex hoc quantū lachrymæ. Quantū ſollicitudines occupant: quantū mors anteq̄ veniat optata. quantū valitudo: quantum timor quantū tenent: aut rudes: aut inutiles anni. Dimidiū ex hoc dormit. Adiice labores: luctꝰ picula: ⁊ intelliges etiā in longiſſima vita minimū eſſe q̄d viuit. Si q̄s tibi cōcedit: nō īmelius ſe habere eū cui cito reuerti licet cui ante laſſitudinē paratuꝫ eſt iter. Vita nec bonū nec malū eſt: boni ac mali locus eſt. Jta nihil p̄didit ille niſi aliena. In dānū certiorē potuit euadere: moleſtus ac prudēs: potuit ſub cura tua in meliora formari: ⁊ q̄d iuſtꝰ timet. Potuꝰit fieri pluribꝰ ſimilis. Aſpice illos iuuenes q̄s ex nobiliſſimis domibus in arenaꝫ luxuria piæcit. Aſpice illos q̄ ſuā alienāq̄ libidinē exercent: mutuo īpudici: q̄ꝫ nullus ſine ebrietate: nullus ſine aliq̄ inſigni flagitio dies exit. Plus timeri: q̄ ſeparari potuiſſe manifeſtū erit Nō debes itaq̄ cauſas doloris accreſcere: nec leuia incōmodo indignando cumulare. Non hortor vt nitaris ⁊ vrgeas. Non tam male de te iudico: vt tibi aduerſus hoc totā putē ꝟtutem aduocāda. Nō eſt dolor iſte ⁊ morſus: tu illū dolorē facis. Sine dubio multū philoſophia proficit: ſi puerꝫ nutricia adhuc q̄ patri notiorē aio fortі deſideras. Quid nūc ego duriciā ſuadeo: ⁊ in funere ipſo erigere vultū volo: ⁊ animū ne cōtrahi q̄dē patior? Minime. Inhumanitas eſt iſta: nō ꝟtus. Funera ſuorꝫ biſdē oculis q̄bus ipſos videre nec cōmoueri ad p̄mā familiariū diuulſionē. Puta aūt me vetare quædā: quæ nō ſunt ſui iuris. Excidūt etiā retinētibꝰ lachrymæ: ⁊ animū profuſe leuāt. Quid ergo eſt? Permittam⁹ illis cadere: nō īperem⁹. Fluant quantū affectus eiecerit: nō quātū poſſet imitatio. Nihil ꝟo maroni adiiciam⁹: nec illū ad alienū augeam⁹ exemplū. Plus oſtētatio doloris exigit q̄ dolor. Quotiens q̄ſq̄ ſibi triſtis eſt: clariꝰ cū audiuntur gemunt: ⁊ taciti quietiq̄ dū ſecretum eſt cum aliquos viderunt in fletus nouos excitātur: tunc capiti ſuo manus ingerunt quod potuerant facere: nullo p̄hibente: liberiꝰ tūc morte cōprecantur ſibi: tunc lectulo deuoluūtur Sine ſpectatore ceſſat dolor. Sequitur nos vt in aliis rebus: ita in hac quoq̄ hoc vicium ad pluriū exempla componi: nec quid oporteat: ſed quid ſoleat aſpicere. Ad natura diſcedim⁹: populo nos damus: nullius rei bono auctori: ⁊ in hac re ſicut in omnibus inconſtātiſſimo Videt aliquem fortem in luctu ſuo: impium vocat ⁊ efferatum. Videt aliquem collabentem: ⁊ corpori affuſum: effœminatum ait: ⁊ eneruē. Omnia itaq̄ ad rationē reuocāda ſunt Stultius ꝟo nihil eſt: q̄ famam captare triſticiæ ⁊ lachrymas approbare: quas iudico ſapienti viro: alias p̄miſſas cadere: alias viſū allatas. Dicā quid interſit: cū primū nos nūcius acerbi funeris p̄tulit: cū tenemus corpus e cōplexu noſtro. in ignē tranſituꝝ lachrymas naturalis neceſſitas exprimit: ⁊ ſpiritus ictu doloris īpulſus: quemadmodū totū corpꝰ quatit: ita oculos quibus adiacentem humorē perpremit ⁊ expellit. Hæ lachrymæ per eliſionē cadunt: nolentibus nobis. Aliæ ſunt quibus exitū damus: cū memoria eorꝫ quos amiſimus retractatur: ⁊ ineſt quiddam dulce triſticiæ: cū occurrunt ſermones eorum iucundi: cōuerſatio hilaris: officioſa pietas: tunc oculi velut in gaudio relaxantur. His indulgemus: illis vincimur. Nō eſt itaq̄ q̄ lachrymas ꝓpter circūſtantes aſſidenteſq̄: aut contineas aut exprimas: nec ceſſant nec fluunt vnq̄ tā turpiter q̄ fingūtur. Eant ſua ſponte. Ire aūt poſſunt placidis atq̄ cōpoſitis. Sæpe ſalua ſapientis auctoritate fluxerūt: tāto tēperamēto: vt illis nec humanitas nec dignitas deeſſet. Licet inquā naturæ obſeq̄ gravitate ſeruata. Vidi ego in funere ſuo ferendos: in quoꝝ ore amor emineat: remota omni lugentium ſcæna Nihil erat: niſi q̄d veris dabatur affectibus. Eſt aliq̄s ⁊ dolendi decor: hic ſapienti ſeruandus eſt: ⁊ quemadmodū in cæteris rebꝰ: ita ⁊ in lachrymis aliq̄d ſat eſt. Imprudentiū: vt

gaudia: sic dolores exundare: ꝙ aio excipe necessaria. Quid incredibile? Quid nouũ cuꝰ nit ꝙ multis cũ maxie funꝰ locatur: ꝙ multis vitalia emũtur: ꝙ multi post luctũ tuũ lugẽt Quotiẽs cogitaueris puer fuisse: cogita ꝛ hoiem: cui nihil certi promittit: quẽ fortuna nõ vtiq; pducit ad senectutẽ vnde visum est dimittit. Cæter de illo frequenter loquere: ꝛ memoriã eius quãtũ potes celebra: quæ ad te sæpiꝰ reuertetur. Si erit sine acerbitate ventura Nemo eni libenter tristi cõuersatur nedũ tristiciæ: si ꝗs sermones eius: si ꝗs ꝗuis parunli iocos cũ voluptate audieras. Sæpius repete potuisse illũ implere spes tuas: quas paterna mente cõceperas. Audacter affirma: obliuisci ꝗdẽ suoꝝ: ac memoriã cũ corporibꝰ efferre: ꝛ effusissime flere: meminisse parcissime: inhumani animi est. Sic aues sic feræ suos diligunt quaꝝ cõcitatus est amor: ꝛ pene rapidus: ꝑ cũ amissis totus extinguitur. Hoc prudentem virũ nõ decet. Meminisse pseueret: lugere desinat. Illud nullo modo probo: qõ ait Metrodoꝰ: esse aliquã cognatã tristiciæ voluptatẽ. Hanc ipse captand ã eiusmodi tẽpore ipsa Metrodori ẏba scripsi. De ꝗbꝰ nõ dubito ꝗd sit sensurꝰ. Quid enim turpius ꝙ captare in ipso luctu voluptate: ĩmo ꝑ luctũ ꝛ inter lachrymas ꝗq; qõ uuet querere? Hi sunt ꝗ nobis obiciũt nimiũ rigorẽ: ꝛ infamant præcepta nostra duricia: ꝙ dicamꝰ dolorẽ: aut admittendũ nõ esse: aut cito expellendũ. Diciũ tandẽ est: aut incredibilius: aut inhumanius nõ sentire amisso amico dolorẽ: an voluptatẽ in ipso dolore aucupari. Nos quod præcæpimꝰ honestũ est. Cũ aliꝗd lachrymaꝝ affectꝰ effuderit: ꝛ vt ita dicã dispumauerit: nõ esse tradendum animũ dolori. Quid tu dicis miscendã ipsi dolori voluptatẽ? Sic cõsolamur crusculo pueros: sic infantiũ fletum infuso lacte cõpescimus: ne illo quidẽ tempore quo filius arderet: aut amicus expirat. Cessare poteris voluptatẽ: ꝑ ipsum vis titulare mærorem. Vtruꝫ honestius dolor ab animo submouet: an voluptas ad dolorem quoq; admittitur. Dico captatur. Et ꝗdem ex ipso est. aliqua inquit voluptas cognata tristiciæ. Illud nobis licet dicere: vobis quidem non licet. Vnum bonũ noscis voluptatẽ: vnũ malũ dolorez. Quæ potest inter bonũ ꝛ malũ esse cognatio? Sed puta esse: nũc potissimũ eruitur ꝛ ipsum dolorem scrutamur. An aliꝗd habeat iucundũ circa se ꝛ voluptariũ. Quædã remedia aliꝰ partibꝰ corporis salutaria velut fœda ꝛ indecora adhiberi aliꝰ nequeũt: ꝛ qõ alibi ꝓdesset sine dã no verecũdiæ: id fit ihonestũ loco vulneris. Nõ te pudet luctũ voluptate sanare? Sæuerꝰ ista plaga sananda est. Illud potius admone: nullum malꝰ sensum ad eum qui perit peruenire. Nulla inquã eum res lædit: ꝗ nullus est: viuit si lædit̃. Vtrum putas illi male esse quod nullus est: an quod est adhuc aliꝗs. Itꝗ nec ex eo potest ei tormentũ esse quod non est. Quis enim nullius sensus est? Nec ex eo quod est. Effugit enim maximũ mortis incõmodũ non esse. Illud quoq; dicamus ei ꝗ deflet: ac desiderat in ætate prima raptuz. Dẽs quantũ ad breuitatez: qui si vniuerso cõpares ꝛ iuuenes ꝛ senes in æquo sumus. Minus enim ad nos ex omni ætate venit: ꝙ quod minimum esse quis dixerit: quoniamquidem minimum aliqua pars est: hoc quod viuimus proximuz nihilo est: ꝛ tamen ob dementiã nostrã late disponitur. Hæc tibi scripsi non tanꝙ expectaturus esses remediuz a me tã serum. Liquet enĩ mihi te locutum tecuz quicquid lecturus es. Sed vt castigarẽ illã exiguã moraz: qua a te recessisti: ꝛ in reliquuz adhortarer contra fortunam tolleres aios: ꝛ omnia eius tela nõ tãꝙ possent venire: sed tanꝙ vtiq; essent ventura prospiceres. Vale.

Epistola centesimaprima. Quod philosophi anima magis decet esse simplex: plana: ꝙ composita: vel sollicita.

Albiani Papyrij libros qui inscribunt̃ ciuiliuz legisse te cupidissime scribis: ꝛ nõ respondisse expectationi tuæ. Deinde oblitus de philosopho agi: compositionem eius accusas. Puto esse quod dicis: ꝛ effundi verba non fingi. Primuz habet ista res suam gratiã: ꝛ est decor ꝓprius orationis leuiter lapsæ. Multum enim interesse existimo: vtrum exciderit: an fluxerit. Nunc quod in hoc quoq; dicturus sum: ingens ꝛ ifferẽtia est. Fabianus mihi nõ effundere videtur orationez: sed fundere. Adeo larga est: ꝛ sine perturbatione: nõ sine cursu. Tum veniens illud plane fatet: ꝛ præfert non esse tractatam: nec diu tortã. sed ita vt vir esse credamꝰ: mores ille nõ verba composuit. ꝛ animis scripsit ista: nõ auribus. Præterea ipso dicente: non vacasset tibi partes intueri. Adeo te summa rapuissent: ꝛ fere quæ impetu placent: minus præstant ad manum relata. Sed illud quoq; multum est: primo aspectu oculorum occupasse: etiam si contemplatio diligens

inuentura est qđ arguat. Si me interrogas: maior ille est q̄ iudiciuz abstulit: q̄ qui meruit Et scio hūc tutiorē esse. Sdo audaci⁹ sibi de futuro ꝓmittere. Oratio sollicita philosophuz non decet. Vbi tandē erit fortis ⁊ constās: vbi piculū sui faciet qui timet verbis. Fabian⁹ non erat negligens in oratione: sed securus. Itaq̄ nihil iuenies sordidū. Electa ꝟba sunt: nō captata: nec hui⁹ sæculi more contra naturā suā posita ⁊ inuersa: splendida tamen q̄uis sumant̄ e medio: sensus honestos ⁊ magnificos habet: nō coactos in sententia: ꝫ alti⁹ dictos Videbim⁹ q̄d pax recisum sit: quid pax strictū: quid nō huius recentis polituræ: cū circū⁹ spexeris oīa: nullas videbis angustias: inanis deest sane varietas marmorum: ⁊ concissura aquax cubiculis interfluentiū: ⁊ pauperis cella: ⁊ quicq̄d aliud luxuria non contenta decore simplici miscet: qđ dici solet domus recta est. Adiice nūc quod de cōpositione nō constat Quidā illam volunt esse ex horrido comptā. Quidā vsq̄ eo aspera gaudent: vt etiaz quæ melius casus explicuit: exindustria dissipēt: ⁊ clausulas abrūpant: ne ad spectatū resplendeant. Lege Ciceronē. Cōpositio ei⁹ vna est: pedē seruat. Curuat lenta: ⁊ sine infamia mollis. Et contra Pollionis Asinij salebrosa: ⁊ exiliens: ⁊ vbi minime expectes relictura. Deinq̄ apud Ciceronē oīa desinūt: apud Pollionē cadunt exceptis paucissimis: quæ ad certū modū ⁊ ad vnū exemplar astricta sunt. Humilia præterea tibi videri dicis oīa ⁊ pax erecta: q̄ vicio carere eū iudico. Nō sunt enī humilia illa: ꝫ placida. Nō sunt enī tenore quieto cōpositoq̄ formata: nec depressa: ꝫ plana. Deest illis orator⁹ vigor. Stimuli q̄q̄ quos quæris: ⁊ subiti ictus sententiax. Sed totū corpus videri q̄ sit comptū honestū est. Nō habet oratio eius: ꝫ debet dignitatē afferre quaz Fabiano possis præponere. Dic Ciceronē. Cui⁹ libri ad philosophiā ꝓnētes: pene totidē sunt q̄t Fabiani. Cedā: ꝫ nō statim. Pusillū est si q̄d maximo min⁹ est. Dic Asinīū Pollionē: Cedā: ⁊ nō respondeam⁹ in rē. Tāta enī res est post duos esse. Nomia adhuc Titū liuiū. Scripsit enī ⁊ dialogos: q̄s nō magis philosophiæ annumerare possis q̄ historiæ: ⁊ expfesso philosophiā cotinentes libros. Huic quoq̄ dabo locū. Vide tamē q̄ multos antecedat q̄ a tribus vincit̄ ⁊ trib⁹ eloquētissimis: ꝫ nō præstat oīa. Nō est fortis oratio ei⁹ q̄uis elata sit: nō est violēta nec torrens: q̄uis effusa sit: nō est ꝓspicua: ꝫ pura. Desideras inq̄s cōtra vicia aliq̄d aspere dici: contra picula animose: cōtra fortunā superbe: cōtra ambitionē cōtumelioſe. Volo luxuriā obiurgari: libidinez traduci: ipotentiā frangi. Sit aliq̄d oratorie: acre: tragice: grāde: comice: exile. Vis illū assidere pusillæ rei ꝟbis. Ille rex se magnitudini addixit. eloquentiā velut vmbrā nō hoc agēs trahit Nō erūt sine dubio singula circūspecta nec in se collecta: nec oē ꝟbū excitabit ac pungeт. Fatebor exibūt multa nec ferient: ⁊ interdū ociosa præterlabet oratio. Sed multū erit in oib⁹ locis: ⁊ ingens sine tedio spaciū. Deinq̄ illud præstabit: vt liqueat tibi illū sensisse quæ scripsit. Intelliges actuz hoc: vt tu scires q̄d illi placeret: nō vt ille placeret tibi: ad pfectum oīa tendūt: ⁊ ad bonā mentē non quærit̄ plausus: talia esse scripta eius non dubito: etiā si magis reminiscor q̄ teneo. Hæret q̄ mihi color eorz: non ex recenti conuersatione familiariter ꝫ summatim vt solet ex veteri notitia. Cū andirē certe illū. Talia mihi videbātur nō solida ꝫ plena: quæ adolescentē indolis bonæ attollerent: ⁊ ad imitationē sui vocarent: sine desperatione vincendi. Quæ mihi abhortatio videtur efficacissima. deterret enim qui imitandi cupiditatem non fecit spem abstulit. Cæterum verbis abundabat sine commendatione paratis. Singulaz in vniuersum magnificus. Vale. Explicit liber decimusextus.

Incipit liber decimusseptimus. Epistola centesimasecunda. De inopinato fati termino. Vbi notat eos qui longiorem vitam supplicio vel turpitudine pacisuntur.

Nnis dies omnis horax: q̄ nihil sum⁹ ostendit: ⁊ aliquo argumēto recēti admonet: fragilitatis oblitos: cū æterna meditantes respicere cogit ad mortem. Quid si istud principium vellet quæris Senicionem Cornelium Equitem Romanū splendidum et officiosum noueras ex tenui principio seipse promouerat: ⁊ iam illi declivis erat cursus ad cætera. Facilius enī crescit dignitas q̄ incipiet. Pecunia q̄q̄z circa pauptatē plurimū amorē habet dū ex illa ereptat. Hic etiā Senicio diuitijs iminebat: ad q̄s illū duæ res ducebāt efficacissimæ: ⁊ q̄rēdi: ⁊ custodiēdi scientia: q̄z vel altera locupletē facere potuisset. Hic bō sūmæ frugalitatis nō min⁹ patrimoniū

q̄ corporis diligens. Cū me ex cōsuetudine mane vidisset. Cū p totuz diem amico grauiter affecto 7 sine spe iacenti vsq̄ in noctē assedisset: cū hilaris cœnasset: genere valitudinis prę/cipiti arreptus anguinia glādula vix cōpressuz artatis faucibus spiritū traxit in lucē. Intra paucissimas ergo horas postq̄ oībus erat sam ac valētis officijs functus decessit. Ille qui 7 mari 7 terra pecuniā agitabat: q̄ ad publica quoq̄ nullū relinquēs inexpluz genus quæst⁹ accesserat: in ipso actu bene cædentiū rez: in ipso pcurrentis pecuniæ ipetu raptus est. Inse/re nunc Melibœe piros pone ordine vites. q̄ stultum est ætatē disponere nec crastino q̄dez dominamur. O quāta demētia est spes longas incohantiū Emam ædificabo. Credā exigā: honores geram. Cū deinde lassam 7 plenā senectutē in ocium referam. Omnia mihi crede: etiā fœlicibus dubia sunt. Nihil sibi quisq̄ de futuro debet pmittere. Id quoq; quod tene tur: per manus exit: 7 ipsam quā prærimus horā casus incidit. Voluit tempus rata quidē lege: sed p obscurū. Quid autē ad me: In naturæ certum sit q̄d mihi incertū est: Nauigati ones longas 7 paratis litoribus alienis: seros in patriā reditus: pponimus militiam: 7 ca strensium labor̄ tarda manu precia: pcurationes: officioruq̄ p officia processus. Cum in/terim ad latus mors est: quæ quoniā nunq̄ cogitatur: nisi aliena nobis subinde ingerūtur mortalitatis exempla nondū diutius: q̄ dum miramur hæsura. Quid autē est stultius q̄ miran id vllo die factum q̄d omnino potest fieri. Stat quidē terminus nobis vbi illum in exorabilis fatorum necessitas fixit. Sed nemo scit nostr̄ q̄ pe versetur termin⁹. Sic itaq; formemus animum tanq̄ ad extremū ventum sit. Nil differamus. Quotidie cuz vita pa/ria faciamus. Maximum vitæ viciuz est: q̄ iperfecta semper est: q̄ etiā aliquid ex illa differ tur. Qui quotidie vitæ suæ summam manum imposuit: nō indiget tempore. Ex hac autē indigentia timor nascatur: 7 cupiditas futuri excedens animā. Nihil est miserius dubitati/one vehementer irruentium quorsus euadant. Quantum sit illud q̄d restat: aut quale col/lecta mens inexplicabili formidine agitatur. Quomodo effugem⁹ banc volutationē. Vno si vita nostra non prominebit: si in se colligitur. Ille enim ex futuro suspenditur: cui irritus est præsens. Vbi vo quicquid mihi debuit redditum est: vbi stabilita mens scit: nihil in/teresse inter diē 7 sæculum. Quicq̄d deinceps diez rerumq̄ venturum est: ex alto prospicit 7 cum multo risu seriē tēporz cogitat. Quid enim varietas mobilitasq; casuum pturbabit si cert⁹ sis aduersus incerta. Ideo mi Lucilli ppera viuere: 7 singulos dies singulas vitas puta. Qui hoc modo se aptabit: cui vita sua quotidie fuit: secur⁹ est. In spe viuentib⁹: proxi mū quodq; tempus elabit̄: subitq; auiditas: 7 miserrim⁹ atq; miserrima oīa efficiet mœ/tus mortis. Illud vide Mecœnatis turpissimum votum: q̄d 7 debilitatem nō recusat 7 de formitatē: 7 nouissime acutam crucē: dummodo inter hæc mala spiritus progetur. Debi/lem facito manu: debilē pede. Coxa tuber: astrue giberum: lubricos quate dentes: vita duz supest bene est. Hanc mihi vel acutā si subdas crucem sustineo quod miserrimum erat: si incidisset optatur: 7 tanq̄ vita petitur supplicij mora. Cōtemptissimuz putarē: si viuere vel/let vsq; ad crucem. Tu vo inquit me debilites: licet dum spiritus in corpore fracto 7 inutili maneat depraues licet: dum monstruoso 7 deserto tēporis aliquid accedat: suffigas licet: et acutam sensuro crucem subdas: est tanti vulnus suum præmere: 7 patibulo pendere destri ctum: dum differat q̄d est in malis optimum supplicij finem: est tāti habere animā: vt agā Quid hinc optes nisi deos faciles? Quid sibi vult ista carminis effœminati turpitudo? Quid timoris dementissimi pactio? Quid tam fœda vitæ emendatio? Cui putas vnq̄ re citasse Virgilium vsq; adeo ne mori miseruz est: optat vltima malor̄: 7 quæ pati grauissi mum est: extendi ac sustineri cupit: qua mercede scilicet vitæ longioris. Quid autem hui⁹ viuere est diu mori? Inuenitur aliquis q̄ velit inter supplicia tabescere 7 perire membratim 7 toties per stillicidia amittere animā q̄ semel exhalare. Inuenitur qui velit adactus ad il lud infœlix lignum: iaz debilis: iam pranus: 7 in fœduz scapulaz ac pectoris tuber elisus cui multæ moriendi causæ etiam citra crucē fuerant: trahere animam tot tormenta tractu/ram. Negat nunc magnum beneficium esse naturæ: q̄ necesse est mori multa peiora paciscī adhuc parati sunt etiā amicum pdere vt diutius viuant: 7 liberos ad stuprum manu sua tradere: vt contingat lucem videre. Tot conscia scelerum exaudienda vitæ cupido est: dicen dum q̄ nihil interesse quando patiaris quod quandoq̄ patiendum est: q̄ bene viuas refert non q̄diu. Sæpe autem in hoc esse bene diu. Vale.

Epistola centesimatertia. Cauillatoriam ponit de claritate post mortem disputationem. Deinde philosophicæ de eadem diserit claritate.

Nomodo molestus est iucundum somnium videnti: qui excitat. aufert enim voluptatem etiã si falsum effectũ tamen vere habentem: sic epistola tua mihi fecit iuriã. reuocauit enim me cogitationi aptæ traditum: & iterum si licuisset vlteri9 iuuabat de æternitate animarum quærere. Immo mehercule credere. Credebam enim me facilem opinionibus magnorum virorum: rem gratissimã promittentium magis q̃ probantium. Dabã me spei tantæ: iam'erã fastidio mihi: iam reliquias ætatis infractæ contemnebã. In immensum illud tempus: & in possessionem omnis æui transituꝝ. Cum subito experrectus sum epistola tua acceptа: & tam bellũ somnium perdidi quod repetam si te dimisero: & redimam. Negat me epistola prima: totam quæstionem explicuisse: in quã probare conabaris q̃ nostris placet claritatem: quæ post mortem contingit bonũ esse. Id enim me nõ soluisse: quod opponitur nobis. Nullum inquiunt bonum ex distantibus. Hoc autẽ ex distãtibus constat. Quod interrogas mi Lucilli eiusdem quæstionis est: loci alterius: & ideo non hoc tantum: sed alia quoq̃ eodem pertinentia disseruimus. Quædaꝝ enim vt scis moralibus rationalia immixta sunt. Itaq̃ illam partem rectam & ad mores pertinentẽ tractauit. Nũ quid stultũ sit ac superuacuũ vltra extremum diem curas transmittere. An cadũt bona nostra nobiscũ: nihilq̃ sit eius qui nullus est. An ex eo quodcunq̃ erit sensuri sumus: anteq̃ aliquis fructus percipi aut peti possit. Hæc aũt omnia ad mores spectãt. Itaq̃ suo loco ista sunt. Vtq̃ a dialecticis contra hãc opinionẽ dicunt: segreganda fuerunt: & ideo sepositа sunt. Nunc quia oĩa exigis: oĩa quæ dicunt p̃sequar: deinde singulis occurram: nisi aliud prædixero intelligi non poterunt quæ refellentur. Quid est q̃ præcidere velim? Quædã cõtinua esse corpora: vt hominẽ. quædã cõpositа esse: vt nauẽ: domũ. Omnia deniq̃ quoꝝ diuersæ partes iunctura inunuꝫ sunt coactæ. Quædã ex distantib9 quoꝝ adhuc membra separata sunt tanq̃ exercitus: populus: senatus. Illi enim p̃ quos ista corpora efficiũt: iure aut officio cohærent: natura deducti & singuli sunt. Quid est quod etiaꝫ nunc præcidere velim? Nullũ bonũ putamus esse quod ex distantib9 constat. Vide enĩ spiritu vnũ bonũ cõtineri ac regi debet: vnũ esse vnius boni principale. Hoc si quando desideraueris p̃ se p̃bat. Interim ponendũ fuit: quia in nostra tela mittũtur. Dicis inquit nullũ bonũ ex distantib9 esse. Claritas aũt ista bonoꝝ virorũ secũda opinio est. Nã quomodo fama nõ est vni9 sermo nec infamia vnius mali existimatio: sic nec claritas vni bono placuisse. Cõsentire ĩ hoc plures insignes & præstantes viri debent vt claritas sit. Hæc aũt ex iudicijs pluriũ efficit: id est distantiũ. ergo nõ est bonũ. Claritas inquit laus est a bonis bono reddita laus. oratio vox est aliquid significãs. Vox est aũt licet virorũ sit bonũ. Nã & plaudit & sibilat: sed nec plausum quisq̃ nec sibilũ licet oĩa eius admiretur & laudet bonũ dicit nõ magis q̃ stranutamẽtum aut tussim. ergo claritas bonũ non est. Ad summã dicite nobis vtꝝ laudãtis: an laudari bonũ sit. Si laudãtis bonũ esse dicitis: tam ridiculã rem facitis: q̃ si affirmetis meum esse q̃ alius bene valeat. Sed laudare dignos honesta actio est: ita laudãtis bonũ est cuius actio est nõ nostꝝ q̃ laudamur. Vtqui hoc quærebat: respondebo nũc singulis cursim. Primũ an sit aliq̃d ex distantib9 bonũ. Etiã nũc quæriẽ: & pars vtraq̃ sententias habet. Deinde claritas desiderat multa suffragia: potest & vnius boni viri iudicio esse contenta. Nos bonus bonos iudicat. Quid ergo inq̃t & fama erit vni9 hominis existimatio: & infamia vni9 malignus sermo? Gloriã quoq̃ inquit latius fusaꝫ intelligo. Consensum enim multoꝝ exigit. Diuersa hoꝝ conditio est: & illius est. Quare? Quia si de me bene vir bonus sentit: eodem loco sum: quo si oẽs boni idẽ sentirent. Oẽs enim si me cognouerint idẽ sentiẽt. Par illis idemq̃ iudiciũ est: æque vera inficiscit: dissidere nõ possunt: ita p̃ eo ac si omnes idem sentiunt: quia aliud sentire non possunt ad gloriam & famaꝫ non est satis vnius opinio. Illic enim potest vni9 sententia quod omniũ: qa omniũ si proget vna erit. Hic diuersa dissimiliũ iudicia sunt: difficiles affect9. Dubia oĩa inuenias leuia suspecta. Putas tu posse sententiã vnã omniũ esse? Nõ est vni9 vna sentẽtia. Illi placet verũ. Veritatis vna vis: vna facies est. Apud hos falsa sunt qb9 assentiunt. Nũq̃ aũt falsis cõstãta est. Variant & dissident. Sed laus inq̃t: nihil aliud q̃ vox est. Vox aũt bonũ nõ est: cũ dicant claritatẽ laudẽ esse bonoꝝ a bonis reddi. Iam nõ ad vocem referunt: sed ad sententiã. Licet enĩ vir bon9

t aceat: sed aliquē iudicet vignum laude esse laudat⁹ est. p: ætera aliud est laus: aliud laudatio. hæc 7 voces exigit. Itaq; nemo dicit laudē funebrem ꝫ laudationē: cuius officiū oratione constat. Cū dicimus aliquem laude dignū: non verba illa benigna hominū: sed iudicia promittimus. Ergo laus etiam taciti est bene sentientis: ac bonum virum apud se laudantis. Deinde vt dixi ad animū refertur: laus non ad verba: quæ conceptam laudem egerūt 7 innocentiam plurium emittunt. Laudat qui laudandus esse iudicat. Cum tragicus ille apud nos ait: magnificū esse laudari a laudato viro laude digno ait. Et cū æque antiquus poeta ait: Laus a litterens: non laudatione dicit: quæ corrumpit artes. Nihil enim æque: 7 eloquentiaz: 7 omne aliud studiū auctoribus deditū viciauit: q̄ popularis assentio. Fama vtiq; vocem desiderauit. Claritas enim potest vocē contingere: contenta iudicio plena est. Non tantū inter tacētis: sed etiā inter reclamantis. Quid intersit inter claritatē 7 gloriā dicam. Gloria multoꝝ iudiciꝫ constat: claritas bonoꝝ cui⁹ inquit bonū est claritas. Idē laus bonis a bono reddita. Vtriq; laudari: an laudantis? Vtriusq; meū qui laudo: quia natura me amantē omniū genuit 7 benefecisse gaudeo: 7 gratos me iuuenisse virtutiz interpretes lætor. Hoc plurimū bonū est q̄ grati sunt: sed 7 meū. Ita enim animo cōpositus suz: vt aliorꝝ bonū meū iudicē. Vtiq; eoꝝ quibus ipsi sum boni causa est istud laudantiū bonū. Virtute enī geris. Omnis autē virtutis actio bonū est. Hoc cōtingere illis nō potuisset: nisi ergo talis essem. Itaq; vtriusq; bonū est merito laudari. Tā mehercule: q̄ me iudicasset: iudicātis bonū est: 7 eius ꝫm quē iudicatū est. Nūquid dubitas quin iusticia 7 habentis bonuz sit: 7 ante bonū sit eius cui debitū soluit? Mærentē laudare iusticia est. igitur vtriusq; bonū est. Cauillatoribus istis abunde respondebimus. Sed nō debuit hoc nobis esse ꝓpositum argutia disserere: 7 philosophiā in has angustias ex sua maiestate detrahere. Quanto satius est ire apta via 7 recta: q̄ sibiipsi flexus disponere: quos cuz magna molestia debeas relegere? Neq; enī quicq̄ aliud istæ disputatiōes q̄ iter se perite captātiū lusus. Dic potius q̄ naturale sit in īmensum mentē suā extēdere. Magna 7 generosa res est humanus animus: nullos sibi poni nisi cōmunes: 7 cū deo terminos patit. Primum humilem non accipit patria Ephesum aut Alexandriā: aut si quod est etiā nunc frequētius oculis latius vectis: solū illi patria est quodcūq; suprema 7 vniuersa circuitu suo cingitur. Hoc omne connexum inter quod iacet maria cū terris: inter quod aer humanis diuina secernens: iam coniungit. In quid disposita tot numina in actus suos excubant: deinde actam ætatē sibi dari non sinit. Omnes inquit ante me sunt. Nullū ingenium magis sæculis dusum est: nullū nō cogitationi parū tempus. Cū nouerit dies ille qui mixtum hoc diuini humaniq; secernat temp⁹. Dic vbi iueni relinquā: ipse me diei reddā: nec nunc sine illis sum: ꝫ graui terrenoq; detineor per has mortales æui moras. Illi meliori vitæ: longioriq; pludit. Quemadmodū nouem mensibus nos tenet matern⁹ vterus: 7 præparat nō sibi: sed illi loco in quē videmur emitti. Iam idonei spiritum trahere: 7 in aperto durare super hoc spaciū: qd̄ ab infantia paret in senectutē: in alium mature sumimus partuz. Alia longa nos expectat: alius rer⁹ stat⁹. Nondū cœlum nisi ex intervallo pati possum⁹. Proinde intrepidus horam illā decretoriaz pspice. Non est animo suprema: sed corpori. Quicquid circa te iacet rex: tanq̄ hospitalis loci sarcinas spectat. Transeundū est. Exeunt redeuntē natura sicut intrantē. Nō licet plus efferre q̄ intuleris. Immo etiā ex eo qd̄ ad vitā attulisti: pars magna ponendū est. Detrahentur ubi hæc circūtecta: nouissimuz vlamentum tui cutis: detrahet caro 7 suffusus sanguis discurrentesq; p totū detrahent ossa neruiq; firmamēta fluidoꝝ ac labentiū. Dies iste quē tanq̄ extremum reformidas: æterni natalis est. Depone onus. Quid cūctaris: tanq̄ nō prius quoq; relicto: in quo latebas corpore exiteris? Pœres reluctaris. tū quoq; Magon nisu matris expulsus es. Gemis: ploras: 7 hoc ipsum fiere nascentis est. Sed tūc debebat ignosci. Rudis 7 imperitus omniuz veneras ex maternoꝝ viscerum calido molliq; fomero emissuz: afflauit aura liberior. Demū offendit durę manus tactus terreq; adhuc 7 nullius rei gnarus obstipuisti inter ignota. Nunc tibi non est nouū separi ab eo cui⁹ ante pars fueris: æquo aio membra iam supuacua dimitte: 7 istud corpus inhabitatū diu pone. Scindet: obruet: abolebit. Quid cōtristaris? Ita solet fieri. Pereunt sæpe vlamēta nascentiū. Quid usta si diligis quasi tua? Istis optus es. Veniet qui te releuet dies: 7 ex cōtumelio fœdi: atq; olidi ventris educat. Huic nūc quoq; tu quātū potes subuolutari: quæ

niſi etiã neceſſarijs cohærebit alienus: tam huic altius aliquid: ſublimiuſq; meditare. Mi quando naturæ tibi arcana retegentur: diſcutietur iſta caligo: & lux undiq; clara percutiet. Imaginare tecũ quantus ille ſit fulgor: tot ſideribus inter ſe lumine miſcentib⁹. Nulla ſere nũbis umbra turbabit: & qualiter ſplendebit omne cœli latꝰ. Dies & nox aeris infimi vices ſũt Tunc in tenebris vixiſſe te dices: cũ totam lucem & totus aſpexeris. Quoniam nunc p̃ angustiſſimas oculorum vias obſcure intueris: & tamen admiraris illam procul. Quid tibi videbitur diuina lux cum illam ſuo loco videris. Hæc cogitatio nihil ſordidũ animo ſubſidere ſinit: nihil humile: nihil crudele. Deos omniũ rerum eſſe teſtes ait. Illis non approbari: illis in futurum parari iubet & æternitatem p̃ponere: quam qui mente concipit nullus horret exercitus: non terretur tuba: nullis ad timorem minis agitur. Quid ni non timeat: qui mori ſperat? Se quoq; qui taꝫ diu animũ iudicat manere: q̃diu retinetur corporis vinculo ſolutum ſtatim ſpargit: id agit: vt etiam poſt mortem vtilis eſſe poſſit. Quis enĩ ipſe ereptus ſit oculis: tamen multa viri virtus animo: multumque recuſat gentis bonos. Cogita quantum nobis exempla bona proſint. Scies magnorum virorum non minus præſentiam eſſe vtilem q̃ memoriam. Vale.

Epiſtola centeſimaquarta. De pernicie inſidiarum quæ ſunt ex homine. de hominis officio. Et quomodo philoſophia vtendum ſit.

Vid iſta circũſpicis quæ tibi poſſunt fortaſſe euenire: ſed poſſunt & non euenire. incidentium dico ruinam: aliqua nobis incidunt: non inſidiantur. Illa potius fidere: illa deuita quæ nos obſeruant: quæ captant: pares ſunt caſus etiam ſi graues naufragium facere: vehiculo euerti. Ab homine homini quotidianum periculuꝫ. Aduerſus hoc te expedi: hoc intentis oculis intuere. Nullum eſt in alium frequentius: nullum pertinacius nullum blandius. Tempeſtas minatur anteq̃ ſurgat. Crepant ædificia anteq̃ corruãt: prænunciat fumus incendium. Subita eſt ex homine pernicies: & eo diligentius tegitur quo p̃pius accedit. Erras ſi iſtorum tibi qui occurrunt vultibus credis: hominum effigies habet animos ferarum: niſi q̃ illæ pernicioſior eſt primus incurſus: quos tranſire non quærunt Nunq̃ enim illas ad nocendũ niſi neceſſitas inũcit. Hæc autem aut fame: aut timore coguntur ad pugnã. Homini perdere hominem libet. Tu tamen ita cogita q̃ ex homine periculũ ſit: vt cogites quid ſit hominis officium. Alterũ intuere ne lædaris: alterum ne lædas Commodis omnium læteris: mouearis incommodis: & memineris quæ præſtare debeas quæ cauere. Sic viuendo quid cõſequeris. Nõ ne te noceant: ſ ne fallant. Quantũ autem potes ĩ philoſophiã ſecede: illa te viſu ſuo pteget. In huiꝰ ſacrario eris: aut tutꝰ: aut tutior: non arietant inter ſe ſenes vt eodẽ ambulantes. Quid autẽ ipſam philoſophiã nõ debebis iactare. Multis fuit periculis cauſa inſoleter tractata: & cõtumaciter tibi vicia detrahat: nõ aliꝫ exprobret: nõ abhorreat a publicis moribꝰ: nec agat: vt quicquid non facit damnare videatur. Licet ſapere ſine pompa: ſine inuidia. Vale. Explicit liber decimuſeptimus.

Incipit liber decimuſoctauus. Epiſtola centeſimaquinta. Qualiter ſeceſſio in ocium vel peregrinatio non p̃ſit ſed noceat ſine curatiõe animi. Et de magnanimitate & excellentia humani ſpiritus: quẽ non labor em vel mortẽ timere exemplo Socratis & Catonis inſinuat.

Momentanuꝫ meum fugi. Quid putas? vrbem imo febrẽ: & qd̃ ſurrepentem iam manũ mihi intexerat: p tinꝰ itaq; parari vehiculũ iuſſi: Paulina mea retinẽte. Medicus initia eſſe dicebat mortis veniſſet incertis: & naturalẽ turbantibꝰ modum exire p̃ſeuerauit. Illud mihi in ore erat domini mei Galionis: qui cũ in Achaia febrẽ habere cœpiſſet: p tinus nauẽ aſcendit: damitans non corporis eſſe: ſed loci morbũ. Hoc ego Paulinæ meæ dixi: quæ mihi valitudinẽ meã cõmendat. Nam cuꝫ ſcias ſpiritũ illiꝰ in meo verti: incipio vt illi cõſulã mihi cõſulere: etiã quo me fortiorẽ ſeneciꝰ ad multa reddiderit. Hoc beneficiũ ætatis amitto. Venit mihi in mentẽ in hoc ſemen & adoleſcẽte eſſe cui parcitur. Itaq; quoniam ego ab illa non impetro vt me fortius amet. Impetrat illa: vt me diligentius amem Indulgendũ eſt enim honeſtis affectibus: & interdũ etiam ſi præmunt cauſæ: ſpiritꝰ in honorem ſuorum: vel cum tormento reuocandus: & in ipſo ore retinẽdus eſt. Cum bono viro

viuendum sit: non q̄diu viuat: sed q̄diu oportet. Ille qui non vxorem non amicum tanti putat vt diutius in vita commoretur: qui perseuerat mori delicatus est. Hoc quoque imperet sibi animus vbi vtilitas suorum exigit. Nec tantū sibi vult mori sed si cœpit: intermittat & suis commendet. Ingentis animi est: aliena causa ad vitam reuerti: quod magni viri sæpe fecerunt. Sed hoc quoque summæ humanitati existimo: senectutem suam cuius maximus fructus est securio: sui tutela & vitæ vsus animosior. Attentius si scias aliquid tuorum esse dulce: vtile: optabile. Habet præterea in se: non mediocre ista res gaudium & mercedem. Quid enim iucundius q̄ vxori tam chaꝛ esse: vt propter hoc tibi chario: fias? Potest itaq; Paulina mea non tantum suum mihi timorem imputare: sed etiam meū. Quæris ergo quomodo mihi consiliū profectionis cesserit. Vt primum grauitatem vrbis cōcessi & illum odorem culinarum fumantium quæ in ore quicquid pestiferi vaporis obruunt: cuꝫ puluere effundunt: primus mutatam valitudinem sensi. Quantum deinde adiectū putas viribus postq̄ vineas attigi in pascuum emissus: cibuꝫ meum in vase repetiui. Ergo tā me nō permansit marcor: ille corporis dubij: & male cogitaris. Incipio toto animo studere. Nō multum ad hoc locus confert nisi seipsi præstat animus qui se certum & in occupationibus medijs si volet habebit. At ille qui regiones eligit & ocium captat: vbique quod stringatur inueniet. Nā Socratem querenti cuidam q̄ nihil sibi peregrinationes profui ssent: respondisse ferunt: Non immerito hoc tibi euenit. Tecum enim peregrinaberis. O q̄ bene cuꝫ quibusdam ageretur si a se aberrarent. Nunc primū seipsos sollicitant: corrumpunt: territant Quid prodest mare traijcere: & vrbes mutare? Si vis ista quibus vrgeris effugere: non alibi sis oportet: sed ali⁹. Putes venisse te Athenas. Puta Rhodon. Elige arbitrio tuo ciuitatem. Quid ad rem pūnet quos illa mores habeat tuos afferes. Diuitias iudicabis bonum. Torquebit te paupras: & quod est miserrimum falsa. Cuius enim multuꝫ possideas tamen qui alicubi situs habet: quanto tibi videris defici: quanto vinceris. Honores iudicas bonum. Male te habebit ille consul factus. ille etiā refectus videberis: quotiēs aliquē in fastis sæpius legeris. Tant⁹ erit ambitionis furor: vt nemo tibi post te videat: si aliquis ante te fuerit: primum malum iudicabis mortem: cum illa nihil sit mali: nisi q̄ ante ipsam est timeri. Exterrebunt te non tantum pericula: sed suspitiones: vanis semper agitaberis. Quid enim pderit eu asisse tot vrbes argolicas: mediosque fugā tenuisse per hostes? Ipsa pax timores subministrabit. Ne tutis quidē habebitur fides. Consternata semel mēte quæ vbi consuetudinem pauoris improuidi fecit: etiā ad tutelā salutis tuæ inhabilis es. nō enim vitat sed fugit. magis autem periculis latemus auersi. Grauissimum iudicabis malum: ali⁹ quem ex his quos amabis amittere: cū interim hoc tam ineptum erit q̄ flere: q̄ arboribus amœnis: & domū tuam ornantibus decidant folia. Quicquid te delectat æque videt vt videret duꝫ viueret. Diuinā alium alio die casus excutiet. Sed quemadmodum frondiuꝫ ia cura facilis est quia renascuntur: sic istorum quos amas quousque oblectamenta vitæ putas esse damnum: quia reparantur etiā si non renascuntur: sed non erunt idem ne tu quidē idem eris. Omnis dies: omnis hora te mutat: sed in alijs rapina facilius ageret. hic latet: q̄a nō ex aperto fiet: alij auferunt: at ipse nobis furto subducimur. Horum nihil cogitabis ab his nec remedia vulneribus oppones: sed ipse tibi seres sollicitudiuū casus. Alia sperando: alia desperādo. Si satis alterum alteri misces: nec sperabis sine desperatione: nec desperabis sine spe. Quid per se pdesse peregrinatio cuiq̄ potuit? Non voluptates illa temperauit: non cupiditates refrenauit: non iras repressit: non indomitos amoris impet⁹ fregit: nulla denique animo mala eduxit: non iudiciuꝫ dedit: non exussit errorem: sed vt puerum ignota mirantem ad breue tempus rerū: aliqua nouitate detinuit. Cæterum inconstātia mentis quæ maxime ægra est lacessit: mobiliorē leuiorem que redit ipsa tractatio. Itaq; quæ petierant cupidissime loca cupidius deserunt: & animum modo transuolant: citiusq; q̄ venerant abeunt. Peregrinatio noticiam dabit gentium: nouas tibi montiū formas ostendet: inusitata spacia camporum: & irriguas perennibus aquis valles: & alicuius fluminis sub obseruatione naturaꝫ: siue vt Nilus æstiuo incremento tumet: siue vt Tigris eripitur ex oculis: & acto per occulta cursu integræ magnitudini redditur: siue vt Menander poetarum omnium exercitatio & ludus implicatur crebris anfractibus: & sæpe in vicinuꝫ alueo suo admotus anteq̄ sibi influat flectitur. Cæterum neq; meliorem facient neq; saniorem.

Inter studia versandum est: & inter auctores sapientiæ: vt quæsita discamus: nondum inuenta quæramus. Sic eximendus animus: ex miserrima seruitute in libertatem asseritur. Quidiu quidem nescieris: quid fugiendum: quid petendum: quid necessarium: quid superuacuum: quid iustum: quid honestum sit: non erit hoc peregrinari: sed errare. Nullam tibi opem ferret iste discursus. Peregrinaris enim: cum affectibus tuis: & mala te tua sequũtur: vtinam quidem sequerentur longius abessent nunc fers illa non ducis. Itaque vbique te præmunt & paribus incommodis vrunt. Medicina ergo non regio quærenda est. Fregit aliquis crus: aut extorsit articulum: non vehiculum nauemque conscendit: sed aduocat medicum: vt fracta pars iungatur: vt laxata in locum reponatur. Quid ergo animum: tot locis fractum & extortum credis locorum mutatione posse sanari? Maius est istud malum: q̃ vt gestatione curetur. Peregrinatio non facit medicum: nõ oratorem. Nulla ars loco discitur. Quid ergo? Sapientia res omnium maxima in itinere colligitur? Nullum enim mihi crede iter est: quod se extra cupiditates: extra iras: extra mœtus sistat: aut si q̃ esset agmini facto: gens illuc humana pergeret. Tamdiu ista vrgebunt mala macerabuntque per terras ac maria vagum: q̃diu malorum gestaueris causas. Fugam tibi non prodesse miraris. Te cum sunt quæ fugis. Te igitur emenda: onera tibi detrahe: & emenda desideria. Intra salutem modum contine. Omnem ex animo erade nequiciam. Si vis peregrinationes habere iucundas: tuum comitem sana. Hærebit tibi auaricia: q̃diu auaro sordidoque cõuixeris. Hærebit timor: q̃diu super conseruaberis. Nunq̃ sæuiciam in tortoris contubernio pones. Incendent libidines tuas adulterorum sodalicia. Si velis vicijs exui: longe a vitiorum exemplis recedendum est. Auarus: corruptor: sæuus: fraudulentus multum nocituri si prope a te fuissent. Intra te sunt. Ad meliores transi. Cum Catonibus viue. Cum Lælio. Cum Thuberone: q̃ si conuiuere etiam Græcis iuuat: cum Socrate: cum Zenone versari. Alter te vocabit mori si necesse erit. Alter anteq̃ necesse erit. Viuere cum Chrysippo: cum Posidonio. Hi tibi tradent diuinorum humanorumque noticiam. Hi videbuntur in opere esse: nec tantum scire loqui: & in oblectationem audientium verba iactare: sed animum indurare: & aduersus minas erigere. Vnus est enim huius vitæ fluctuantis & turbidæ portus Euentura contemnere. Stare fidenter ad portum: tela fortunæ aduerso pectore excipere: non latitantem: nec tergiuersantem. Magnanimes nos natura produxit: & vt quibusdam animalibus verum dedit: quibusdam subdolum: quibusdam pauidum. Ita nobis glorioſuz & excœlsum spiritum quærentem vbi honestissime: non vbi tutissime iuuat: similimũ mundo: quem quantum mortalium passus licet: sequitur æmulaturq̃ profert se laudari & aspici credit. Omnium est. Supra omnia est. Itaque nulli se rei submittit: nihil illi videat graue: nihil quod virum incuruet. Terribiles visu formæ: lætumq̃ laborq̃ minime quidem rectis oculis intueri illa possis: & tenebras perrumpere: multa per noctem habita terrori: dies vertit ad risum. Terribiles visu formæ lætumq̃ laborq̃. Egregie Virgilius noster iure dixit terribiles esse: sed visu id videri non posse. Quid inquã in istis est taz formidabile: q̃ fama vulgauit? Quid est obsecro te Lucilli cur timeat labore vir? mortẽ homo? Toties mihi occurrunt isti qui non putant fieri posse: quicquid facere non possunt: & aiunt hos loq̃ maiora: q̃ quæ natura humana sustineat. Et quanto ego de illis melius existimo: ipsi quoq̃ hæc possunt facere: sed nolunt. Denicq̃ quem vnq̃ ista destituere tentantem: cui non facilio-ra apparuere in actu: non quia difficilia sunt: non audemus. sed quia non audemus difficilia sunt. Si tamen exemplum desideratis: accipite Socratem perpetitum semen: per omnia aspera iactatum. inuictum tamen ex paupertate: quam grauiorem illi domestica onera faciebant: & labores quos militares quoque pertulit: quibus ille domuit exercitus: siue vxorem eius moribus feram: lingua petulantem: siue liberos indociles: & matri q̃ patri similiores. Si vere: aut in bello fuit: aut in tyrannide. Aut in libertate: bellis ac tyrannis seniore: viginti & septem annis pugnatum est post finita arma triginta annis noxæ dedita est ciuitas: ex quibus plærique inimica erant: nouissima damnatio est sub grauissimis hominibus impleta: oblecta est & religionum violatio: & iuuentutis corrupta: quem immittere in deos: in partes: in. K. P. dictus est. Post hæc caccer: & venenum: vsque eo animum Socratis non mouerant: vt ne vultum quidem mouerint. Illam mirabilem laudem: & singularem. vsque ad extremum: nec hilariorem quisq̃: nec tristiorem Socratem vidit: æqualis

fuit in tanta inæqualitate fortunæ. Vis alterū exemplum? Recipe hunc Marcū Catonē rencensorem: cum quo ꝙ infestius fortuna egit: ꝙ pertinacius. Cui cum omnibus locis obsti tisset: nouissime: ꝙ in morte ostendit: tamen virum fortem: posse inuita fortuna viuere: inui ta mori. Tota illa ætas: aut in armis est exacta ciuilibus: aut intacta: concipiente iaꝫ ciuile bellum. Et hunc licet dicas non minus ꝙ Socratē inseruisse dixisse nisi forte. C. Pompeiū ꝙ Cæsarem: ꝙ Grassum putas libertatis socios fuisse. Nemo mutatum Catonem: totiens mutata. K. P. vidit: eundeꝫ se in omni statu præstitit. In prætura: in repulsa: in accusati one: in prouincia: in cōcione: in exercitu: in morte deniq; in illa. K. P. trepidatione: cū illinc Cæsar esset decem legionibus pugnatissimis subnixus totis externarū gentium præsidijs. Hinc. C. Pompeius satis vnus aduersus omnia: cum alij ad Cæsarem inclinarent: alij ad Pompeium. Solus Cato fecit aliquas. K. P. partes. Si animo cōplecti volueris in illi⁹ imaginem temporis: videbis illic plæbem: ꝙ omnē erectum ad res nouas vulgum. Hinc optimates: ꝙ equestreꝫ ordinem. Quicquid erat in ciuitate sancti ꝙ electi: duos in medio re lictos. K. P. ꝙ Catonem. Miraberis inquā cum animaduerteris vtrīdem: Priamumq; ꝙ sæuum ambobus Achillem. Vtrū q; eniꝫ improbat: vtrū q; exarmat. Hāc fert de vtroq; sententiam. Vit se: si Cæsar vicerit moriturum: si Pompeius exulaturꝫ. Quid habebat quod timeretur? Quid sibi ꝙ victo ꝙ victori constituerat? Quæ constituta esse: ab hostibus iratissimis poterant? Perijt itaq; ex decreto suo. Vides posse homines labores pati per me dias Aphricæ solitudines pedes duxit exercitum. Vides posse tolerari sitim: ꝙ in collibus arentibus: sine vllis impedimentis. Victi exercitus reliquias trahens: inopia humoris lo ricatus tulit ꝙ quotiens aquæ fuerat occasio: nouissimus bibit. Vides honorem ꝙ notam posse contemni. Eodem quo repulsus est die: in comitio pila lusit. Vides posse non timeri potentiam superiorum: ꝙ Pompeium ꝙ Cæsarem: quorum nemo alterum offendere aude bat: nisi vt alterum demeretur simul prouocauit. Vides tam mortem posse contemni q; exi lium: ꝙ exilium sibi indixit ꝙ mortem: ꝙ interim bellum. Possumus itaq; aduersus ista tan tum haberi animi: libeat modo subducere iugo colluꝫ. Imprimis autem restituendo volu ptates eneruant ꝙ effœminant. ꝙ multuꝫ petunt: multum autem a fortuna petenduꝫ est. De inde sperandæ opes auctoramenta sunt seruitutum. Aurum ꝙ argentū: ꝙ quicquid aliud fœlices domos onerat relinquatur. Non potest gratis constare libertas. Hāc si magno æsti mas: omnia paruo æstimanda sunt. Vale.

Epistola centesimasexta Quattuor esse quæ hominem in perniciem hominis instigant. ꝙ quomodo singulorū eorum nitetur incommo dum. Et q magna pars securitatis est nihil inique facere.

Hæ obseruanda tibi sint: vt tutior viuas dicam. Tu tamen sic audias censeo ista præcepta: quomodo si tibi præciperem: qua ratione bona valitudo inardeat mo/ tu erroris. Considera quæ sint quæ hominem in perniciem hominis instigēt. Inue nies spem: inuidiam: odium: mœtum: contemptuꝫ. Ex omnibus istis: adeo leuissimus est contemptus: vt multi in illo remedij causa delituerint. Quem quis contemnit calcat sine dubio: sed transit. Nemo homini contempto pertinaciter: nemo diligenter nocet: etiam in acie iacens præteritur: cum stante pugnatur. Spem improborum vitabis: si nihil habue/ ris quod cupiditatem alienam ꝙ improbam irritet: si nihil insigne possideris. Concupiscūt enim etiam si parum nota sunt. Sic raro inuidiam effugies: si te non ingesseris oculis: si bo na tua non iactaueris: si scieris in sinu gaudere. Odium autē ex offensa hoc vitabis: nemi/ nem lacessendo aut gratificando: a quo te sensus communis tuebitur. fuit enim hoc multis periculosuꝫ. Quidam odium habuerunt: nec inimicum. Illud ne timearis præstabit tibi ꝙ fortunæ mediocritas: ꝙ ingenij leuitas cum te esse homines scient: quem offendere sine pe/ riculo possunt. Reconciliatio tua ꝙ facilis sit ꝙ certa. Timeri autem tam domi molestum est q; foris: tam a seruis: q; a liberis. Nulli non ad nocendum satis virium est. Addice nūc q qui timetur: timet. Nemo potuit terribilis esse secure. Contemptus supereſt cuius modum in sua potestate habet: qui illum sibi adiunxit: qui contemnitur quia voluit: non quia de/ buit. Huius incommodum: ꝙ artes bonæ discutiunt: ꝙ amicitiæ eorum qui apud aliquē potentem potentes sunt: quibus applicari expediet: non implicari: ne pluris remedium: q; periculum constet. Nihil tantum æque proderit: q; quiescere: ꝙ minimum cum alijs loqui

plurimum ſecum. Eſt quædã dulcedo ſermonis: quæ irrepit & blandit: & nõ aliter q̃ ebrietas: aut amor ſecreta producit. Nemo quod audierit tacebit: nemo quãtũ audierit loquet. Qui rem nõ rogauerit: non tacebit auctorem. Habet vnuſquiſq; aliquem cui tantũ credit: quantum ipſi creditum eſt: vt garrulitatem ſuam cuſtodiat: & contentus ſit vnius auribus populum faciet. Sic quod modo ſecretum erat rumor eſt. Securitatis magna portio eſt: nihil inique facere. Cõfuſam vitam & perturbatam impotentes agunt: tantum metuũt quãtum nocent: nec vllo tempore vacant. Trepidant enim cũ fecerunt. Hæret conſciẽtia aliud agere non patitur: ac ſubinde reſpõdere ad ſe cogit: dat pœnas quiſquis expectat. quiſquis autem meruit expectat. Tutum aliqua res in mala conſcientia præſtat: nulla ſecurũ. Putat enim ſe etiam ſi non deprehenditur poſſe deprehendi: & inter ſomnos mouetur: & quoties alicuius ſcelus loquitur: de quo cogitat. Non ſatis illi ſolute oblitteratum videtur non ſatis tectum. Nocens habuit aliquando latendi fortunam: nunq̃ fiduciam. Vale.

Epiſtola centeſimaſeptima Quod affectus animi ſicut corporũ captioſe diſputat: quam diſputationem eueſtigio damnat.

Ardius reſcribo ad epiſtolas tuas: non quia diſtrictus occupationibus ſum: hãc excuſationem caue audias. Vacó & omnes qui volunt vacãt. Neminẽ res ſequũt ipſi illas amplexant: & argumentũ eſſe fœlicitatis occupationẽ putant. Quid ergo fuit: quare non protinus reſcriberem ei de quo quærebas? Veniebat in contẽptum operis mei. ſcis enim memoralem philoſophiam velle complecti: & omnes ad eam pertinẽtes quæſtiones explicare. Itaq; dubitaui vtrum differrem te an donec ſuus iſti rei veniret locus: ius tibi extra ordinem dicerem. Humanius viſum eſt: tam longe venientem: non detinere. Itaq; & hoc ex illa ſerie rerum cohærentium excerpam: & ſi qua erunt huiuſmodi: non quærenti tibi vltro mittam. Quæ ſint hæc interrogas? Quæ ſcire magis iuuat q̃ prodeſt. Sicut hoc de quo quæris bonum an corpus ſit bonum prodeſt. Facile enim quod facit corp⁹ eſt bonum: agitat animum: & quodammodo formar & continet. Quæ ergo propria ſũt corporis: quæ corporis bona ſũt: corpora ergo ſunt & quæ animis ſunt. Nam & hoc corp⁹ eſt bonum: hominis neceſſe eſt corpus ſit: cuius ipſe ſit corporalis. mentior: niſi & quæ alũt illud & quæ valitudinem eius: vel cuſtodiunt vel reſtituunt: corpora ſunt: ergo & corpus eſt bonum eius. non puto te dubitaturum an affectus corpora ſint. Vt aliud quoq; de quo nõ quæris inſulciam tanq̃ ira: amor: triſtitia. Si dubitas an vultum nobis mutent: an frontem aſtringant: an faciem diffundant: an ruborem euocent: an fugientem ſanguinẽ. Quid ergo tã manifeſtas corporis notas credis in crimine niſi a corpore? Si affectus corpora ſunt & morbi animorum: & auaritia: crudelitas: indurata vitia: & in ſtatum inemendabilem adducta. Ergo & malitia: & ſpecies eius omnis malignitas: inuidia: ſuperbia. Ergo & bona. primũ quia cõtraria iſtis ſunt. Deinde quia eadem tibi iudicia præſtabunt. An non vides quantũ oculis det vigorem fortitudo? Quantã intentionem prudentia? Quantam modeſtiam & quietem reuerentia? Quantam ſerenitatem lætitia? Quantam rigorem ſæueritas? Quantam remiſſionem veritas? Corpora ergo ſunt: quæ colorem habitũq; corporum mutant: quæ in illis regnum ſuũ exercent. Omnes autem quas rettuli virtutes bonæ ſunt: & quicquid ex illis eſt. Nunquid eſt dubiũ an id quo quid tangi poteſt: corpus ſit? Tangere enim & tangi: niſi corpus nulla poteſt res: vt ait Lucretius. Omnia autẽ iſta quæ dixi: non mutarent corpus niſi tangerent: ergo corpora ſunt. Etiam nunc cui tanta vis eſt: vt impellat & cogitat: & retineat: & iubeat: corpus eſt. Quid ergo non timor retinet? Non audacia impellit. Non fortitudo immittit: & impetum dat? Non moderatio refrenat ac reuocat? Non gaudium extollit? Non iuſticiam abducit? Deniq; quicquid facimus: aut malitiæ: aut virtutis gerim⁹ imperio. Quod imperat corpori: corpus ſit. Quod vim corpori affert corpus bonus corporis corporalis: bonũ hominis & corporis bonũ eſt: itaq; corporale eſt. Quoniã vt voluiſti morem geſſi tibi. Nunc ipſe dicam mihi: quod dicturũ eſſe te video. Latruncu lis ludimus: in ſuperuacuis ſubtilitas teritur. Nõ faciunt bonos iſta ſed doctos. Apertior res eſt ſapere imo ſimplicior. Paucis eſt ad mentẽ bonã vti litteris. Sed nos vt cætera in ſuperuacuũ diffundimus. Ita philoſophiam ipſam: quemadmodum omniũ rerum. Sic litterarum quoq; intemperantia laborauimus. Nõ vitæ ſed ſcholæ diſcimus. Vale.

Epistola centesimaoctaua. Quæ patienda sunt ambulãti per hui⁹ vitæ viam. Et præmeditatio leuissima facit esse grauiora. Et qualiter varietas mortalitatis & fatum æquanimiter ferenda sunt.

Hi illa prudentia tua? Vbi in dispiciendis rebus subtilitas? Vbi magnitudo iã pusilla tangit? Serui occupatiões tuas: occasionem fugæ putauerũt: si amici deciperent. Habeant enim sane nomen: quod illis Epicurus noster imposuit & vocentur: quo turpius: non omnibus sint rebus tuis. Desunt illi qui & operam tuam conterebant: & de alijs molestum esse credebant. Nihil horum insolitum nihil inexpectatum est. Offendi rebus istis tam ridiculũ est: & queri q̃ spargaris in publico. Aut inquineris in luto. Eadem vitæ conditio est quæ balnei. Turbæ itineris. Quædam intermittentur: quædam incident. Non est delicata res viuere. Longam viam ingressus es: & labaris oportet: & arietes: & cadas: & lasseris: & exclames. O mors idem mentiaris: alio loco comitem relinquis: alio efferes: alio timebis: per eiusmodi offensas ementiẽdum est cõfragosum hoc iter. Mori vult præparetur animus contra omnia. Sciat se venisse: vbi ponat fulmen Sciat se venisse vbi luctus & vltrices posuere cubilia curæ. Pallentesq; habitãt morbi: tristisq; senectus. In hoc contubernio vita degenda est. Effugere ista non potes: contemnere potes. Contemnes autem si sæpe cogitaueris: & futura præsumpseris. Nemo non fortius ad id cui se diu composuerat accessit: & durius quoq; si præmeditata erant obstitit. Aut contra imparatus etiam leuissima expauit. Id agendum est ne quid nobis inopinatum sit. Et quia omnia nouitate grauiora sunt. Hæc cogitatio assidua præstabit: vt nulli sis malo Tyro. Serui reliquerũt: alium compilauerũt: alium accusauerunt: alium occiderunt: alium prodiderunt: alium calcauerunt: alium veneno: criminatione petierũt. Quicquid dixeris multis accidit. Deinceps quæ multa & varia sunt in nos dirigunt. Quædam in nos fixa sunt. Quædam vibrant: & cum maxime venunt. Quædam in alios prouẽtura non stringunt. Nihil miremur eor ad quæ nati sumus. Quæ ideo nulli q̃renda: quia paria sunt. Omnib⁹ ita dico: paria sunt. nam etiã quod effugit aliquis: pati potuit. Æquũ autez ius est: non quo omnes vsi sunt: sed quod omnib⁹ latum est. Imperetur ætatis aiori & sine querela mortalitatis tributa pendam⁹. Hyems frigora adducit: algendũ est. Æstas calores refert: æstuandum est. Intemperies cœli valitudinẽ intentat: ægrotandum est. Et fera nobis aliquo loco occurret: & homo perniciosior feris omnibus. Alium aqua: alium ignis eripiet. Hanc rerum conditionem mutare non possumus. Id possumus. Magnum sumere animũ: & vt bono dignum: quo fortiter fortuita patiamur: & naturæ consentiam⁹. Natura autez hoc quod vides regnum mutationib⁹ temperat. Nubilo serena succedunt. Turbantur maria cum quieuerũt. Flant iuicem venti. Noctem dies sequit. Pars cœli cõsurgit: pars mergitur. Contrariq; reruz æternitas constat. Ad hanc legem animus noster aptandus est: banc sequatur: huic pareat: & quæcunq; fiunt: debuisse fieri putet. nec velit obiurgare naturã. Primũ est pati quod emendare nõ possis. & deum quo auctore cuncta proueniunt: sine murmuratione cõmutari. Malus miles est qui Imperatorez gemens sequitur. Quare impigri atq; alacres excipiamus imperia: nec desinamus hunc operis pulcherrimi cursum: cui quicquid patiamur intextũ est. Et sic alloquamur Iouem: cuius tabernaculo moles ista dirigitur: quem Cleantes noster versibus disertissimis alloquitur: quos mihi in nostr̃ sermonem mutare permittitur Ciceronis viri disertissimi exemplo. Si placuerint: scies me in hoc secutum Ciceronis exemplum. Ducor parens cœliq; dominator poli: quocunq; placuit. Nulla parendi mora est. Ilsum impiger. Fac nolle comitabor gemens: maluisque patiar quod licuit bono. Ducunt volentem fata: nolentem trahunt. Sic viuam⁹: sic loquamur: paratos aios iueniat atq; ipigros fatuz. Hic est magn⁹ animus qui se eo tradidit. Aut cõtra ille pusillus ac degener: q̃ obluctat: & de ordine mundi male existimat: & emendare mauult deos q̃ se. Vale.

Explicet liber decimusoctauus.

Incipit liber decimusnonus. Epistola cētesimaoctaua. De moderāda cupiditate discēdi: ⁊ quāti ꝓfectus sit sapiētē sæpi⁹ adire. Et ꝙ maiori impetu iuuenes ad philosophiam q̄ senes accedimus. vbi notat eos qui dicunt deus philosophiæ esse disputare non viuere.

D De quo quæris: ex his est quæ scire tantuz: eo vt scias pertinet. Sed nihilominus: quia pertinet properant. Nec vis expectare libros: quos cuz maxime ordine continētes: totā moralē philosophiæ partē statim expediam. Illud tamē prius scribā: quēadmodū tibi ista cupiditas discendi: quā flagitare te video: digerēda sit ne ipsa impediat. Nec passim carpenda sunt: nec auide iuadenda vniuersa. per partes peruenitur ad totū. Optari onus viribꝫ debet: nec plus occupari q̄ cui sufficere possimus. Non quantū vis: sed quantū capis hauriendū est. bonū tantū habe animū: capies quantū voles. Quo plus recipit animꝰ: hoc se magis laxat. Hæc nobis præcipere Attalū memini: cū scholam eius obsideremus: ⁊ primi venirem⁹: ⁊ nouissimi exirem⁹. Ambulantem quoq; illū ad aliquas disputationes euocarem⁹: nō tantū paratū discentibꝫ obuiū. Idem inquit ⁊ docenti ⁊ discenti debet esse ꝓpositū. vt ille prodesse velit: hic ꝓficere. Qui ad philosophoꝝ scholas quotidie venit: secū aliquid boni ferat: aut sanior domū redeat: aut sanabilior redibit. Ea autē philosophiæ vis est: vt nō studentes: sed etiā cōuersantes iuuet. Qui in solem venit: licet nō in hoc venerit: colorabit. Qui i vnguētaria taberna residerunt: ⁊ paulo diutius cōmorati sunt: odorē secū loci ferūt. Et qui ad philosophum fuerunt: traxerint aliquid necesse est. quod prodesset etiaz negligētibꝫ. Attende quid dicaz negligentibus nō repugnantibꝫ. Quid ergo? Num nouim⁹ quosdaz qui multis apud philosophiam annis perstiterint: ⁊ ne colorē quidez duxerint? Quid ni nouerim? Pertinaciss imos quidez ⁊ assiduos: quos ego nō discipulos philosophoꝝ: sed inq̄linos voco. Quidam veniūt vt audiāt nō vt discāt. sicut in theatrū voluptatis causa ad delectandas aures oratione vel voce vel fabulis ducimur. Magnā hanc auditoꝝ partē videbis: cui philosophi schola diuersoꝝ ociꝝ sit. Nō id agūt vt aliqua illo vicia deponāt: vt aliquā legē vitæ accipiant: qua mores suos exigāt: sed vt oblectamēto auriū ꝑfruant. Aliqui tamē ⁊ cuz pugillaribꝫ veniūt: nō vt res excipiāt sed verba: quæ tam sine profectu alieno discāt: q̄ sine suo audiāt. Quidā ad magnificas voces excitant: ⁊ transeūt in affectū dicentium alacres vultu ⁊ aīo: nec aliter concitant q̄ phrygij solēt tibicinis sono semiuiri: ⁊ ex imperio fugientes. Capit illos instigatoꝝ rex pulchritudo: nō verboꝝ inanis sonitus. Si quid acriter contra mortē dictū est: si quid cōtra fortunā cōtumaciter iuuat protinus: quæ audias facere afficiunt illi ⁊ sunt quales iubent. Si illi aīo forma ꝑmaneat: si nō impetū insignē ꝓtin⁹ populus honesti dissuasor excipiat: pauci illā quā cōceperāt mentē diu ꝑferre potuerunt. Facile est auditorē cōcitare ad cupiditatē recti. Omnibꝰ enī natura fundamēta dedit semēque virtutū. oēs ad oīa ista nati sumus. Cū irritator accessit: tūc illa animi bona velut soluta excitant. Nō vides quemadmodū theatra cōsonēt: quotiēs aliqua dicta sunt: quæ publice agnoscam⁹: ⁊ cōsensu vera esse testamur. Desunt ibi opiæ multa: auariciæ oīa. In nullū auarꝰ bonꝰ est: in se pessimꝰ. Ad hos versus ille sordissimꝰ plaudit: ⁊ vicijs suis fieri cōuiciū gaudet. Quātomagis hoc iudicas euenire cū a philosopho ista dicunt? cuz salutaribꝫ ꝓceptis versus iserunt? Efficacius eadē illa demissuri i animū imperitoꝝ. Nā vt dicebat Cleantes quēadmodū spiritus noster clariorē sonū reddit cū illū tuba ꝑ longi cānalis angustias tractum patenti ore nouissime exitu effudit. Sic sensus nostros clariores carminis arcta necessitas efficit. Eadē negligentius audiunt minusq; pectiūt q̄diu soluta oratiōe dicunt: vbi accessere numeri: ⁊ egregiū sensum astrinxere certi pedes: eadē illa sententia velut lacerto excussa retorquet. De cōtemptu pecuniæ multa dicunt: ⁊ longissimis orationibꝰ hoc ꝓcipitur vt homines in aīo nō i patrimonio putāt esse diuitias. Eum esse locupletē qui paupertati suæ aptus est: ⁊ paruo se diuitē fecit. Magis tamē ferunt animi cū carmina eiusmodi dicta sūt Is minimo æget mortalis: qui minimū cupit. Quod vult habet: qui velle quod satis est potest. Cū hæc atq; eiusmodi audim⁹: ad cōfessionē veritatis adducimur. Illi enī quibꝰ nihil satis est admirant ac clamant: odiū pecuniæ indicūt. hūc illoꝝ affectū videris: vige: hoc præme: hoc honora: relictis ambiguitatibus: ⁊ syllogismis: ⁊ cauillationibus: ⁊ cæteris

acuminis irriti ludicris. Dic in auaritiam: dic in luxuriam. Cuz profeciſſe te videris: 7 animos audientiū affeceris: inſta vehementius. Veriſimile nō eſt quantū proficiat talis oratio: remedio intenta: 7 tota in bonum audientia verſa. Facillime enim tenera conciliant ingenia ad honeſti rectiq; amorem. Adhuc debilibus leuiterque corruptis: nunc manum veritas: ſi aduocatum idoneum nacta eſt. Ego certe cum Attalum audirem: in vicia: i errores: in mala mente operantem ſæpe miſertus ſum generis humani: 7 illum ſublimem altiorem q; humano faſtigio credidi. Ipſe Regem ſe eſſe dicebat: ſed plus q; regnare mihi videbatur: cui liceret cenſuram agere regnantiū. Cum vo cōmendare paupertatem cœperat: 7 oſtendere q; quicquid vſum excederet: pondus eſſet ſupuacuum 7 graue ferenti. ſæpe exire e ſchola pauperi libuit. Cum cœperat voluptates noſtras traducere: laudare caſtum corpus ſobriam menſam: puram mentem: non tantum ab illicitis voluptatibus: ſed etiaz ſuperuacuis: libebat circumſcribere gulam ac ventrem. Inde mihi quædam permanſere. Lucilli. Magno enim in omnia inceptu veneram. deinde ad ciuitatis vitam reductus: ex bene cœptis pauca ſeruaui. Inde oſtreis boletiſq; in omnem vitam renunciatum eſt. Hæc enī non cibi: ſed oblectamenta ſunt ad edendum ſaturos cogentia. Quod gratiſſimū eſt edacibus 7 ſe vltra q; capiunt facientibus: facile de cenſura: facile reditura. Inde in oēm vitam vnguento abſtinemus: quem optinemus odori in corpore eſt. Nullo inde vicio caremus ſtomachis. Inde in oēm vitam balneum fugimus. Decoquere corpus atq; exinanire ſudoribus: iuuale ſimul delicatumq; credidimus. Cætera proiecta redierunt. Ita tamen vt quoz abſtinentiam interrumpi modo ſeruem: 7 quidem ab abſtinentia proximiorem neſcio: an difficiliorem: quoniāquidez abſcinduntur facilius animo q; temperantur. Quoniā cœpi tibi exponere quantum maiori impetu ad philoſophiam iuuenis acceſſerim: q; ſenex pgam Non pudebit fateri: quē mihi amorez Pythagoras iniecerit. Ut Socion dicebat: quare ille animalibus abſtinuiſſet? Quare poſtea Sextius diſſimilis vtriq; cauſa erat: ſed vtriq; magnifica. Hic hominis ſatis alimentoz citra ſanguinem eſſe credebat: 7 crudelitatis conſuetudinem fieri: vbi in voluptatem eſſet adducta laceratio. Adijciebat contrahendā materiam eſſe luxuriæ. Colligebat boniæ valitudini cōtraria eſſe alimenta varia: 7 noſtris alienа corporibus. Ut Pythagoras omniū inter omnia cognationem eſſe dicebat: 7 animorum commercium in alias atq; alias formas tranſeuntium. Nulla illi credas anima interit nec ceſſat quidem: niſi tempore exiguo: dum in aliud corpus tranſfunditur. Videbimus per quas temporum vices: 7 quādo perratis pluribus domiciliis: in hominem reuertatur. Interim ſceleris hominibus ac paricidij mœrum fecit: cum poſſit in parentis animā inſciꝰ incurrere: 7 ferro morſuue violare. Sed in quo cognatus aliquid ſpiritus hoſtis pareꝫ. Hæc cum expoſuiſſet Socion: 7 impleſſet argumentis ſuis: Non credis inquit animas in alia corpora atq; alia deſcribi? 7 migrationem eſſe: quā dicimus mortez? Non credis in bis pecudibus ferisue aut aqua merſis illum quondam hominis animū morari? Non credis nihil perire in hoc mundo: ſed mutare regionem. nec tantum cœleſtia per certos circuitus verti: ſed animalia quoq; p vices ire: 7 animos per orbem agi? Magni iſta crediderunt viri. Itaq; iudicium quidem tuum ſuſtine. Cæterum omnia tibi in integro ſerua. Si vera ſunt iſta: abſtinuiſſe animalibus innocentia eſt: ſi falſa frugalitas eſt. Quod iſtis crudelitatibꝰ tuis damnū eſt? Alimenta tibi leonum 7 vulturum eripio. His inſtinctus abſtinere animalibus cœpi: 7 anno peracto nō tantum facilis erat mihi conſuetudo: ſed dulcis. Agitationem mihi animū eſſe credebam. nec tibi hodie affirmauerim an fuerit. Quæris quomodo deſierim in Tyberij cæſaris principatu: iubente tempus inciderat alienigena gentiuz ſacra mouebantur. Sed inter argumenta ſupſtitionis ponebatur quorundam animaliū abſtinentia. Patre itaq; meo rogante: qui nō calumniam timebat: ſed philoſophiaz oderat: ad priſtinam conſuetudinem: nec rediꝰ difficulter mihi vt inciperem melius cœnare pſuaſit. Laudare ſolebat Attalus culcitrā: quæ reſiſteret corpori. Tali vtor etiam ſenex: in qua veſtigium apparere nō poſſit. Hæc rettuli vt probarem tibi q; vehemētes haberent tyrunculi impetus primos ad optima quæq;: ſi quis exhortaretur illos: ſi quis impēderet. Sed aliquid præcipientium vicio peccatur: qui nos docent diſputare aliquid diſcentium: qui poſitum aſſerunt ad præceptores ſuos: non alium excolendi: ſed ingenium. Itaq; quæ philoſophia fuit: facta philoſophia eſt. Multum autez ad rem pertinet quo propoſito ad

Oſtrea. Boleti

Balneū

Pythagoræ opinio

quam rem accedęs: quia grammaticus futurus Virgilium scrutat. Non hoc animo legit illud egregium fuit irreparabile tempus. vigilandū est nisi ꝓperamus relinquimur. Agit nox agiturq; velox dies: insciꝯ rapimur. Omnia in futurum disponimus: ⁊ iter ꝑ aliena lẽti sumus. Sed vt obseruet quotiens Virgilius de claritate ipsorum dicit. Hoc vti verbo illum fugit. Optima quæq; dies miseris mortalibus æui. Prima fugit: subeunt morbi tristisq; senectus. Et labor ⁊ duræ rapit inclemencia mortis. Ille qui ad philosophiam spectat: hæc eadem quo velit adducit. Nunc̄ Virgilius inquit dies dicit ire: sed fugere: quod currendi genus concitatissimū est: ⁊ optimos quosq; primos rapit. Quid ergo cessam⁹ nos ipsi concitare vt velocitatem rapidissimæ rei possumus æquare? meliora prætereuolāt: deteriora succedunt. Quemadmodū ex amphora primum quod est syncerissimū effluit: grauissimū quodq; turbidū subsidit. Sic in ætate nostra: quod est optimū primo est: id exhaurire in alijs potius patimur: vt nobis fecem reseruemus. inhæreat istud animo: ⁊ tacꝫ missum oraculo placeat. optima quæq; dies miseris mortalibus æui. prima fugit. Quare optima? Quia iuuenes possumus discere: possumus facilem animum ⁊ adhuc tractabilē ad meliora conuertere: quia hoc tempus idoneum est laboribus: idoneum agitandis per studia ingenijs est: ⁊ exercendis per opera corporibus. Quod supereſt segnius ⁊ languidi⁹ est: ⁊ ꝓpius a fine. itaq; toto hoc agimus animo: ⁊ obmissis ad quæ diuertimur: in rem vnam laboremus. nec hanc temporis perniciosissimi celeritatem: quam retinere non possumus: relicti demum intelligamus. primus quisq; tanc̄ optimus dies placeat: ⁊ redigatur in nostrū quod fugit occupandum est. hoc non cogitat ille: qui grammatici oculis carmen istud legit Ideo optimum quenq; primum esse diem: quia subeunt morbi: quia senectus præmit: ⁊ adhuc adolescentiam cogitantibus supra caput est. Sed ait Virgilium super vna ponere morbos senectutem: non mehercule imerito. Senectus enim insanabilis morbus est: præterea inquit hoc senectus cognomen imposuit. tristem illam vocat. Subeunt morbi tristisq; senectus. Non est quod mireris: ex eadem materia suis quenq; studijs apta colligere. In eodem prato bos herbam quærit. Canis leporem. Ciconia lacertam. Cum Ciceronis libros deprehendit hinc philosophus aliquis: hinc grammaticus: hinc philosophiæ vendit⁹: ali⁹ alio curam suam mittit. philosophus admiratur contra iusticiam dici tam multa potuisse Cum ad hanc eandem lectionem philosophus accessit: hoc subnotat duos romanos Reges esse: quorum alter patrem non habet: alter matrem. Naꝫ de Seruii matre dubitatur Antiparer nullius nume nepos dicitur. Præterea notat eum quem nos dictatorē dicim⁹ ⁊ in historijs ita nominari legimus: apud antiquos magistrum populi vocatū. Hodieq; id erat in augustralibus libris: ⁊ testimonium est q̄ qui ab illo nominatur magister eqtū est. Neque notat Romulum perijsse solis defectione. Prouocationem ad populum etiam a Regibus fuisse. Id ita in pontificalibus libris aliqui putant: ⁊ fenestrellam eosdem libros cum grammaticis explicuit. Primū verba expressa ab se dici ab Ciceroue. Idem re ipsa in commentarium refert: ne minus sese: idem se ipse. Deinde transit ad ea quæ cōsuetudo sæculi mutauit: tanc̄ ait Cicero: quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione reuocati. Hanc quam nunc idcirco artam vocamus: calcem antiqui dicebant. Deinde inanes colligit versus: ⁊ imprimis illos de Affricano scriptos: cui nemo ciuis atq; hostis qui vult pro factis reddere operepreciū. Et eo se ait intelligere: apud antiquos non tantū auxiliū significasse sed opera. ait opera eius in neminē potuisse Scipionem neq; ciuem neq; hostes reddere operepreciū. Felicem deinde se putat: q̄ inuenerit. vnde visum sit Virgilio dicere: Quez super igens porta tonat cœli. Ennius hoc ait: Homero se surripuisse Ennio Virgiliū. Esse enim apud Ciceronem in his ipsis de. R. P. hoc epigrāma est: nisi faciendo plagas cœlestium ascendere cuiq; est. Mihi soli cœli maxima plaga patet. Sed ne ⁊ ipse: dū aliud ago in philosophum aut grammaticum delabar. Illud admoneo auditionem philosophorum lectionemq; ad ꝓpositum beatæ vitæ trahendam: non vt verba præsca aut ficta captemus ⁊ translationes improbas: figurataſque dicendi: sed vt ꝓfutura præcepta: ⁊ magnificas voces: ⁊ animosas: quæ mox in rem transferantur. Sic ista discamus: vt quæ fuerint verba: sint opera. Nullos autem prius mereri de omnibus mortalibus iudico: q̄ qui philosophiam velut aliquod artificium venale dedicerunt: qui aliter viuunt q̄ viuendum esse ꝓcipiunt. Exempla enim seipsos inutiles disciplinæ circumferunt: nulli nō vicio qd̄ ꝑsequūt

obnoxiꝰ. Non magis mihi poteſt quiſq̃ talis prodeſſe præceptor: q̃ gubernator in tempeſtate nauſeabundus. Tenendum eſt rapiente fluctu gubernaculum: luctandum cum ipſo mari. Eripienda ſunt vento vela. Quid me poteſt adiuuare rector nauigiꝰ attonitus ⁊ vomitans? Quanto maiore putas vitam tempeſtate iactari: q̃ vllam ratem? Non eſt loquẽdum: ſed gubernandum. Omnia quæ dicunt: quæ turba audiente iactant: aliena ſũt. dixit illa Plato. dixit Zenon. dixit Chryſippus ⁊ Poſſidonius: ⁊ ingens agmen. Non tamen talium quomodo probare poſſint: ſua eſſe monſtrabo. Faciant quæ dixerint: quoniã quæ volucram ad te proferre iam dixi: nũc deſiderio tuo ſatisfaciam: ⁊ in alteram epiſtolaz integrum quod exegeras transferam: ne ad rem ſpinoſam ⁊ auribus erectis curioſiſq̃ audiendam: laſſus accedas. Vale.

Incipit liber vigeſimus. Epiſtola centeſimadecima. Multis argumentis oſtendit ſapientem ſapienti prodeſſe.

An ſapiens ſapienti proſit ſcire deſideras. Dicimus plenum omni bono eſſe ſapientem: ⁊ ſumma adeptum. Quomodo prodeſſe aliquis poſſit ſummũ bonum habẽti quæritur? Proſunt inter ſe boni. exercent enim virtutes ⁊ ſapientiam in ſuo ſtatu cõtinent. deſiderat vterq̃ aliquem: cum quo conferat: cum quo quærat. Peritos luctãdi vſus exercet. Muſicum qui paria didicit monet. Opus eſt ⁊ ſapienti agitatione virtutum. Ita quemadmodum ipſe ſe mouet ſic mouetur ab illo ſapiente. Quid ſapiens ſapiẽti proderit? Impetum illi dabit: occaſiones actionum honeſtarum cõmonſtrabit. Præterhæc aliquas ſuas cogitationes exprimet: docebit quæ inuenerit. Semper enim etiam a ſapiente reſtabit quod inueniat: ⁊ quo animus eius excurrat. Malus malo nocet: facit quoq̃ peiorem: iram: mœrum incitando: triſticiæ aſſentiendo: voluptates laudando. Et tũc maxime laborant mali: vbi plurimum vicia miſcuere: ⁊ in unum collata nequicia eſt. Ergo ex contrario bonus bono proderit. Quomodo inquis? gaudium illi afferret: fiduciam confirmabit: ex conſpectu mutuæ tranquillitatis creſcet vtriuſq̃ lætitia. Præterea quarundã illi rerum noticiam tradet. Non enim omnia ſapiens ſcit: etiam ſi ſciret breuiores vias rex aliquid excogitare poſſet: ⁊ has iudicare per quas facilius totum opus circumfertur. Proderit ſapienti ſapiens. Non ſcilicet tantum ſuis viribus: ſed ipſius quem adiuuat. Poteſt quidem ille etiam relictus ſibi explicare partes ſuas. Vtetur ꝓpria velocitate: ſed nihilominus adiuuat etiam: currentem hortat. Non prodeſt ſapiens ſapienti: ſed ſibiipſi. hoc ſcias: Detraxe illi viam ꝓpriam: ⁊ ille nihil ait. Vno modo dicas: licet non eſſe in melle dulcedinem. Nam ipſe ille qui eſſe debeat: ita aptatus lingua palatoq̃ eſt ad huiuſmodi guſtum: vt ille talis ſapor capiat offendatur. Sunt enim quidã quibus morbi vicio mel amarum videatur. Oportet vtrunq̃ calere: vt ⁊ ille prodeſſe poſſit: ⁊ huic profuturo idonea materia ſit. In ſummum inquit productum calorem calefieri ſuperuacuum eſt: qui ꝓſit. Nunquid inſtructus omnibus rebus agricola: ab alio inſtrui quærit? Nunquid armatus miles quantum in aciem exituro ſatis eſt vti amplius arma deſiderat? Ergo nec ſapiens. Satis enim vitæ inſtructus: ſatis armatus eſt. Ad hæc reſpondeo. Qui in ſummũ motus calore adiecto: vt ſuum teneat. Sed ipſe ſe inquit calor continet. Primũ multum intereſt inter iſta quæ comparas. Calor enim vnus eſt: prodeſſe varium eſt: deinde calor non adiuuatur adiectione caloris vt caleat. Sapiens non poteſt in habitu ſuæ mentis ſtare: niſi amicos aliquos ſimiles ſui admiſit: cum quibus virtutes ſuas cõmunicet. Adiice nunc q̃ omnibus inter ſe virtutibus amicitia eſt. Itaq̃ prodeſt qui virtutes alicuius partes ſui amat: amandũq̃ inuicem præſtat. Similia delectant vtiq̃ vbi honeſta ſunt ⁊ probare: ac probari ſciunt. Etiam nunc ſapientis animum periti: mouere nemo alius poteſt niſi homo. Quomodo ergo ad rationem mouendam ratione opus eſt: ſic vt moueatur ratio perfecta: opus eſt ratione perfecta. Prodeſſe dicuntur: ⁊ quia media nobis largiantur: pecuniam: gratiam incolumitatem: alia in vſus vitæ chara aut neceſſaria. In his dicetur etiam ſtultus ſapienti prodeſſe. Prodeſſe autem eſt animũ ſm naturam mouere virtute ſua: aut eius qui mouebitur. Hoc nõ ſine ipſius quoq̃ qui proderit bono fiet. Neceſſe eſt enim alienam virtutem exercendo: exerceat ⁊ ſuam. Sed vt remoueas iſta quæ ad ſumma bona ſunt: aut ſũmorũ efficientia: nihilominus prodeſſe inter ſe ſapientes poſſunt. Inuenire enim ſapientẽ ſapienti per ſe res exercenda eſt: quia natura bonum omne charum eſt bono: ⁊ ſic quiſq̃ conciliatur

bono quemadmodum ſibi. Neceſſe eſt ex hac quæſtione argumẽti cauſa in alterã tranſeam Quæritur enim an deliberaturus ſit ſapiens: an in conſilium aliquem aduocaturus? quod facere illi neceſſarium eſt: cum ad hæc ciuilia ⁊ domeſtica ueniatur: ⁊ vt ita dicam: mortalia In his ſic illi opus eſt alieno conſilio: quomodo medico: quomodo gubernatori: quomodo aduocato: ⁊ litis ordinatori. Proderit ergo ſapiens aliquando ſapienti. Suadebit enĩ: ſed in illis quoq; magnis ac diuinis: vt diximus cõmuniter honeſta tractando: ⁊ animo cogitationes miſcendo: vtilis erit. Præterea ſm naturaz eſt: ⁊ amicos complecti: ⁊ amicorum actu ſuo propriog; lætari. Nam niſi hoc fecerimus: ne virtus quidem nobis permanebit: quæ exercendo ſenſu valet. Virtus autem ſuadet præſentia collocari: in futuruz cõſulere: deliberare: ⁊ intendere animum. Facilius intendet explicabitque: qui aliquem ſibi aſſumpſerit. Quærit itaq; aut perfectum virum: aut proficientem vicinumq; pfecto. Proderit autem ille perfectus ſi conſilium communi prudentia iuueris. Aiunt homines plus in alieno negocio videre initio. Hoc illis euenit: quos amor ſubexerceat: quibuſque deſpectum vtilitatis timor in periculis excutit. Incipiet ſapere ſecurior: ⁊ extra mœtum poſitus. Sed nihilominus quædam ſunt quæ etiam ſapientes in alio q̃ in ſe diligentius videne Præterea illud dulciſſimum eſt honeſtiſſimum. Idem velle atque idem nolle ſapiens ſapienti præſtabit. Egregium opus pari iugo ducet. Perſolui quod exigeras: quanq̃ ordine rerum erat quas morales philoſophiæ voluminibus complectimur. Cogita quod ſoleo frequenter tibi dicere. In iſtis nos nihil aliud q̃ animum exercere. Totiens enim illo reuertor. Quid iſta me res iuuat? Fortiorem faciam: iuſtiorem: temperatiorem: nondum exerceri vacat. Adhuc medico mihi opus eſt. Quid me poſces ſcientiam inutilem? Magna promiſiſti. Exige: vide dicebas intrepidum fore. Etiam ſi contra me gladij micarent: etiam ſi mucro tangeret iugulum. Dicebas ſecurum fore: etiam ſi circa me flagrarent incendia: etiam ſi ſubitus turbo totam nauem meam mari raperet: hanc mihi præſtaturũ voluptatem vt gloriam contemnam. Poſtea docebis implicita ſoluere: ambigua diſtinguere: obſcura perſpicere. Nunc doce quod neceſſe eſt. Vale.

Epiſtola centeſimaundecima. Non optandos eſſe deos infeſtos malis. Et quomodo per retractam ſæpius philoſophiam: notitia boni ⁊ mali neceſſarij ⁊ ſuperuacui poſſit haberi. Et q̃ turpe eſt etiam in aqua ⁊ polenta ponere beatam vitam.

Ex momentaneo meo te ſaluto: ⁊ iubeo te habere mentem bonam: hoc eſt propitios deos. Omnes quos habet placatos ⁊ fauentes quiſquis ſibi ſe propiciauit. Sepone in præſentia quæ quibuſdam placent. Vnicuique noſtrum pædagogum dari deum: non quidem ordinarium: ſed hunc inferioris notæ. Ex horum numero quos Ouidius ait: de plebe deos. Ita tantum hoc ſeponas: volo vt memineris maiores noſtros: qui crediderunt Stoicos fuiſſe. Singulis enim ⁊ Genium ⁊ Junonem dederunt. Poſtea videbimus an tantum diis vacet vt priuatorum negocia procurarent. Interim illud ſcito: ſiue aſſignati ſumus: ſiue neglecti ⁊ fortunæ dati. Nulli te poſſe implicari quicq̃ grauius: q̃ ſi precatus fueris: vt ſe habeat iratum. ſed non eſt quare cuiq̃ quem dignum pœna putaueris: optes vt infeſtos deos habeat. Habet inquam etiam ſi videtur eorum fauore produci. Adhibe diligentiam tuam: ⁊ intuere quid ſint res noſtræ: non quid vocentur: ⁊ ſcies plura mala contingere nobis q̃ accidere. Quotiens calamitas enim fœlicitatis eſt cauſa: ⁊ initium fuit quod calamitas vocabatur. Quotiens magna gratulatione ⁊ accepta res gradum ſibi ſtrinxit im præceps: ⁊ aliquem iam eminentem alleuauit: etiam nunc tanq̃ ibi adhuc ſtaret. Vnde tuto cadunt: ſed ipſum illud cadere non habet in ſe mali quicq̃ ſi exitum ſpectes: vltra quem natura neminem deiecit. Propoſe eſt rerum omniũ terminus: ppe eſt inquam ⁊ illud vnde fœlix eiicitur: ⁊ illud vnde fœlix emittitur. Nos vtraq; extendimus: ⁊ longam ſpe ac mœtu facimus. Sed ſi ſapis omia humana conditione metire ſimul: ⁊ quod gaudes: ⁊ quod times contrahe. Eſt autez tanti diu nihil gaudere: ne quid diu timeas. Sed quare iſtuc malum aſtringo? Non eſt quod quicq̃ timendum putes. Vana ſunt iſta quæ nos mouent: quæ attonitos habent. Nel

mo nostrum quid veri esset excussit: sed mœtum alter alteri tradidit. Nemo ausus est ad id quo perturbatur accedere: & naturam ac bonum timoris sui nosce. Itaq; res falsa & inanis habet adhuc fidem: quia non coarguitur: tanti putamus oculos intendere. Iam apparebit q̄ breuia: q̄ incerta: q̄ tuta timeantur. Talis est animorum nostrorum confusio: qualis Lucretio visa est. Nam veluti pueri trepidant: atque omnia cæcis in tenebris metuunt. Ita nos in luce timemus. Quid ergo nō omni puero stultiores sum⁹: qui i luce timem⁹. Sed falsus est Lucreti: nō timem⁹ in luce. oia nobis fecimus tenebras: nihil videmus ne q̄d noceat: ne q̄d expediat. tota vita ignorantiam⁹: nec ob hoc resistim⁹: aut circūspectum ponim⁹. Vides aūt q̄a sit furiosa res i tenebris impetus. Vt mehercule id agim⁹: vt revocandi simus. & cū ignoremus quo feramur velociter tamē longius illo quo intendim⁹ perseveram⁹: sed lucescere si velim⁹ potest. Vno aūt modo potest: si quis banc humanorum diuinorūq; noticiā scientiā acceperit. Si illa se nō pfuderit: sed infecerit: si eadē q̄is sciat retractauerit: & ad se sæpe retulerit. Si quæsierit: quæ sint bona: quæ mala. Quibus hoc sit falso nomen ascriptū. Si quæsierit de honestis: de turpibus: de prouidentia: & iter hæc humani ingenij sagacitas: sistitur prospicere: & vltra modū libet quo ferat: vnde surrexit. In quē exitū tanta rerū velocitas ꝓperet. Ad banc diuina contemplatione abductum animum in sordida & humilia ptraximus. vt auaricię seruiret: vt relicto mundo terminisque eius & hominis cuncta versantibus terram rimaretur. & quæreret quid ex illa mali effoderet: non contentus oblatis. Quicquid nobis bono futurum erat: dominus & parens noster in proximo posuit. Non expectauit inquisitionem nostram: & vltro dedit nocitura altissime pressit. Nihil nisi de bonis queri possumus. Ea quibꝫ periremus nolente rerum natura & abscondente protulimus. Addiximus animū voluptati: cui indulgere initium omniū malorum est. Tradidimus ambitioni & famæ: cæteris æque vanis & inanibus. Quid ergo nūc te hortor vt facias? Nihil noui: nec enim nouis malis remedia quærunt. Sed hoc primū vt tecum ipse despicias: quid sit necessarium: quid superuacuum. Necessaria tibi vbique occurrent: superuacua & semper toto animo quærenda sunt. Non est autem q̄ te nimis laudes: si contempseris aureos lectos: & gameam supellectilem. Quæ est enim virtus? superuacua contemnere. Tunc te admirare cum contempseris necessaria: nō magnam rem facis q̄ viuere sine recto apparatu potes: q̄ non desideras miliarios apros: nec linguas penicopi errorum: & alia portenta luxuriæ. Iam tota animalia fastidientis: & certa membra ex singulis eligentis. Tunc te admirabor si nō contempseris etiam sordidum panem: si tibi pluseris herbas. Vbi necesse est nō pecori tantum: sed homini irasci. si scieris cacumina arborum esse alimentum esse ventris: in quem si preciosa congerimus: tanq̄ præcepta seruantes sine fastidio implendus est. Quid enim ad rem pertinet: quid accipiat perditurus: quicquid acceperit? Delectant te dispositā: quæ terra marique capiuntur. Alia ergo gratiora: si recentia perferuntur ad mensam: alia si diu pasta & coacta pinguescere fluunt: ac vix saginam continent suam. Delectat te nitor horum arte quæsitus. Vt mehercule ista sollicite scrutata varieque condita: cum subierunt ventrem: vna atque eadem fœditas occupauit. Vis ciborum voluptatem contemnere? Exitum specta. Attalum memini cum magna admiratione omnium hæc dicere: Diu mihi inquit imposuere diuitiæ. Stupebam vbi aliquid ex illis alio atque alio loco fulseram. Aestimabam similia esse quæ laterent his quæ ostenderentur: sed in quodam apparatu vidi totas opes vilibus celatas: & auro & argento: & bis q̄ precium auri argentique vicerunt: exquisitos colores & vestes vltra non tantum nostrum: vltra finem hostium aduectas. Hinc puerorum prospicuos cultu atque forma greges. Hinc fœminarum & alia quæ res suas recognoscens summi imperij fortuna pertulerat. Quid hoc est inquam aliud q̄ irrita cupiditas horum per se incitata? Quid sibi vult ista pecuniæ pompa. Ad discendam auaricā conuenimus. Vt mehercule minus cupiditatis istinc effero: q̄ attuleram. Contempsi diuitias: nō quia superuacuæ: sed quia puillæ sunt. Vidisti neq; intra paucas horas. Ille ordo q̄is lentus dispositusq; transierit. Hoc totam vitā nostram occupauit: quod totum die occupare non potuit. Accessit illud quoq; tam supuacuæ mihi visæ sunt habentibus q̄ fuerūt spectantibus. Hoc itaq; ipse mihi dico: quotiēs tale aliquid pstrinxerit oculos meos: quotiens occurrit domus splendida: cohors culta seruorum: lectica formosis ipposita coloribus. Quid miraris? q̄d stupes? Pompa est. Ostendunt ista res

non possidentur: ⁊ dum placeant transeunt. Ad veras potius te conuerte diuitias. disce parvo esse contentus: ⁊ illam vocem magnus atque animosus exclama. Habeam⁹ aquam habeamus polentam. Jovi ipsi de fœlicitate controversiaz faciamus. Faciamus ozo te etiã si ista defuerunt. Turpe est beatam vitam in auro ⁊ argento reponere. æque turpe est ĩ aqua ⁊ polenta. Quid ergo faciam si ista non fuerunt? Quæris quod sit remedium inopiæ. Famem fames finit. Alioquin quid interest magna sint: an exigua: quæ seruire te cogunt? Quid refert quantum sit quod tibi possit negare fortuna? Hæc ipsa aqua ⁊ polenta in alienum arbitrium cadit. Liber est autem: non in quem parum licet fortunæ: sed in quez nihil. Ita est nihil desideres oportet: si vis Jovem provocare nihil desiderantez. Hæc nobis Attalus dixit: natura dixit omnibꝫ. Quæ si voles frequenter cogitare. Id agis vt sis felix: nõ vt videaris: ⁊ vt tibi videaris: non aliꝫs. Vale.

Epistola centesimaduodecima De vera philosophi magnitudine: quã sophismata: id est cauillatiões pstare nõ possunt.

Vid vocentur latine sophismata quæsisti a me. multi tentauerũt illi nomen imponere. Nullum hæsit videlicet: ꝙa res ipsa non recipiebatur a nobis: nec ĩ vsu erat. Nomini quoqꝫ repugnatũ est. Aptissimũ tamẽ videt mihi: quo Cicero vsus est. Cauillationes vocat: quibus quisqꝫ se tradidit: quæstiunculas quidem narras. Cæterꝙ ad vitam nihil proficit: neqꝫ fortior fit: neqꝫ temperatior: neqꝫ clarior. Vt ille ꝙ philosophiam in remedium suum exercuit: ingens fit animo: plenus fiduciæ: inexuperabilis: ⁊ maior adeunti. Quod in magnis euenit montibus: quorum proceritas minus apparet longe intuentibus. Cum accesseris tunc manifestum fit: ꝙ in arduo summa sint. Talis enim mi Lucilli verus ⁊ rebus non artificiꝫs philosophus. In edito stat admirabilis: cœlsus magnitudinis veræ. Non exurgit in plantas: nec in summis ambulat digitis: eorum more qui mendatio staturam adiuuant: longiorescꝫ ꝗs sunt videri volunt. Contẽtus est magnitudine sua. Quid ni contẽtus sit? Eo vsque creuisse quo manũ fortuna nõ porrigit? Ergo ⁊ supra humana est. Par sibi in omni statu rex: siue secundo cursu vita ꝓcedit: siue fluctuat: ⁊ ꝙ aduersa ac difficilia. Hãc cõstantiam cauillatiões istæ de quibꝫ pauloante loquebar præstare nõ possunt. Ludit istis animꝰ: nõ ꝓficit: ⁊ philosophiaz a fastigio deducit in planum. Nec te ꝓhibuerim aliquando ista agere: sed tunc cum voles nihil agere. Hoc tamen habet in se pessimũ: dulcedinem quandam sui faciũt: ⁊ animũ specie subtilitatis inductum tentant morantur. Cum tanta rerum moles vocet: cum vix tota vita sufficiat: vt hoc vnum discas: vitam contemnere. Quid regere inquis solam opus est. Nam nemo illam bene rexit: nisi qui cõtempserat. Vale.

Epistola centesimadecimatertia. Vtens exesæ vitis exemplo ostẽdit inueterati ingenij prauitatẽ fore inemendabilez.

Optio mehercule amicũ tuum formari: vt desideras ⁊ institui: sed valde durus capitur: ĩmo potius quod est molestius mobilis valde capitur: ⁊ consuetudine mala ac diutina fractus. Volo tibi ex nostro artificio exemplum referre. Non quamlibet insitionem vitis patitur: si vetus ⁊ exesa est: si infirma graciliscꝫ aut non recipiet surculum aut nõ alet: nec applicabit sibi: nec in qualitatẽ eius vtrancꝫ transibit. Itaqꝫ solem⁹ supra terram præcidere: vt si nõ responderit: tentari possit secunda fortuna: ⁊ itez repetita infra terram inferat. Hic de quo scribis ⁊ mandas: nõ habet vires. Indulsit simul vicijs: ⁊ emarcuit: ⁊ induruit. Non potest recipere rationẽ: nõ potest nutrire. Vt cupit ipse: noli credere. Nõ dico illuz mentiri tibi: putat se cupere. Stomachum illi fecit luxuria. Cito ei redibit in gratiã. Sed dicit se offendi vita sua. Nõ negauerim. Quis enĩ nõ offenditur? Homines vitam suam ⁊ amant simul ⁊ oderunt: Tũc itaqꝫ de illo feram⁹ sententiam: cũ fidẽ nobis fecerit: iuisam iam sibi esse luxuriã. Nunc illis male cõuenit. Vale.

Incipit liber vigesimus. Epistola centesimadecimaquarta. Dialectice disputat per multa incõuenientia virtutes nõ esse animalia. De moralifortitudine: iustitia: doctrinã inferens.

Esideras tibi scribi a me quid sentiam de hac quæstione tcata apud nostros. An iustitia: prudentia: cæteræque virtutes animalia sint. Hac subtilitate efficimus Lucilli charissime: Vt exercere ingenium inter irrita videremur: ⁊

disputationibus nihil profuturis ocium terere. Faciam quod desideras: & quid nostris vi deatur exponam. Sed me in alia sententia profiteor. Puto quædaz esse quæ decent phœca siatum: palliatumq;. Quæ sint ergo quæ antiquos mouerint: dicaz. Animū constat ani mal esse: cū ipse efficiat vt simus animalia: & cū ab illo aialia nomē hoc traxerint. Virtus aūt nihil aliud est q̄ anim⁹ quodāmodo se habens. ergo aīal est. Deinde virtus agit aliq̄d Agi aūt nihil sine impetu potest. Si ipetū habet qui nulli est: nisi aīali: aīal est. Si aīal est ī quit virtus: habet ipsam virtutē. Quid ni? habet seipsam. Quomodo sapiēs oīa per vir tutē gerit: sic virtus per se. Ergo inquit & oēs artes aīalia sunt. & oīa quæ cogitam⁹ quæq; mente complectimur. Sequitur vt multa animaliū milia habitent in bis angustijs pecto⁹ ris: & singuli multa simus animalia: aut multa habeamus animalia. Quæris quid ad⁹ uersarius istis respondeat? Vnaquæq; res ex istis animal erit: multa animalia non erunt Quare? Dicā si mihi accōmodaueris subtilitatem & intentionem tuam. Singula anima⁹ lia singulas debent habere substantias. Ista oīa vnum animum habent. Itaq; singula esse possunt: multa esse non possunt. Ego & animal sum & homo: nō tamen duos esse vices nos Quare? Quia separatim esse debent. Itaq; dico alter ab altero debet esse deductus: vt duo sint. Quicquid in vnum multiplex est: sub vnam cadit naturam. Itaq; vnum est vt ani⁹ mus meus animal est: & ego animal sum: duo tamen non sumus. Quare? quia animus mei pars est: tunc aliquid per se numerabitur: cū p se stabit. Vbi vō alterius membꝝ erit nō poterit videri aliud. Quare? Dicaz: ea quod aliud est: suū oportet esse: & ꝑfectū: & totū & intra se absolutū. Ego in alia esse me sententia professus sum. Nō enī tantū virtutes ani⁹ malia erunt: si hoc recipitur. Sed opposita quoq; illis vicia & affectus: tanq; ira: timor: lu ctus suspitio. vltra res ista procedet. Omnes sententiæ: omēs cogitationes animalia erūt quod nullo modo recipiendum est. Non enī quicq̄d ab hoīe fit homo est. Iustitia quid est inquit? Animus quodāmodo se habens. Itaq; si animus aīal est: & iustitia. minime. hæc enī habitus animi est: & quædaz vis. Idez animus in varias figuras cōuertitur: & nō toti ens animal aliud est quotiens aliud facit: nec illud quod fit ab animo animal est. Iustitia animal est: fortitudo: sic cæteræ virtutes. Verū desinent animalia esse subinde: aut rursus incipiunt: aut semper sunt. Desinere virtutes non possunt. ergo multa animalia: īmo inu⁹ merabilia in hoc animo versantur. Non sunt inquit multa: quia ex vno religata sunt: & p tes vnius ac membra sunt. Talem ergo facie animi nobis proponimus: qualis est hydræ multa habentis capita: quorum vnūquodq; per se pugnat: per se nocet. Atqui nullus ex illis capitibus animal est: sed animalis caput. Cæterum ipsa vnum animal est. Nemo in Chimæra leonem esse animal dixit: aut draconez. Hæ partes erant eius: partes eius non sunt animalia. Quid est quod colligas iustitiam animal esse. Agit inquit aliquid & ꝑdest impetum habet sed animi. Omne animal donec moriatur homo est. Idez quod cœpit ho⁹ mo donec moriatur homo est. Equus: canis: transire in aliud non potest. Iustitia: id est ani mus quodāmodo se habens animal est. Credamus deinde: aīal est fortitudo: id est anim⁹ quodāmodo se habens. Quis animus? ille qui modo in iustitia erat: tenetur in priore aia li: in aliud animal ei transire non licet. In eo illi in quo primū esse cœpit: perseuerandū est Præterea vnus animus duorum animalium esse non potest: multo minus plurium. Si iustitia: fortitudo: temperantia: cæteræque virtutes animalia sunt: quomodo vnum ani⁹ mum habebunt? Singulos habeant oportet: aut non sunt animalia. Non potest vnū cor⁹ pus plurium animalium esse. hoc & ipsi fatentur. Iustitiæ quod est corpus animus. quid fortitudinis quod est? Idem animus. Atqui vnum corpus esse duorum animalium non potest. Sed idem animus inquit iustitiæ habitum induit: & fortitudinis & temperantiæ. Hoc fieri posset: si quo tempore iustitia esset: fortitudo non esset. Quo tempore fortitudo esset: temperantia nō esset. Nunc vō omnes virtutes simul sunt. ista quomodo erunt: sin⁹ gula animalia: cum vnus animus sit? Quis plus q̄ vnū animal non pōt facere. Deniq; nullū animal pars est alterius aialis. Iustitia autem pars est animi. non est ergo animal. Video: mihi in re cōfessa perdere operam. Magis enim indignandū de isto: q̄ disputādū est. Nullum animal alterius pars est. Circumspice omniū corpora: nulli non & color ꝑpri⁹ est: & figura sua & magnitudo inter cætera propter quæ mirabile diuini artificis ingenium est. Hoc quoque exiistimo: & q̄ in tanta copia rerum: nunq; in idem incidit. Etiam quæ

similia videntur cum cõtuleris diuersa sunt: tot fecit genera filiorum: nullum nõ sua ꝓpri
etate signatũ. Tot animalia: nullius multitudo cum altero cõuenit: vtiꝫ aliquid interest
Exægit a se: vt quæ alia erant: & dissimilia essent & imparia. Virtutes vt dicitis oẽs pares
sunt. ergo nõ sunt animalia. Nullum nõ animal per se aliquid agit. Virtus aũt ꝑ se nihil
agit: sed cum hõie. Omnia animalia aut rationalia sunt: vt homines: vt diĳ. Aut irratio/
nalia: vt pecora. Virtutes quoꝫ rationales sunt. atqui nec hõies sunt nec diĳ. ergo nõ sunt
animalia. Omne rationale animal nihil agit: nisi primũ specie alicuius rei irritatum est: de/
inde impetũ cœpit: deinde assensio cõfirmauit hunc impetũ. Quid sit assensio dicã. Opor
tet me ambulare: tunc demũ ambulo cum hoc mihi dixi & approbaui hanc opinionẽ meã
oportet me sedere: tunc demum sedeo hoc assensio in virtute non est. Puta enim prudẽtiaꝫ
esse quomodo assentietur. Oportet me ambulare hoc natura non præcipit. prudentia enim
ei cuius est prospicit: non sibi. Nam nec ambulare potest: nec sedere. ergo assensionem nõ
habet. Quod assensionem non habet rationale animal non est. Virtus si animal est: ratio
nale est. Irrationale autem non est. Ergo nec animal. Si virtus animal est. Virtus autem
bonum est. Omne bonum animal est. Hoc nostri fatentur. Patrem seruare bonum est: &
sententiam prudenter in senatu dicere bonum est: & iuste decernere bonum est. Ergo & pa/
trem seruare animal est: & prudentiam dicere animal est. Eo vsqꝫ res exægit vt risuꝫ tenere
non possis. Prudenter tacere bonum est. Ita & tacere & cœnare animal est. Ergo mehercule
titilare non desinam & ludos mihi ex istis subtilibus ineptijs facere. Justicia & fortitudo si
animal sunt: certe terrestria sunt. Omne animal terrestre: algeꝫ: esurit: sitit. Ergo iustitia al
geꝫ: fortitudo esurit: clæmentia sitit. Quid porro non interrogabo illos quam figurã ha/
beant ista animalia: hominis an equi: an feræ? Si rotundam illis an qualem deus dederit
eis formam? Quæram an & auaricia & luxuria & clæmentia æque rotundæ sunt. Sũt enĩ
& ipse animalia: si has quoꝫ retundauerint? Etiam nunc interrogabo an prudens ambu
latio animal sit: nec esse confiteantur? Deinde dicant ambulationem esse animal: & quidez
rotundum. Ne putes autem primum ex nostris non ex præscripto loqui: sed meæ senten
tiæ esse inter Cleantem & discipulum eius Chrysippum. Non cõuenit q̃ sit ambulatio. Cle
antes ait spiritum esse a principali vsque in pedes permissum. Chrysippus ipsuꝫ principale
quod est. Ergo cur non ipsius Chrysippi exemplo sibi quisqꝫ se vindicet? Et ista tot animalia
quot mundus ipse non potest capere dederit. Non sunt inquit virtutes multa animalia:
& tamen animalia sunt. Nam quemadmodum aliquis & poeta est & orator: & tamen vn⁹.
sic virtutes istæ animalia sunt sed multa non sunt. Idem est animis & animus: & iustus &
prudens & fortis. Et singulæ virtutes quodammodo se habent. Sublata cõuenit nobis.
Nam & ego interim fateor animum animal esse. Postea visurus q̃ de ista re sententiam fe/
ram. Actiones eius animalia esse nego. Alioquin & omnia verba erunt animalia & omnes
versus. Nam si sermo prudens bonum est. bonum autem omne animal est. Prudẽs ver/
sus bonum est. bonum autem omne animal est. Versus ergo animal est. Itaqꝫ arma vi/
rumqꝫ cano animal est: quod non possunt rotundum dicere: cum sex pedes habeat. Tetto
rium inquis totum mehercule istud quod cum maxime agitur dissilio risu. Cum mihi pro
pono solœcismum animal esse: & barbarismũ: & syllogismuꝫ: & aptans illis facies tanq̃ pi/
ctor assigno. Hæc disputam⁹: & tractus supercilijs frõte rigorosa. Nõ possuꝫ hoc loco dicere
illud Celianũ: O tristes ineptias ridiculæ sunt. Quin itaqꝫ potius aliq̃d vtile nobis: ac
salutare tractamus: & quærimus quomodo ad virtutes venire possum⁹: quæ nos ad illas
via adducat. Doce me nõ an fortitudo animal: sed nullũ animal fœlix esse sine fortitudine
nisi cõtra fortuita cõualuit: & oẽs casus anteq̃ exciperet meditando prædomuit. Quid est
fortitudo? Munimentũ humanæ imbecillitatis inexpugnabile. Quod qui circũdedit sibi
securus in hac vitæ obsidione perdurat. Vtitur enĩ suis vinbus: suis telis. Hoc loco tibi
Possidonij nostri sententiã referre volo. Nõ est q̃ nunq̃ fortunæ armis putas esse te tu/
tum. Tuis pugna cõtra ipsaꝫ fortunã. nõ armat itaqꝫ cõtra hostes: inermes sunt. Alexander quidẽ Persas & Hyrcanos & Indos: & quicquid gentium vsque
in oceanũ extendit oriens vastabat: fugabatq̃. Sed ipse modo occiso amico: modo amisso
lacebit in tenebris: alias scelus: alias desiderũ suũ mœrens victor tot Regũ atq̃ popul⁹ ira
ira tristiciæq̃ succubuit. Id oĩuꝫ ægerat vt omĩa potius haberet in potestatem q̃ affectus.

D q̄ magnis homines erroribus tenent: quibus dominādi trans maria cupiūt̄ p̄mittere fœlicissimos q̄ se iudicant: si mulas pro milite prouincias obtinent: & nouas veteribus adiungunt: ignari q̄ sit illud ingens parum quæris regnum. Imperare sibi maximum imperium est. Doceat me q̄ sacra res sit iustitia: alienum bonum spectans: nihil ex se petens nisi vsum suum. Nihil sit illi cū ambitione: famaq̄. Sibi placeat. Hæc ante omnia sibi quisq̄ persuadet: Ne iustum esse gratis oportet. Paruz est adhuc illud: persuadeat sibi me in hāc pulcherrimam virtutem: vltro etiam impedere iubentur. Tota cogitatio priuatis cōmodis q̄longissime aduersa sit. Non est quod spectes: quod sit iustæ rei premium: maius in iusto est. illud adhuc tibi affige: quod paulo ante dicebam. nihil ad rem pertinet: q̄ multi æquitatem tuam nouerint. Qui virtutem suam publicari vult: non virtuti laborat: sed gloriæ. Non vis esse iustus sine gloria. Et mehercules sæpe iustus esse debebit cuz infamia. Et tūc si sapis: mala opinio bene parta delectet. Vale.

Epistola centesimadecimaq̄nta De multiplici varietate vitiosæ orationis. Et p qualitate animi dicētis eius iformat̄ oratio. Vbi cōtra luxuriā succante declinat Vare quibusdam temporibus prouenerit corrupti generis oratio quæris: & quo modo in quædam vitia inclinatio ingenioz facta sit: vt aliquando inflata explicatio vigeret: aliquando infracta & in morem cantici ducta? Quare alias sensus audaces: & fides egressi placuerint: alias abruptæ sententiæ: & suspitiosæ: ī quibus plus itelligendum est q̄ audiendum? Quare aliqua ætas fuerit quæ translationis iure vteret̄ inuerecunde? Hoc quod audire vulgo soles: quod apud Græcos in prouerbium cessit. Talis hominibus fuit oratio qualis vita. Quemadmodum autem vnicuiusq̄ actio dicendi similis est: sic genus dicendi aliquādo mutat publicos mores. Sic disciplina ciuitatis laborauit: & se in delicias dedit. Argumentum est luxuriæ publicæ orationis lasciuia: si modo non in vno aut in altero fuit: si approbata est & recepta. Non potest alius esse ingenio: alius animo color. Si ille sanus est: si compositus: grauis temperans: ingenium quoq̄ siccum ac sobrium est. Illo viciato: hoc quoq̄ afflatur. Non vides si animus elanguet: trahi membra: & pigre moueri pedes? si ille effœminatus est in ipso incessu apparere molliciā: si ille acer est & velox: concitari gradū. Si fuerit: aut quod furori simile est irascatur: turbatum esse corporis motum: nec ire: sed fieri. Quanto hoc magis accedere ingenio putas quod totuz animo permixtum est? Ab illo fingitur: illi paret. Inde legez petit. Quomodo Mecœnas vixerit notus est: q̄ vt narrari nunc debeat. Quomodo ambulauerit: q̄ delicatus fuerit: q̄ cupierit videri: q̄ vitia sua latere voluerit. Quid ergo? Nō oratio eius æque soluta est: q̄ ipse distinctus? Non tam insignita illius verba sunt: q̄ cultus: q̄ comitatus: q̄ dom⁹: q̄ vxor Magni ingenij vir fuerat: si illud æquisset via rectioze: si non vitasset intelligi: si non etiā in oratione diffueret. Videbis itaq̄ eloquentiam ebrij hominis inuolutam: & errantem: & licentiæ plenam. Mecœnas in cultu suo. Quid turpius amne: siluisq̄ ripa comātibus? Vide vt alueum lyntrib⁹ arent: versoq̄ vado remittat oztos. Quid si quis semine Cirro crispat & labris columbat. Incipitq̄ suspirās: vt ceruice lassa sanant: ne mox tyranni: irreme diabilis factio rimant: epulis lagonaq̄ tentant domos: & sæpe morte exigūt. Geniuz festo vix suo testē: tenuisne cærei fila & crepacē molā. Focū mater aut vxor iueltūt. Non statim cū hæc legeris: hoc tibi occurret būc esse q̄ solutis tunicis ī vrbe semp incesserit. Nā etiā cuz absentib⁹ partib⁹ Cæsaris fungeret: signū a distincto petebat. Hūc esse qui tribunali in rostris: in omni publico cœtu sic apparuerit: vt pallio velaret caput exclusis vtinq̄ auribus nō aliter q̄ in nūmo diuites fugitiui solēt. Hunc esse cui tunc maxime ciuilib⁹ bellis strepētibus & sollicita vrbe & armata. Comitatus hic fuerit in publico. Spadones duo: magis duo tum viri q̄ ipse. Hunc esse qui vxorē millies duxit: cuz vnā habuerit. Hæc verba tā improbe structa: tunc tam negligēt abiecta: tuz consuetudinē omniū posita: ostendūt mores quoq̄ nō minus nouos & praues & singulares fuisse. Maxima laus illi tribuitur mansuetudinis. pepercit gladio: sanguine abstinuit: nec vlla alia re quod posset q̄ licentia ostēdit. Manq̄ ipsam laudem suam corrupit: istis orationis portentuosissime delicijs. Apparet enim mollem fuisse non mitem. Hæc iste ambages compositionis: hæc verba transuersa: hæc sensus mihi magni quidem sæpe: sed enerues dum exeunt: cuius manifestū facient. motuz illi fœlicitate nimia capit: quod vicū hominis esse: interdum tempus solet. Vbi

luxuriam late fœlicitas fudit: luxus primum corporum esse: diligentior incepti. Deinde supellectili laboratur: deinde in ipsas domos impeditur cura: vt in laxitatem ruris excurrant vt parietes adiectis trans maria: marmoribus fulgeant: vt tecta varientur auro: vt lacunaribus pauimentorum respõdeat nitor: deinde ad cœnas lautitia transfertur & illic commendatio ex nouitate: & soliti ordinis cõmutatione captatur vt ea quæq; includere solẽt. cœna prima ponantur: vt quæ aduenientibus dabantur: exeuntibus dentur. Cum assuecit animus fastidire quæ ex more sunt: & illi & pro sordidis solita sunt: & iam in oratione quod nouum est quærit: & modo antiqua verba: atq; exoleta reuocat: & profert: modo fingit & ignota deflectit: modo id quod nuper increpuit: pro cultu habetur. Audax translatio ac frequẽs Sunt qui sensus præcidant: & hoc gratiam sperent si sententia perpenderint: & audienti suspitionem sui fecerint. Sunt qui illo detineant: & porrigant. Sunt qui non vsque ad vitiũ accedant. Necesse est enim hoc facere: aliquid grande tentanti: sed qui ipsum vitium ament Itaque vbicunq; videris orationem corruptam placere: ibi mores quoque a recto desciuisse: non erit dubium. Quomodo conuiciorum luxuria: quomodo vestium ægeræ ciuitatis iudicia sunt: sic orationis licentia: si modo frequẽs est: ostendit animos quoq; a quibus verba exeunt processisse. Mirari quidem non debes: corrupta excipi: non tantum a corona sordidiore: sed ab hac turba quoq; cultiore. Togis inter se isti enim non iudicijs distant. Hoc magis miran potes: q; non tantum vitiosa sed vitia laudentur. Nam illud semper factum est. Nullum sine venia placuit ingenium. Da mihi quẽcũq; vis magni nominis virum. Dicã quid illi ætas sua ignorauerit: quid in illo sciens dissimulauerit. Multos enim dabo quibus vitia non nocuerunt: quosdam quibus profuerũt. Dabo inquã maxime famæ: & inter mirando propositos: quos si quis corrigit: delet. Sic enim vitia virtutibus immissa sunt vt illas secum tractura sint. Adijce nunc: q; oratio certam regulam non habet. Consuetudo illam ciuitatis: quæ nunq; in eodem diu steterit versat. Multi ex alieno sæculo petunt verba. Duodecim tabulas loquuntur. Gracchus illis & Crassus & Curio nimis culti & recentes sunt. Ad Appium vsq; & Coruncanum redeũt. Quidaq; contra: dum nihil nisi tritũ & vsitatum volunt: in sordes incidunt. Vtrũq; diuerso genere corruptum est: tam mehercules q; nollent splendidis vti: ac sonantibus: ac poeticis: necessaria atq; in vsu posita vitare Tam hunc dicam peccare: q; illum. Alter se iusto plus colit: alter se iusto plus negligit. Ille & cura: hic nec alas quidem vellit. Ad compositionem trãseamus. quot genera tibi dabo in hac quibus peccetur. Quidam præfractam & asperam probant: disturbant de industria si quid placidius effluxit: nolunt sine salebra esse iunctura vinlẽ putant & fortẽ: quæ aurez in æqualitate pereat. Quorũdam nõ est compositio: modulatio est: adeo plaudit. Quid de illa loquar in qua verba differũtur: & diu expectata: vix ad clausulas redeunt. Quia in exitu lenta: qualis Ciceronis est deuexa: & molliter detinẽs: nec aliter q; solent: ad morẽ suũ pedẽq; respondens. Nõ tantũ in genere sententiaq; vitiũ est. Si autẽ pusillæ sunt: & pueriles: aut improbæ: & plus ausæ q; pudore saluo licet: si floridæ sunt: & nimis dulces: si inuanũ exeũt: & sine affectu: nihil amplius q; sonãt. Hæc vitia vn⁹ aliquis iducit: sub quo tũc eloquẽtia est. Cæteri imitant: & alter alteri tradũt. Sic Salustio vegete amputatæ sententiæ & verba ante expectatũ cadẽtia: & obscura breuitas fuere p cultu. Aruntius vir raræ frugalitatis: qui historias belli punici scripsit: fuit Salustianus: & in illud gen⁹: nitens est apud Salustiũ exercituz argento fecit: id est pecunia parauit. Hoc Aruntius amare cœpit. Posuit illud oibus paginis. Dicit quodam loco fugam nostris fecere. Alio loco Hiero rex Syracusanorum bellum fecit. Et alio loco q̃ audita Phanormitanos dedere Romanis fecere. Gustũ tibi dare volui. Totus his cõtexitur liber. Quæ apud Salustiũ raræ fuerũt: apud hũc crebra sũt: & pene cõtinua: nec sine causa. ille enim in hæc ĩcidebat. At ille illa q̃rebat. Vides aũt q̃d seqũtur: vbi alicui vitiũ pro exẽplo est. Dixit Salustius aliqs hyemãtib⁹. Aruntius in primo libro belli punici ait: Repẽte hyemauit tẽpestas & alio loco: cum dicere vellet frigidum annuz fuisse ait. Totus hyemauit annus. & alio loco: Inde sexaginta onerarias leues p̃ter militem: & necessarios nautaq; hyemãtes aquilone misit. Non desinit oibus locis: hoc verbũ insultare. Quodã loco Salustius dicit. Inter arma ciuilia equi boni famas petit. Aruntius nõ teperauit quomin⁹ primo statim libro poneret ĩgẽtes esse famas: de Regulo. Hæc ergo & huiusmodi vitia q̃ alicui ipressit imitatio: nõ sũt iudicia luxuriæ: nec animi corrupti

Propria enim esse debent: & ex ipso nata ex quibus tu existimes alicuius affectus. Iracundi hominis iracunda oratio est. Commoti nimis incitata: delicata: tenera: & fluxa. Quod vides istos sequi: qui aut vellunt: qui labra pressius tundēt: & abradūt: seruata & submissa cætera parte: qui lucrinas coloris improbi sumunt: qui perlucentem togam. Qui volunt facere quicq̄ quod hominum oculis transire liceat: irritant illos: & in se auertunt. Nolunt vel reprehendi dum conspici. Talis est oratio Mecœnatis omniumq̄ aliorum qui nō casu errant: sed scientes: volentesq̄ hoc a malo animi malo oritur. Quomodo in vino non ante lingua titubat q̄ mens cessit oneri: & inclinata vel prodita est. Ita ista oratio: quid aliud q̄ ebrietas? Nulli molesta est: nisi animus labatur. Ideo ille curetur: ab illo sensus: ab illo verba exeunt: ab illo nobis est habitus: vultus: incessus. illo sano ac valente: oratio quoq̄ robusta fortis virilis est. Si ille procubuit: & cætera sequuntur ruinam. Rege incolumi mes omnibus vna est: amisso rupere fidem. Rex noster est animus. Hoc incolumi cætera manēt: in officio parent: obtemperant. Cum ille paulum vacillauit simul dubitant. Cum vero cessit voluptari: artes quoq̄ eius: actusq̄ marcent: & omnis ex languido: fluidoq̄ conatus est. Quoniaq̄ hac similitudine vsus sum: perseuerabo. Animꝰ noster modo Rex est: modo Tyrannus. Rex cum honesta intuitur. Salutem sibi cōmissi corporis curat: & nihil imperat turpe: nihil sordidum. Vbi vero non impotens: cupidus: delicatus est: transit in nomen detestabile ac dirum: & fit tyrannus. Tunc illum excipiunt affectus impotentes instantq̄ qui initio quidē gaudēt vt solet populus largitiōe nocitura frustra plenꝰ: & quæ nō potest haurire contractat. Cum ꝙo magis ac magis vires morbus excedit: & in medullas neruosque descendere delicię conspectum eorum: quibus se nimia auiditate inutilem reddidit lætus prorsus voluptatibus: habet alienarum spectaculuq̄ subministrator libidinū: testisq̄ quæ sibi vsum ingerendo abstulit. Nam nec illi tam gratum est abundare iucundis: qui firmū ad quod non omnem illum apparatum per gulam ventremq̄ transmittit. Non cum omni exoletorum: fœminarūq̄ turba conuolutatur. Meretq̄ q magna pars suæ fœlicitatis exclusa: corporis angustijs cessat. Nunquid enim mi Lucilli in hoc furor est: q nemo nostruq̄ mortalem se cogitat: q nemo imbecillum in illo: q nemo nostrum vnum esse se cogitat. Aspice culinas nostras: & conuersantes inter tot ignes coquos nostros. Vnum videri putas ventrem: cui tanto tumultu comparatur cibꝰ. Aspice veteraria nostra & plena multorū sæculorum vindemijs horrea. Vnum putas videri ventrem cui tot consulum: regionūq̄ vina cluduntur. Aspice quot locis vertatur terra: quot milia colonorum arent fodiāt. Vnū putas videri ventrē: cui & in Sicilia: & in Aphrica seritur. Sani erimus: & modica coquemus: si vnusquisq̄ se numeret: metiatur simul corpus. Sciat quem nec multū capere nec diu posse. Nihil tam æque tibi profuerit ad temperantiam omniū rerum: q̄ frequens cogitatio breuis æui: & huius incerti. Quicquid facies respice ad mortem. Vale.

Explicit liber Vigesimusprimus. Incipit Vigesimussecundus.

Epistola cētesimadecimasexta Quod sapiētez nō decet oratiōis sollicita concinnitas. de pulchritudine animi: & q omnium hic non solida: sed bracteata & ficta fœlicitas est.

Imis anxium esse te circa verba & cōpositionē mi Lucilli nolo. Habeo maiora quæ cures: q̄ quæ scribas. Nō quēadmodū: & quicquid nō vt scribas: sed vt sentias vt illa q̄ senseris: magis applices tibi: & velut signes. Cuiuscūq̄ orationē videris sollicitam & politā: scito animū quoq̄ nō minus esse pusillis occupatū. Magnus ille: remissius loquitur: & securius. Quæcūq̄ dicit plus habent fiduciæ q̄ curæ. Nosti cōplures iuuenes barba & coma nitidos: de capsula totos: nihil ab illis speraueris forte: nihil solidum. Oratio cultus animi est. Si circūtonsa est & fucata & manufacta: ostendit illū quoq̄ nō esse syncerū & habere aliquid fracti. Nō est ornamētū virile cōcinnitas. Si animū boni viri liceret inspicere. O q̄ pulchrā faciem: q̄ sanctā: q̄ ex magnifico: placidoq̄ fulgentem videremus. Hinc iustitia: illinc fortitudine: binc temperantia: prudentiaq̄ lucētib⁹. Præter has frugalitas: & cōtinua: & tolerātia: & libertas: comitasq̄. Et ꝗs credat ī hoīe rarū humanitas bonū: splēdoreq̄ illi suū effunderēt. Tunc quietia: cū elegantia & ex istis magnanimitas eminētissima. Quātū diq boni decoris illi: quātū pōderis: grauitatesq̄ adderet: q̄sta esset cū gratia auctoritas. Nemo illū amabilē: qui nō simul venerabilez diceret

Si quis viderit hanc faciem altiorem fulgentiorem q̄: q̄ cerni inter humana cōsueuit. Nō ne velut numinis occursu obstupefactus resistatur? Et vt fas sit vidisse tacitus precet. Tuq; euocantem ipsam vultus benignitate productus: adoret ac supplicet: & diu contemplatus multum extantem supra q̄ mensurā solitorum: inter nos aspici elatam oculis mite quiddā sed nihilominus viuido igne flagrantibus. Tunc demum illam Virgilij nostri voce verēs atq; attonitus emittat. O q̄ te memorem virgo. Nanq; haud tibi vultus mortalis: nec vox hominem sonat. Sis fœlix: nostrumq; leues quocunq; laborem. Aderit: leuabitq; si colere eam voluerimus. Colitur aūt non taurorum opimis corporibus contrucidatis: nec auro argentoq; suspenso: nec in thesauro stipe infusa: sed pia & recta volūtate. Nemo iquā amore eius arderet: si nobis illā videri contingeret. Nunc enim multa obstigilant: & aciem nostrā: aut splendore nimio repercutiunt: aut obscure retinent. Sed quemadmodū visus oculorum: quibusdam medicamentis acui solet: & repugnari. Sic & nos: si aciez animi liberare impedimentis voluerimus: poterimus perspicere virtutem: etiam obrutam corpore: etiam paupertate apposita: & humilitate: & infamia obiacentibus. Cernemus inquā pulchritudinem illam: q̄uis sordido obtectam. rursus æque maliciam & erūnosi animi veternum perspiciemus: q̄uis multus circa diuitiarū radiantiū splendor impediat: & intuentem: hinc bonorum: illinc magnarum potestatum falsa lux verberet. Tunc intelligere nobis licebit: q̄ contemnenda miremur: similimi pueris quibus omne ludicrum in precio est. Parentibus quippe nec minus fratribus p̄fertur: paruo ære empta mobilia. Quid ergo iter nos & illos interest? Vt Ariston ait: nisi q̄ nos circa tabulas & stabulas isanimus charius ieptis. illos reperti in litore calculi leues: & aliquid habentes varietatis delectāt. Nos igentiū maculæ colūnarū: siue ex Aegyptijs arenis siue ex Aphricæ solitudinibus aduectæ: porticū aliquē vel capacē populi cœnationem ferunt. Miramur parietes tenui marmore inductos: cū sciamus quale sit: quod absconditur: oculis nostris imponimus: & cum auro tecta perfudimus quid aliud q̄ mendacio gaudemus? Scimus enim sub illo auro fœda ligna latitare nec tātum parietibus: aut lucanaribus ornamentuq; tenue p̄tenditur. Omnium istorum quos incedere altos vides: bracteata fœlicitas est. Inspice: & scies sub ista tenui mēbrana dignitatis: quātum mali iaceat. Hæc res ipsa quæ tot magistratus & iudices facit. Pecunia exquo in honore esse cœpit: verus rerum honor cecidit. Mercatores q̄ venales inuicē facti. quærimus non quale sit quicquid sed quanti. Ad mercedē pij sumus Ad misericordiā impij Et honesta q̄diu spes illis inest sequimur: in contrarium transituri: si plus sceleratа promittерent. Admirationē parentes auri argentiq; fecerunt: & teneris infusa cupiditas: altius sedit creuitq; nobiscū. Deinde totus populus in alia discors: in hoc conuenit: hoc suspiciunt hoc suis optant: hoc dijs velut rerum humanarum: cum grati videri volunt cōsecrant. Denique eo mores redacti sunt: vt paupertas maledicto probroq; sit: cōtempta diuitibus: iuisa pauperibus. Accedunt deinde carmina poetarū quæ affectibus nostris facere subdant: quibus diuitiæ velut vnicum vitæ decus: ornamentumq; laudantur. Nihil illi melius nec dare videtur dij immortales posse: nec habere. Regia solis erat sublimib⁹ alta colūnis. Clara micante auro. Eiusdem currum aspice. Aureus axis erat: temo aureus: aurea sumē. Curuatura rotæ: radiorum argenteus ordo. Denique quod optimum videri volunt: sæculum aureum appellant. nec apud grammaticos desunt qui lucro innocentiam: salute opinionē bonam mutant. Sine me vocari pessimum: simul vt diues vocer. An diues: an bonus nemo. omnes quærimus: non quare & vnde: quid habeas tantuq; rogant. Obiq; tāti quisq; quantum habuit fuit. Quod habere nobis turpe sit quæris? Nihil an diues opto viuere aut pauper mori. Bene moritur quisq; mouitur dum lucrū facit. Pecunia igens generis humani bonum. Cui non voluptas matris: aut blande pōtest par esse prolis. Non facer meritis parens tam dulce si quid venerit in vultu micat. Merito illa mores cœlitū: atq; hominum mouet. Cum bis nouissimi versus in tragœdia Euripidis: pronūciati essent: totus populus ad ejiciendum & actorem: & carmen consurrexit vno impetu donec Euripides in medium ipse prosiluit petens vt spectarent viderentq; quem admirator auri exitum faceret. Dabit in illa fabula pœnas Bellerophontis: quas in sua quisq; dat. Nulla enim auaricia sine pœna est: quāuis satis sit ipsa pœnarum. O quantum lachrymarum: o quātum laborum exigit: q̄ misera desiderant esse: q̄ miser partis est. Adijce quotidianas sollicitudines

quæ pro modo habendi quenq; discruciant. Maiore tormento pœnia possidetur q̄ quæ/ ritur. Quantum damnis ingemiscunt: quæ & magna incidunt: & maiora videnť. Deniq; vt nihil illis fortuna detrahat: quicquid non acquirit damnum est. Et fœlicem illum ho/ mines & diuitem vocant: & consequi optant: quantum ille possidet fateor. Quid ergo? Tu illos esse conditionis prioris existimas q̄ qui habet & miseriam & inuidiam? Vtinaz bono res petituri cum ambitiosis. Vtinam qui diuitias optaturi essent: cum diuitibus deliberarent: & summū adeptis dignitatis statum profecto vota mutassent. Cum interim illi noua suspiciunt: cum priora damnauerint. Nemo enim est cui fœlicitas sua etiam si cursu venit satisfaciat. Queruntur & de consilijs & de processibus suis: malūq; semp quæ reliquerūt. Iraq; hoc tibi philosophia præstabit: quo equidem nihil maius existimo. Nunq; te pœnitebit tui. Ad hanc tam solidam fœlicitatem: quam tempestas nulla concutiat: non pducēt te apta verba contexta: & oratio fluens leuiter. Eant vt volent dum animo composito sua constet: dum sit magnus: & opinionum securus: & ob ipsa quæ alijs displicent sibi placēt: qui perfectuz suum vita æstimet: & tantū scire se iudicet: quantum non cupit: quantū non timet. Vale.

Epistola centesimadecimaseptima. Potius esse nullos q̄ mo/ dicos habere affectus contra Peripateticos disputat.

Crum satius sit modicos habere affectus an nullos sæpe quæsitū est. Nostri illos expellunt. Peripatetici temperant. Ego non video quo salubris esse aut vtilis possit vlla mediocritas morbi. Noli timere: nihil eorum quæ tibi non vis negari eripio: facilem me indulgentēque præbebo rebus ad quas tendis: & quas aut vitæ necessarias: aut vtiles: aut iucundas putes. Detraham vicium. Nam cum tibi cupere interdixero: velle pmittam: vt eadem illa intrepidus facias vt certiore consilio: vt voluptates illas magis sentias. Quid ni? Ad te magis peruenturæ sunt si illis imperabis: q̄ si seruies. Sed naturale est inquis: vt desiderio amici torquear datus lachrymis tam iuste cadenti/ bus. naturale est opinionibus hominū tangi: & aduersus contristari. Quare nō permittas mihi hunc tam honestum malæ opinionis mœrum. Nullum enim viciū sine patrocinio. Nulli nō vicium est verecundum & exorabile. Sed ob hoc latius funditur. Nō obtinebis vt desinas si incipere permiseris. Imbecilliq; primo omnis affectus. Deinde ipse se cōcitat: & vires dum procedit parat: excludi facilius q̄ expellitur. Quis negat oēs affectus a quo dam quasi naturali fluere principio? Curam nobis nostri natura mādauit. Sed huic vbi nimiū indulseris vicii est. Voluptatem natura necessarijs rebus admiscuit: vt non illam peteremus: sed vt ea sine quibus nō possumus viuere gratiora nobis illius faceret accessio Si suo veniat iure luxuria est. Ergo intrantibus resistamus: quia facilius: vt dixi: non recipiuntur q̄ exeunt. Aliquatenus inquis volere: aliquatenus timere pmitte. Sed aliquatenus longe producit: nec vbi vis accipit finem. Sapienti nō sollicite custodire se tutū est & lachrymas suas & voluptates vbi volet: sistet. Nobis quia non est regredi facile: optimum est omnino non progredi. Eleganter mihi videtur Pannetius respondisse adolescentulo cuidam quærenti an sapiens amaturus esset. De sapiente inquit videbimus: mihi & tibi qui adhuc a sapiente longe absumus: nō est cōmittendum vt incidamus in rem commotam: impotentem: alteri emancipatam: vilem sibi. Siue enim nos respicit: humanitate eius irritamur: siue contempsit: superbia accendimur. Neque facilitas errouis: q̄ difficultas nocet. Facilitate capimur: cum difficultate certamus. Iraq; conscij nobis imbecillitatis nostræ quiescamus. Nec vino infirmū animū cōmittamus: nec formæ: nec adulationi: nec vllis rebus blande trahentibus. Quod Pannetius de amore quærenti respōdit hoc ego de omnibus dico. Quantū possumus nos a lubrico recedamus. In sicco quoq; parum fortiter stamus. Occurres hoc loco mihi illa publica contra Stoicos voce. Nimis magna promittitis: nimis dura præcipitis. Nos homuntiones sumus: omnia nobis negare nō possumus. Volebim⁹ sed parum. Concupiscem⁹ temperate. Irascemur: sed placabimur Scis quare nō possum⁹ ista? Quia nos posse nō credim⁹. Immo mehercules: aliud est in re vicia nostra: quia amamus: defendim⁹: & mallim⁹ excusare illa q̄ excutere. Satis natura homini dedit roboris: si illo vtamur: si vires nostras colligamus: ac totas pro nobis certe: nō contra nos concitemus. Nolle in causa est. Non posse prætendit. Vale.

Epistola centesimadecimaoctaua. Argumentat contra professores suos sapere bonum esse. Deinde huius disputationis velut pœnitens docet instrumenta virtutum non talia argumenta tractanda.

Vltum mihi ubique negocij concinabis: & dum nescis in magnã me litem ac molestiam impinges: qui mihi tales quæstiunculas ponis: in quibus ego nec dissentire a nostris salua gratia: nec consentire salua conscientia possum. Quæris an verũ sit quod Stoicis placet: Sapientiam bonũ esse. Sapere bonũ nõ esse. Primũ exponã quid Stoicis videat. Deinde tunc dicere sententiam audebo. Placet nostris quod bonũ est esse corpus: quia quod bonum est facit. Quicquid facit corpus est: quod bonũ est prodest. facit autem aliquid oportet vt prosit: si facit corpus est. Sapientiam bonum esse dicunt. Sequitur vt necesse sit illam corporalem quoq; dicere. Vt sapere non putant eiusdem conditionis esse. Incorporale est & accidens alteri: id est sapientiæ. itaq; nec facit quicq̃: nec pdest. Quid ergo inquit? Non dicimus bonum sapere dicimus referentes ad id ex quo pendet: id est ad ipsam sapientiam. Aduersus hos quid ab alijs respondeat: audi anteq̃ ego inde pio secedere: & in aliam partem considere. Isto modo inquiunt: nec beate viuere bonũ est. Velint nolint: respondendum est beatam vitam bonum esse: & beate viuere bonum nõ esse Et iam nunc quoq; nostris illud opponitur. Vultis sapere? Ergo expetenda res est sapere. si expetenda res est: bona est. Coguntur nostri verba torquere: & vnam syllabam expetendo interponere: quam sermo noster inseri non sinit. Ergo si illam si pateris adiungam. Expetendum est inquit: quod bonum est expetibile: quod nobis contingit: cum bonum secuti sumꝰ non petitur tanq̃ bonum: sed petito bono accedit. Ego nõ idem sentio: & nostros iudicio in hoc descendere: quia iam primo vinculo tenent: & mutare illis formulam non licet. Multum dare solemus præsumptioni omnũ hominũ. Apud nos veritatis argumentum est: aliquid omnibus videri tanq̃ deos esse. Inter alia hæc colligamus: q̃ omnibus de dijs opinio insita est. Nec vlla gens vsq̃ est adeo extra leges moresq̃ proiecta: vt nõ aliquos deos credat. Cum de animæ æternitate diximus: non leue momentũ apud nos habet sensus hominũ: aut timentium inferos: aut colentium. Vtor hac publica persuasione. Nemi nem inuenies qui non putet & sapientiam bonum: & sapere. Nunc faciam quod victi solẽt: vt prouocent ad populum. Nostris incipiamus armis confligere. Quod accidit alicui vtr extra id cui accidit est: an in eo cui accidit. Si in eo est cui accidit: tam opus est q̃ illi cui accidit. nihil enim accidere sine tactu potest. Quod agit corpus est: si extra est postq̃ accesserat recessit. Quod recessit motum habet. quod motum habet corpus est. Speres me dicturum non esse: aliud cursum: aliud currere: nec aliud calorem: aliud calere: nec aliud lucem nec aliud lucere. Concedo ista alia esse: sed nõ sortis alterius. Si valitudo indifferens est bene valere indifferens est. Si forma indifferens est: & formosum esse indifferens est. Si iustitia bonum est: & iustum esse bonum est. Si turpitudo malum est: & turpe esse malum est. tã mehercules q̃ si lippitudo malum est. hoc vt scias neutrum esse sine altero potest. Quod sapit sapiens est. quod sapiens est: sapit. Adeo non potest dubitari: an quale istud sit: tale hoc sit: vt quibusdam vtrunq; videatur atq; idem. Sed illud libenter quæsierim. Cũ oia aut bona sint: aut mala: aut indifferentia. Sapere in quo numero sit: bonum negant esse: malum vtiq; non est: sequit medium sit. Id autem medium atq; indifferens vocam? q̃ tam malo contingere q̃ bono potest. tanq̃ pecunia: forma: nobilitas. Ergo hoc vt sapiat cõtingere nisi bono non potest. ergo indifferens non est. Atqui ne malum quidem est quod contingere malo non potest: ergo bonum est. Quod nisi bonus non habet: bonum est: sapere non nisi bonos habet. ergo bonum est. Accidẽs est inquit sapientiæ. Hoc ergo quod vocas sapere vtrunq; facit sapientiam. An patitur: siue facit illud: siue patitur: vtroque modo corpus est. si corpus est: bonum est. Vnum enim deerat illi quominus bonus esset: q̃ corporale erat. Paripateticis placet nihil interesse inter sapientiam & sapere: cum in vtrolibet eorum & alterum sit. Nunquid enim quenq̃ existimas sapere: nisi qui sapientiam habet? Nunquid quenq̃ qui sapiat non putas habere sapientiam? Dialectici veteres ista distinguunt: ab illis diuisio vsq̃ ad Stoicos venit. Qualis sit hæc dicam. Aliud est agere: aliud est agrum habere. Quid ni? Cum habere agrum ad habentem: nõ ad agrum pertineat. Sic aliud est sapientia: aliud sapere. Puto concedas duo esse hæc: id quod habetur: &

eum qui habet. Habitu sapientiã habet qui sapit. Sapientia est mens perfecta: vel ad sum
mum optimũq; perducta. Ars enim vitæ est. Sapere quid est? Non possum dicere mens
perfecta: sed id quod contingit perfectam mentem habenti. Ita alterum est mens bona: alte
rum quasi habere mentem bonam. Sunt inquit naturæ corporum tanq; hic homo est: hic
equus. bas deinde sequũtur motus animoꝝ enunciatiui. Corporum hi habent ꝓpriũ q̃d
dam & a corporibus seductum: tanq; video Catonem ambulantẽ: hoc sensus ostedit: ani
mus credit. Corpus est quod video: cui & oculos & animũ intendi. Dico deinde Cato am
bulat. non corpus inquit est quod nunc loquor: sed enunciatum quiddam de corpore: q̃d
alij affatum vocant: alij enunciatum: alij edictum. Sic cum dicimus sapientiam: incorpo
rale quiddam intelligimus. Cum dicimus sapit: de corpore loquimur. Plurimum autẽ
interest: vtrum illum dicas: an de illo. Putemus in præsentia ista duo esse. non enĩ quid
mihi videatur pronuncio. Quid prohibet quominus aliud quidem: sed nihil minus bo
num. Dicebas pauloante aliud esse agrum: aliud habere agrum. Quid ni? in alia enĩ na
tura est qui habet: in alia quod habetur. Illa terra est: hic homo est. Et in hoc de quo agit
eiusdem naturæ sunt vtraq; & qui habet sapientiam: & ipsa quæ habetur. Præterea illic
aliud est quod habetur: alius qui habet. Hic in eodem est: & quod habetur: & qui habet.
Ager iure possidetur: sapientia natura: ille abalienari potest & alteri tradi. hæc non disce
dit a domino. Non est itaq; quod compares inter se dissimilia. Cœperam dicere posse ista
duo esse: & tamen vtraq; bona: & sapientia & sapientiam habens duo esse: & vtrunq; bonus
esse concedis. Quomodo nihil obstat: quominus & sapientia bonum sit: & habere sapien
tiam idem: idem sapere. Ego in hoc volo sapiens esse vt sapientia. Quid ergo? Non est id
bonum sine quo nec illud bonum est? Vos certe dicitis sapientiam si sine vsu detur accipi
endam non esse. Quid est vsus sapientiæ? sapere. hoc est in illa pretiosissimũ: quo detracto
supervacua sit. Si tormenta mala sunt: torqueri malum est adeo. Quid est vt illa nõ sint
mala: si quod sequitur detraxeris? Sapientia habitus perfectæ mentis est. Sapere vsus p
fectæ mentis. Quomodo potest vsus eius bonum non esse: quæ sine vsu bonum est? In
terrogo te an sapientia sit expetenda? Fateris. Interrogo an vsus sapiẽtiæ expetendus sit?
Fateris. Negas enim te illam recepturum: si vti ea prohibearis. Quod expetendũ est bo
num est. Sapere sapientiæ vsus est: quomodo eloquentiæ loqui: quomodo oculorum vi
dere. Ergo sapere sapientiæ vsus est. Vsus autem sapiẽtiæ expetendus est. sapere ergo expe
tendum est. Si expetendum est: bonum est. Olim meipsum damno qui illos imitor: dum
accuso: & verba apertæ rei impendo. Cui enim dubium potest esse: quin si æstus malus est:
æstuare malum sit. Si algor malum est: malum sit algere. Si vita bonus est: & viuere bo
num est. Omnia ista circa sapientiam sunt: non in sapientia sunt. Et nobis in ipsa cõmo
randum est: etiam si quid euagari libet: amplos habet illa speciosoq; secessus. De deorũ
natura quæramus: de siderum elementis: de his taꝝ varijs stellaꝝ discursib. Ten ad illaꝝ
motus nostra moueant? Ten corporibus omnium animisq; illinc impetus veniat? Ten &
hæc quæ fortuita dicũtur: certa lege constricta sint: nihilq; in hoc mundo repentinũ: aut
expers ordinis volutetur. Ita iam a formatione morum recesserunt: sed leuant animum: &
ad ipsarum quas tractant rerum magnitudinem attollunt. Hæc vo de quibus pauloan
te dicebam minuũt & deprimũt. nec vt putas exacuunt: sed extenuant. Obsecro vos tam
necessariam curam maioribus melioribusq; debitam: in re nescio an falsa: certe inutili im?
Quid mihi profuturum est scire? quid bonum esse? temere me geram: subito huius voti
aleam. Mihi sapere contingit: tibi sapientia. pares eximus. Potius id age: vt mihi viaꝝ
monstres: qua ad ista perueniam. Dic mihi quid vitare debeam: quid appetere: quibo ani
mum labentem studijs firmem: quemadmodum me ex transuerso feriunt aguntq;: procul
a me repellam. Quomodo par esse tot malis possim: quomodo istas calamitates remoue
am: quæ ad me irruperunt: quomodo illas ad quas ego irrupi: doce: quomodo feram
erumnam sine gemitu meo: fœlicitatem sine alieno: quomodo vltimum & necessariuꝝ non
expectem: sed ipse mecum quo visum erit: profugiaꝝ. Nihil mihi videtur turpius q̃ opta
re mortem. Nam si vis viuere: quid optas mori? siue non vis: quid deos rogas quod ti
bi nascenti dederunt. Nam vt quandoq; morieris: etiam inuito positum est: vt cuꝝ voles
in tua manu est. Alterum tibi necesse est: alterum licet. Turpissimũ bis diebus principiuꝝ

diſerti mehercules viri legis. Itaq; inquit q̄primū moriar. Homo dēmens optas rez tuaz Itaq; q̄primū moriar. Fortaſſe inter has voces ſenex factus es. Alioquin quid in mora eſt Nemo te tenet: euade qua viſum eſt. Elige quamlibet rerum naturæ partem: quam tibi præbeo exitum iubeas. Hæc nempe ſunt elementa: quibus hic mundus adminiſtratur: Aqua: terra: ſpiritus. Omnia iſta tam cauſa viuendi ſunt: q̄ viæ mortis. Ita q̄primum moriar: q̄primū iſtud quid eſſe vis? quem illi diem ponis? Citius fieri q̄ optas poteſt. Imbecille mentis iſta ſunt verba: & hac detestatione miſeriam deprecantis. Non vult mori qui optat. Deos vitam roga & ſalutem ſi mori placuit. hic mortis eſt fructus: optare deſinere. Hæc mi Lucilli tractemus: his formemus animū. Hæc eſt ſapientia. Hoc eſt ſapere non diſputatiunculis inanibus: ſubtilitatez nouiſſimaz. Tot quæſtiones tibi fortuna impoſuit: nondum illas ſoluiſti. Jam cauillaris: q̄ ſtultuz eſt cum ſignum pugnæ acceperis ventilare. Remoue iſta luxuriæ arma: decretoriis opus eſt. Dic qua ratione nulla animuz triſticia: nulla formido perturbet: hoc ſecretarum cupiditatum pondus effundam: qua ratione agatur aliquod ſapientia bonum eſt. Sapere non eſt bonum. Sic fit. Negemus ſapere: vt hoc totum ſtudium derideatur: tanq̄ operatum ſuperuacuis. Quid ſi ſcires etiam illud quæri: an bonum ſit ſapientia. Quid enim dubium eſt oro te: an nec menſem futuram iam ſentiant bonea: nec futuram adoleſcentiam puericia viribus aut vllo robore irelligat. Ergo interim nihil ventura ſanitas prodeſt: nō magis q̄ currentem luctantēq; poſt multos ſecuturum: ſenſus ocum reficit. Quis neſcit hoc ipſo non eſſe bonum id quod futurum eſt: quia futurum eſt. Nam quod bonum eſt vtique prodeſt: niſi præſentia deeſt non poſſunt. Si non prodeſt bonum: non vtiq; ſi prodeſt iam eſt. Futurus ſum ſapiens: hoc bonū erit cum fuero: interim nō eſt. Prius aliquid eſſe debet: deinde quale eſſe. Quomodo oro te quod adhuc nihil eſt iam bonum eſt? Quomodo autem tibi magis vis probari: non eſſe aliquid: q̄ ſi dixero futurum eſt? Nonduz enim veniſſe apparet quod venit Ver ſecuturum eſt: ſcio nunc hyemem eſſe. Meſtas ſecutura eſt: ſcio æſtatem non eſſe. Maximum argumentum habeo nondum præſentis futurum ſapientia ſpero: ſed interim non ſapio. Si illud bonum haberem: iam hoc carerem malo. Futurum eſt vt ſapiam: ex hoc licet nondum me ſapere intelligas non poſſum ſimul & nullo bono: & in hoc malo eſſe. duo iſta non coeunt: nec apud eundem ſunt vna bonum & malum. Tranſcurramus ſolertiſſimas nugas: & ad illa quæ nobis aliquem opem ſunt latura properemus. Nemo q̄ obſtetricem parturienti filiæ ſollicitus accerſit edictum: & ludorum ordinem perlegit. Nemo qui ad incendium domus ſuæ currit: tabulam latruncularem proſpicit: vt ſciat quomodo alligatus exeat calculus. At mehercules oia tibi vndiq; nunciat: & incendium domus: & periculum liberoz: & obſidiū patriæ: & bonoz direptio. Adijce iſtis naufragiū: motuſque terraz: & quicq̄d aliud timeri poteſt. Int' iſta diſtrictis rebz: nihil aliud q̄ animū oblectantibus vacas. Quid inter ſapientiā & ſapere interſit inquiris? Nodos nectis ac ſoluis: tanta mola impendēte capiti tuo. Non tam benignū ac liberale tempus natura nobis dedit: vt aliquid ex illo vacet perdere. Et vnde q̄ multa etiaz diligentiſſimis pereant. Aliud valitudo ſua cuiq; abſtulit: aliud ſuoz: aliud neceſſaria negocia: aliud publica occupauerūt. Vitam nobiſcū diuidit ſomnus: & hoc tempore tam anguſto: & rapido: & nos auferente. Quid iuuat maiorē partem mittere inuanum? Adijce nūc q̄ aſſueſcit animus delectare potius q̄ ſanare. Et philoſophiam oblectamentum facere cū remediū ſit. Inter ſapientiā & ſapere quid interſit neſcio. Scio mea nō intereſſe: ſciam iſta: an neſciam. Dic mihi cum quid inter ſapientiam & ſapere interſit didicero. Cur ergo potius inter vocabula me ſapiētiæ detines q̄ int' opera? Fac me fortiorē: fac ſecuriorē: fac fortunæ parē: fac ſupiorem. Poſſum autez ſupior eſſe: ſi dixero omne quod diſco. Vale. Explicit liber vigeſimuſſecūdus.

Incipit liber vigeſimuſtertius. Epiſtola centeſimadecimanona.

Præmittens de mundanoz ſollicitudine. Et ſapiētis ſecuritate Et quid ſit bonū. Et quæ honeſti & boni differentia.

Rigis a me frequentiores epiſtolas. Rationes conferamus: ſoluendo non eris. Conuenerat quidē vt tua prioza eſſent: vt ſcriberes ego reſcriberem. Sed non ero difficilis: bene credi tibi. Scio itaq; in anteceſſum dabo. Nec facia quid Cicero vir diſertiſſimus facere Atticum iubet: vt

etiam si rem nullam habebit: quod in bucam venerit scribat. Nunq̃ potest deesse quod scribam. Vt omnia illa quæ Ciceronis implent epistolas transeam. Quis candidatus laboret? Quis alienis: q̃s suis viribus pugnet? Quis consuler fiducia Cæsaris? Quis Pompei? Quis apte petet q̃ durus sit fœnerator? Cecilius: a quo minoris centesimus ꝓpinqui nummũ moueri non possunt? Sua satius est mala q̃ aliena tractare: se excutere: ⁊ videre q̃ multarum rerum candidatus sit: ⁊ nõ suffragari. Hoc est mi Lucilli egregium: hoc securum ac liberum: nihil petere: ⁊ tota fortunæ comitia transire. Q̃ putas esse iucundum tribubus vocatis: cum candidati in templis suis pendeant: ⁊ alius nummos pronunciet: alius per sequestrem agat: alius eorum manus osculis conterat. Quibus designatus contingendam manũ negaturus est. Omnes attoniti vocem præconis expectant. Stare ociosum ⁊ spectare illas nundinas: nec ementem quicq̃: nec vendentem. Quanto hic maiore gaudio fruitur: qui non prætoria aut consularia comitia securus ituetur. Sed magna illa in quibus alij honores annuersarios petunt: alij perpetuas potestates: alij bellorum euentus prosperos triumphosq̃: alij diuitias: alij matrimonia ac liberos: alij salutem suam suorumq̃. Quanti animi res est: solum nihil petere: nulli supplicare: ⁊ dicere nihil mihi tecũ fortuna: non facio mei tibi copiam. Sæpe apud te Catones repelli. Patinios fieri. Nihil rogo: hoc est priuatum facere fortunam. Licet ergo hæc inuicem scribere: ⁊ hanc integram segregere materiam. Circumspicientibus tot milia hominũ inquieta: qui vt aliquid pestiferi consequant̃ per mala nituntur in malum petuntq̃ mox fugienda: aut etiam fastidienda. Cui enim assecuto satis fuit: quod optandi nimiũ videbatur. Non est: vt æstimant homines: auida fœlicitas: sed pusilla. Itaq̃ neminem sciat. Tu ista credis excelsa: quia longe ab illis iaces. Ei vo qui ad illa peruenit: humilia sunt. Mentio: nisi adhuc quærit ascendere. Istud quod tu summum putas gradus est. Omnes autem male habet ignoratia veri tãq̃ ad bona feruntur decepti rumoribus. Deinde mala esse: aut inania: aut minora: q̃ speraueriut adepti: ac multa passi vident: maiorq̃ pars miratur ex interuallo fallẽtia: ⁊ vulgo bona pro magnis sunt. Hoc ne nobis quoq̃ euenit. Quæramus quid sit bonum. Varia eius interpretatio fuit. Alius illud aliter expressit. Quidam ita finiunt: Bonum est q̃ inuitat animos: quod ad se vocat. Huic statim opponitur. Quid si inuitat quidem: sed in perniciem? Scis q̃ multa mala blanda sint? Verum ⁊ verisimile inter se differunt. Itaq̃ quod bonum est vero iungitur. non est enim bonũ nisi verum est. At quod inuitat ad se ⁊ allicere facit: verisimile est: surripit: sollicitat: attrahit. Quidã itaq̃ finierunt: Bonus est quod ad petitionem sui mouet: vel quod impetũ animi tendentis ad se mouet. Et huic idem opponitur. Multa enim impetum animi mouent: quæ petantur petentiũ malo. Melius est illi: qui sic finierunt: Bonum est quod impetum animi ꝑm naturam mouet: ⁊ ita demum petendum est: cum cœpit esse expetendum. Jam ⁊ honestum est: hoc enim perfecte est petendum. Locus ipse me admonet: vt quid interfit inter bonum honestumq̃ dicam. Aliquid inter se habet mixtum ⁊ insepabile: nec potest bonum esse nisi cui aliquid honesti inest: ⁊ honestum vtique bonum est. Quid ergo inter duo interest? Honestum est ꝑfectus bonum: quo beata vita completur: cuius contactu alia quoq̃ bona fiunt. Quod dico tale est. Sunt quædam neq̃ bona neq̃ mala: tanq̃ militia: legatio: iurisdictio. Hæc cũ honeste ministrata sunt: bona esse incipiunt: ⁊ ex dubio in bonum transeunt. Bonum societate honesti fit: honestum per se bonum est. Bonũ ex honesto fluit: honestũ ex se est. Quod bonum est malum esse potuit. Quod honestum est nisi bonum esse non potuit. Hanc quidam finitionem reddiderunt: Bonum est quod ꝑm naturaq̃ est. Attende quid dicã quod bonum est ꝑm naturam: non protinus quod ꝑm naturam est etiam bonum est. Multa quidem natura consentiunt: sed tam pusilla sunt vt non conueniat illis boni nomen. Leuia enim sunt contemnenda. Nullum est minimũ contemnendum bonum. Nam q̃diu exiguum est bonum est. Cum bonum esse cœpit non exiguum est. Vnde id cognoscatur si perfecte ꝑm naturam est. Hæc est eius proprietas. Fateris ⁊ alia scõm naturam quod esse: sed bona non esse. Quomodo ergo illud bonum est: cum hæc non sint? Quomodo ad aliam proprietatem peruenit: cum vtriq̃ principium illud sit ꝑm naturam esse? Ipsaq̃ scilicet magnitudinem. Nec hoc nouum est quædam crescendo mutari. Infans fuit: factus est pubes alia eius ꝓprietas fit. Illa irrationabilis est: hæc rationabilis. Quædam incremẽto non

tantum in maius exeunt: sed in aliud. Non sit inquit aliud quod maius sit. Vtrum lagenam an dolium impleas vino nihil refert: in vtroq; ꝓprietas vini est. Et exiguum mellis pondus ex magno sapore non differt. Diuersa ponis exempla. In istis enim eadem qualitas est: quibus augeantur manent. Quædam amplificata in suo genere: in sua ꝓprietate perdurant. Quædam post multa incrementa vltima demum vertit adiectio: et nouam illis aliamq; in qua fuerunt conditionem imprimit. Vnus lapis facit fornacem. Ille qui latera inclinata cœnauit: et interuentu suo iunxit summa adiectio: quare plurimuz facit: vel exigua: quia non auget: sed implet. Quædam processu priorem exuunt formaz: et in nouam transeunt: vbi animus aliquid diu protulit: et in magnitudinem eius sequendo lassatus est. infinitum cœpit vocari q̃ longe aliud factum est q̃ fuit: cum magnũ videret. Sed finitum eodem modo aliquid difficulter secari cogitauimus: nouissime crescẽte ad difficultatem insecabile inuentum est. Sic ab eodemq; vix et ægre mouebatur: processim ad immobile. Eadem ratione aliquid ꝑm naturam fuit: hoc in aliam proprietatem magnitudo sua transtulit: et bonum fecit. Vale.

Epistola centesimauigesima De parsimonia victus: et tormẽto infœlicis luxuriæ. et q̃ nunq; parum est quod sat est.

Votiens aliquid inueni: non expecto donec dicas: in cõmune ipse mihi dico. q̃d sit quid inuenerim quæris? sinum laxa: merum lucrum est. Docebo quomodo fieri diues celerrime possis: q̃ valde cupis audire. Nec ĩmerito ad maximas te diuitias compendiaria ducam. Opus erit tamen tibi creditore: vt negociari possis æs alienũ facies oportet: sed nolo per intercessorem mutueris: nolo prosonetæ nomen tuum iactent. Paratum tibi creditorem dabo. Catonianum illum a te mutuum sumes. Quãtulũcunq; est satis erit: si quicquid deerit: id a nobis petierimus. Nihil enim mi Lucilli interest: vtr̃ non desideres: an habeas. Summa res in vtroq; est eadem: non torqueberis. nec illud p̃cipio vt aliquid naturæ neges. Contumax est: non potest vinci: suum possit. Sed vt quicquid natura excedit: scias præcariũ esse. Esurio edendũ est. Vtrũ hic panis sit plæbeius: an siligineus. Ad naturam nihil pertinet. Illa ventrem non delectari vult: sed ĩpleri. Sitio. Vtrum hæc aqua sit ex lacu proximo excepta: an ea quam multa niue diuersa: vt rigore refrigeretur alienore: ad naturaz nihil pertinet. Illa hoc vnum iubet: sitim extingui. Vtr̃ sit aureum poculum: an crystallinum: an vitreum: an tyburtinus calix: an manus concaua: nihil refert. Finem omniũ rerum spectat: et superuacua deuites. Famis me apellat. Ad proxima quæq; extendatur manus. Ipsa mihi cõmendauit quodcunq; comprehendero. Nihil contendit esuriens. Quid sit ergo quod me delectauerit quæris? Videt mihi egregie dictum: Sapiens diuitiarum naturalium est quæstor acerrimus. In animaq; lance numeras. Quid est istud: iam ne ego paraueram fiscos. Circumspiciebam inq̃t me: mare negociaturus ĩmitterem: q̃ publicũ agitarez: quas lacesserem merces. Decipere est istud docere paupertatem cum diuitias promiseris. Ita tu pauperez iudicas cui nihil deest? Suo inquis: et patientiæ suæ beneficio: non fortunæ. Ideo ergo illum non iudicas diuitem: q̃a diuitiæ eius desinere non possunt? Vtrum malis habere multum an satis? Qui multum habet plus cupit. quod est argumentum: nondum illum satis habere qui satis habet: consecuturus est quod nunq; diuitijs contingit finem. An has ideo non putas esse diuitias: quia ꝓpter illos nemo proscriptus est? Quia ꝓpter illas nulli venenũ filius nulli vxor impegit? Quia in bello tutæ sunt? Quia in pace ociosæ? Quia nec habere illas periculosum nec operosum? Disponere an parum habet: quia tantum non alget: non esurit: non sitit. Plus Iuppiter non habet. Nunq; parum est quod satis est. Nunq; satis est quod multũ est. Post Darium et Indos pauper est Alexander Macedo: quærit quod suuz faciat: scrutatur maria ignota: in oceanum classes mittit nouas et: vt ita dicam: mundi claustra prupit. Quod naturæ satis est: homini non est. Inuentus est qui concupisceret aliq̃d post oĩa Tanta est cæcitas mentiũ: et tanta initiorum suorum: vnicuiq; cum processit obliuio. Ille modo ignobilis anguli non sine controuersia dominus: tanto fine terrarum per suum rediturus orbem tristis. Neminem pecunia diuitem fecit. Immo contra: nulli non maiorem sui cupiditatem incussit. Quæris quæ sit huius rei causa? Plus incipit habere posse: qui plus habet. Ad summam quam voles: mihi ex his quorum nomina cum Creticolicimoq;

numerantur: in medium licet protrabas afferat censum: & quicquid speret simul computet. Iste: mihi credis: pauper est: si tibi potest esse. Et hic qui se ad quod natura exigit composuit: non tantum extra sensum est paupertatis: sed extra mœtuz. Sed vt scias q̄ difficile sit res suas ad naturalem modum coartare: bicipse quem circa naturaz dicimus: quem tu vocas pauperem: habet aliquid & superuacui. Vt exœcant populum: & in se conuertunt opes: si numerati multum ex aliqua domo effertur: si multum auri: tecto q̄z eius illinitur. si familia aut corporibus electa: aut spectabilis cultu est. Omniū istorum fœlitas in publicum spectat. ille quem nos & populo & fortunæ subduximus: beatus introrsum est. Nam quod ad illos pertinet: apud quos falso diuitiarum nomen inualit: occupata paupertas. Sic diuitias habent: quomodo habere dicimur febrem: cum illa nos habeat. Econtrario dicere solemus: febris illum tenet. Eodem modo dicendum est: diuitiæ illum tenent. Nihil ergo monuisse te malim: q̄ hoc q̄ nemo monetur sanus. Vt omnia naturalibus desideriis metiaris: quibus aut gratis satis fiat: aut paruo tantum miscere vicia desideriis nolo. Quæris quali mensa: quali argento: q̄ paribus ministeriis & leuibus afferatur cibus? Nihil præter cibum natura desiderat. Num cum tibi fauces vrit sitis: aurea quæris pocula? Num esuriens fastidis omnia: præter pauonem thonibūq̄? Vbi rosa non est fames: contenta desinere est. Quo desinat non nimis curat. Infœlicis luxuriæ ista cōmenta sunt. Quæris quemadmodum post saturitatem quoq̄ esuriat? quēadmodū non impleat ventrem: sed fiat? quemadmodū sitim in prima potione sedatam reuocet. Egregie itaq̄ Horatius negat ad sitim pertinere: quo poculo aqua: aut q̄ eleganti manu ministretur. Nam si pertinere ad te iudicas: q̄ crinitus puer: & q̄ perlucidum tibi poculuz porrigat: non sitis inter hoc aliquam nobis natura præstitit præcipuum q̄ necessitatis fastidium excussit. Recipiunt superuacua dilectum hoc parum decens. illud laudatum oculos meos lædit. Id actum est ab illo mundi conditore: qui nobis viuendi iura descripsit: vt salui essemus: & non delicati. ad salutem omnia parata sunt: & in promptu delicijs omnia misere ac sollicite operantur. Vtamur ergō hoc naturæ beneficio inter magna numerando: & cogitemus nullo nomine melius illam meruisse de nobis: q̄ quia quicquid ex necessitate desideretur sine fastidio sumit. Vale.

Incipit liber vigesimusquartus. Epistola centesimauigesimaprima. Quomodo ad nos boni honestiq̄ notitia perueniant: vbi notat eos qui assidue suum statū variant.

Pistola tua per plures quæstiunculas vagata est: sed in vna constitit: & hanc expediri desiderat. Quomodo ad nos boni honestiq̄ notitia peruenerit. Hæc duo apud alios diuersa sunt: apud nos tantuz diuisa. Quicquid sit hoc dicam: Bonum putant esse aliquid quod vtile est. Itaq̄ hoc de diuitijs: & equo: & vino: & calceo nomen imponunt: tanta sit apud illos boni vtilitas: & adeo vsq̄ ad sordida descendit. Honestū putant cui ratio recti officij constat: tanq̄ pie curatam patris senectutē adiutam amici paupertatem: fortem expeditionem: prudentem moderatamq̄ sententiaz. Ista duo quidem facimus: sed ex vno. Nihil est bonum nisi quod honestum est. quod honestum est: vtiq̄ bonum. Superuacuum iudico adijcere quid inter ista discriminis sit: cuz sæpe dixerim: hoc vnum dicam. Nihil nobis bonum videri quo quis & male vti potest. Vides autez diuitijs nobilitate: viribus: q̄ multi male vtantur. Nunc ergo ad id reuertor: de quo desideras dici. Quomodo ad nos prima boni honestiq̄ notitia puenerit. Hoc nos docere natura non potuit. Semina nobis scientiæ dedit: scientiam non dedit. Quidā aiunt nos in noticiam incidisse. quod est incredibile: virtutis alicui speciem casu occurrisse. Nobis videtur obseruatio collegisse: & rerum sæpe factarum inter se collatio per analogiaz Nostri intellectum: & honestum: & bonum iudicant. Hoc verbum cum latini Grammatici ciuitate damnauerint: ego damnandum non puto: in ciuitate suum redigendū. Vtar ergo illo non tantum tanq̄ recepto: sed tanq̄ vsitato. Quæ sit hæc analogia dicam: Noueramus corporis sanitatem: ex hac cogitauimus esse aliquam & animi. Noueramus corporis vires: ex his colligimus esse: & animi robur: aliqua benigna facta: aliqua humana:

aliqua fortia. Nos obstupefecerant. Hæc cœpimus tanq̃ perfecta mirari. Suberant illis multa vicia: quæ specie alicuius conspicui facta fulgorq̃ celabat. Hæc dissimulauimus: quæ natura iubet augere laudanda. Nemo non gloriaz vltra rectum tulit. Ex his ergo speciem ingentis boni traximus. Fabricius Pyrrhi regis aurum repulit: magisq̃ regno inducit regias opes posse contemnere. Idem medico Pyrrhi promittente: venenum se Regi daturum: monuit Pyrrhum: Caueret insidias. Eiusdem animi fuit auro non vinci: veneno non vincere. Admirati sumus ingentem virum: quem non Regis: non contra Regẽ promissa flexissent. Boni exempli tenacem: quod difficillimũ est in bello innocentem: q̃ aliquod esse crederet etiam in hostes nephas: qui in summa paupertate quam sibi decus fecerat: non aliter refugit diuitias q̃ venenum. Viue inquit beneficio meo Pyrrhe: 7 gaudeq̃ adhuc dolebas Fabricium nõ posse corrumpi. Horatius codes solus impleuit pontis angustias: adimiq̃ a tergo sibi reditum: dummodo iter hosti auferretur iussit: etiam diu restitit præmentibus: donec reuulsa ingenti ruina tigna sonuerunt. Postq̃ respexit 7 extra periculum esse patriam periculo suo sensit. Veniat si quis vult inquit: sic euntem sequi agitq̃ se in præceps: 7 non minus sollicitus in illo rapido alueo fluminis vt armatus: q̃ vt saluus exiret. Retento armorum victricum decore: tam tutus rediit: q̃ si sponte venisset. hæc 7 huiusmodi facta imaginem nobis ostendere virtutis. Adiiciam quod minus fortasse vi deatur. Mala interdum speciem honesti obtulerunt: 7 optimum ex contrario nituit. Sũt enim: vt scis: virtutibus vicia confinia: 7 perditis quoq̃ ac turpibus recti similitudo est. Sic mentitur prodigus liberalem. Cum plurimum intersit vtrum quis dare sciat: an seruare nesciat. Multi inquam sunt lucidi: qui non donant: sed proiiciunt. Non voco ego liberalem pecuniæ suæ iratum. Imitatur negligentia facilitatem: temeritas fortitudinem. Hæc nos similitudo coegit attendere: 7 distinguere specie quidem vicina. Hæ autem plurimũ inter se dissidentia. dum obseruamus eos quos insignes egregium opus fecerat: cœpimus annotare quis rem aliquam generoso animo fecisset: 7 magno impetu. Sed semel hunc vidimus in bello fortem: in foro timidum animose paupertatem ferentem: humilit infamiam: factum laudauimus: contempsimus virum. Alium vidimus aduersus amicos benignum: aduersus inimicos temperatum: 7 publica 7 priuata: sancte ac religiose administrantem solem viderunt: nec occidentem. Vos tu existimas scire: quemadmodum viuendum: qui nesciunt quando: 7 hi mortem timent: in quam se viui conciderunt. Taz infausti homines q̃ nocturnæ aues sunt. licet in vino vnguentoq̃ tenebras suas exigant: licet epulis: 7 in multa quidem pericula discoctis totum peruersum vigiliæ tempus educant. non cõiuuantur: sed iusta sibi faciunt. mortuis certe interdiu parentantur. Vt meherculeS nullus agenti dies longus est. Extendamus vitam huius: 7 officium: 7 argumẽtuz actus est. Circumscribatur nox 7 aliquid ex illa in die transferatur. Aues quæ cõuiuijs cõparantur vt immotæ facile pinguescant: 7 in obscuro continentur. Ita sine vlla excitatione iacentibus: tumor pigrum corpus inuadit: 7 superbam vmbram iners sagina succrescit. Vt istorum corpora qui se tenebris dicauerunt: fœda visuntur. Quippe suspectior illis: q̃ morbo pallentibus color est languidi: 7 euanidi albent: 7 in viuis caro mortiana est. Hoc tamen minimũ in illis malorum dixerim: quanto plus tenebrarum in animo est. Ille in se stupet: ille caligat: inuidet cæcis. Quis vnq̃ oculos tenebrarum causa habuit? Interrogas quomodo hæc animo prauitas fiat: aduersandi diem: 7 totam vitam in nocte trãsferendi. Omnia vicia contra naturam pugnant. Omnia debitum ordinem deserunt. hoc est luxuriæ propositum gaudere peruersis: nec tantum discedere a recto: sed q̃longissime abire. Deinde etiam isti econtrario non videntur sibi contra naturam viuere. Ieiuni bibunt: qui vinum recipiunt inanibus venis: 7 ad cibum ebrij transeunt. Atque frequẽs hoc adolescentium vicium est: qui vires excolunt in ipso pene balnei limine: inter nudos bibunt: immo potant: vt sudorem quem mouerunt potionibus crebris ac feruentibus: subinde distinguãt. Post prandium aut cœnam bibere vulgare est. Hoc patresfamiliæ rustici faciũt: 7 veræ voluptatis ignari. Merus illud delectat: non quod innatat cibo: quod bibere penetrat ad neruos. Illa ebrietas iuuat quæ in vacuum venit. Non videntur tibi cõtra naturã viuere: qui commutant cum fœminis vestem? Num viuunt contra naturam: qui spectãt vt puericia splendeat tempore alieno? Quid fieri crudelius: vel miserius potest? Nunq̃

vir erit vt diu virum pati possit: & cum illum cõtumeliæ sexus eripuisse debuerat: nõ ætas quidem eripiet? Num viuunt contra naturam: qui hyeme cõcupiscunt rosam? fomẽtoq; aquarum calentium: & calorum apta mutatione brumalium floræ vinum exprimunt? Nũ viuunt contra naturam: qui pomaria in summis turribus serunt: quorum siluæ in tectis domum ac fastigijs mutant? inde mortis radicibus quo improbe cacumine ægissent? Nũ viuunt contra naturam qui fundamenta terrarũ in mari iaciunt? & delicate natare ipsi sibi videntur: vbi calentia stagna fluctu ac tempestate feriantur? Cum instituerunt omnia contra naturam consuetudinem velle: nouissime in totum ab illa desciscunt: lucet somni tempus: quies est: nunc exerceamur: nunc gestemur: nunc prandeamus. Iam lux propius accedit: tempus est cœnæ. Non oportet id facere quod populus. Res sordida est trita: ac vulgari via viuere dies publicus relinquatur propius nobis: ac peculare mane fiat. Isti mihi nõ defunctoꝝ loco sunt. Quantum enim a funere absunt: & qui de aceruo: qui ad faces & cæreos viuunt? Hanc vitam agere eodem tempore multos meminimus. Int' quos & Acylium butam prætorium: cui post patrimonium ingens consumptum Tyberius paupertatem confitenti: sero inquit experrectus es. Recitabat Montanus illius carmen tolerabilis poetæ & amicitia Tyberij notus: & frigore ortus & occasus libentissime inserebat. Itaq; cum indignaretur quidam illum tota die recitasse: & negaret accedendum ad recitationes eius. Nacta primarius ait: Nunc̃ liberalis possum agere. Paratus sum illum audire ab ortu ad occasum. Cum hos versus recitasset: Incipit ardentes phœbus producere flamias Sparge a se rubicunda dies: iam tristis hirundo. Argutis redit vsa cibos imittere nidis. Incipit & molli partitos ore ministrat. Varus eques romanus vicini comes cœnaꝝ bonarum assectator: quas improbitate linguæ mercabatur. exclamauit: Incipit Buta dormire. Deinde cum subinde recitasset. Iam sua pastores stabulis armenta locarunt. Iam dare soporibus nox pigra silentia terris Incipit. Idem Varus inquit. Quid dicit? Iam nox est: ibo & Butam salutabõ. Nihil erat notius hac eius vita in contrarium circumacta: c̃ vt dixi. Multi eodem tempore egerunt. Causa autem est ita viuendi quibusdam: non quia aliquid existiment noctem ipsam habere iucundius: sed quia nihil iuuat oblitum: & grauis malæ conscientiæ lux est: & omnia concupiscentis aut continentis: prout magno aut paruo empta sint. fastidium est lumen gratuitum. Præterea luxuriosi vitam suam esse in sermonibus: dum viuunt volunt. Nam si tacetur perdere se putant operam. Itaq; aliquotiens faciũt quod excitet famam. Multi bona comedunt. Multi amicas habent. Vt inter istos nomen inuenias opus est non tantum luxuriosam rem: sed notilem facere: in taz occupata ciuitate fabulas vulgaris nequicia non inuenit. Pedonem albinouanum narrantem audieramus: erat autem fabulator elegantissimus: habitasse sese supra domuz spaci. Is erat ex hac turba lucifugarum. Audio inquit circa horam tertiam noctis flagellorum sonum. Quæro quid faciat? Dicitur rationes accipere. Audio circa horam sextam noctis damorem concitatum. Quæro quid sit? Dicitur vocem exercere. Quæro circa octauam horam noctis: quid sit ille sonus rotarum? velut gestari dicitur. Circa lucem discurritur. Pueri vocantur cellarij: coqui tumultuantur. Quæro quid sit? Dicitur mulsum & alicbaz poposcisse a balneo exisse. Excedebat inquit cœna: cuius diem minime. Valde enim frugaliter viuebat: nihil consumebat nisi noctem. Itaq; credo dicentibus illum quibusdam auaruz & sordidum. Vos inquit illum & lychnobium dicetis. Non debes admirari si tantas inuenis vitiorum proprietates: varia sunt: inumerabiles habent facies. Comprehendi eorum genera non possunt. Simplex recti cura est: multiplex praui: & quantum vis nouas vedinationes capi. Idem moribus euenit naturam sequentium. Faciles sunt: soluti sunt: exiguas differentias habent: bis distorti plurimum: & omnibus inter se dissident. Causa tam præcipua mihi videtur huius morbi. Vitæ communis fastidium: quo cultu se a cæteris distinguunt. Quomodo elegantia cœnarum mundicijs vehiculorum si volunt separare etiam ipsorum dispositiones volunt solita spectare: quibus peccandi primum infamia est. Hanc petunt omnes isti qui ita dicant recto viuunt. Ideo Lucilli tenenda nobis via est: quam natura descripsit. nec ab illa vedinandum. Illam sequentibus omnia facilia expedita sunt. Contra illam nitentibus non alia vita est: c̃ contra aquam remigantibus. Vale.

Epistola centesimauigesimaquarta. De absti/nentia ⁊ temperantia eius. ⁊ de adulatiõe vitã da ⁊ duobꝰ rerum generibus quæ nos ĩuitant aut fugant.

Tinere confectus incommodo magis q̃ longo: in albanum meum nocte multa p ueni. Nihil habeo paratum nisi me. Itaq; in lecto lassitudinem pono: hanc coqui ac pistoris moram boni consulo. Mecum enim de hoc ipso loquor: q̃ nihil sit gra/ue quod leuiter excipias. Quod indignandum nihil nisi ipse indignando astruas. nõ ha bet panem meus pistor: sed habet villicus: sed habet arien sis: sed habet colonus. Maluꝫ panem inquis. Expecta bonus fiet: etiam illum tenerum tibi ⁊ siligineum fames reddet. Ideo non est ante edendum q̃ illa imperet. Expectabo ergo nec ante edam: q̃ vt bonũ pa/nem habere cœpero: aut malum fastidire desiero. Necessarium est paruo assuescere. Mul/tæ difficultates locorum: multæ temporum etiam locupletibus ⁊ instructis a nobis optã tem prohibent: ⁊ occurrent. Quicquid vult habere nemo potest. Illud potest nolle quod non habet. Rebus oblatis hilaris vti magna pars libertatis est. Bene moratus venter ⁊ contumeliæ patiens æstimari non potest. Quantam voluptatem capiam ex eo q̃ lassitu/do mea sibi ipsa assuescit. Non victiones: non balneum: non vllum aliud remedium q̃ temporis quæro. Non quod labor contraxit qui extollitur. hæc qualiscunq; cœna Fabiali iucundior erit. Aliquando enim experimentum animi sumpsi subito. hoc enim est simpli/cius ⁊ verius. Nam vbi se præparauit ⁊ indixit sibi patientiam: non æque apparet quan tum habet veræ firmitatis. Illa sunt certissima argumenta quæ ex tempore dedit: si nõ tã/tum æquus modestiam: sed placidus asperit: si non excanduit: non litigauit: sed quod dari deberet ipse sibi: non desiderando supleuit: ⁊ cogitauit aliquid consuetudine sua sibi nihil deesse. Multa q̃ supuacua essent non intelleximus nisi cum deesse cœperunt. Vtebamur enim illis: non quia debebamus: sed quia habebamus. Q̃multa autem parabam⁹ quia alij parauerunt: quia apud plærosq; sunt. Inter causas malorum nostrorum est q̃ viuimus: ⁊ ad exempla non ratione componimur: sed consuetudine abducimur. Quod si pauci facerent nollemus imitari: cum plures facere cœperunt quasi honestius sit: quia frequentius sequimur: ⁊ recti apud nos locum tenet erro: vbi publicus factus est. Ves iam sic peregrinantur vt illos numidarum præcurrat equitatus: vt agmen curso rum ante cedat. Turpe est nullos esse: q̃ occurrentis via deiciantur: vt q̃ honestum hominem venire magno puluere ostendant. Omnes iam multos habent: qui crystallina ⁊ murrina ⁊ cela/ta magnorum artificum manu portent. Turpe est videri eas te habere sarcinas totas: quæ toto concuti possunt omnium pædagogi abolita facie vehunt: ne sol: ne frigus tenerã cu/tem lædat. Turpe est neminem esse in comitatu. O puerorum cuius sana facies medicamẽ tum desideret. Horum omniũ sermo vitandus est. Hi sunt qui vicia tradent: ⁊ alio aliun de transeunt. Pessimũ genus horum hominum videbatur qui verba gestarent. Sunt qui dam qui vicia tradent: gestant. horum sermo multum nocet. Nam etiam si non statim p ficit: semina in animo relinquit: sequiturq; nos etiam cum ab illis discessimus resurrectu/rum postea malum. Quemadmodũ qui audierunt symphoniam: ferunt secum in auribꝰ modulationem. illa ad dulcedinem cantũq; cogit: actiones impedit: nec ad seria patit ni/tendi. Sic adulatorum ⁊ prauа laudantium sermo diutius hæret q̃ auditur. nec facile est animo dulcem sonum excutere. prosequitur ⁊ durat: ⁊ ex interuallo recurrit. Ideo daudẽ dæ sunt aures malis vocibus: ⁊ quidem primis. Nam cum initium fecerunt: admissæq; sunt plus audent. Inde ad hæc peruenitur verba: Virtus ⁊ philosophia ⁊ iustitia verbo/rum inanium crepitus est. Vna fœlicitas bonæ vitæ facere: est libere frui patrimonio. hoc est viuere: hoc est se mortalem esse meminisse. Fluunt dies: ⁊ irreparabilis vita decurrit. Dubitamus quod iuuat sapere ⁊ ætati non semp voluptates decepturæ. Interim duꝫ po test: dum possit ingerere frugalitatẽ eo vt mortem præcurrere: ⁊ quicquid illi oblatura est: iam sibi interire. Non amicam habes: non puerum qui amicæ moueat inuidiam. Quo/tidie sobrius prodis: sic cœnas: tam ephimeridem patri approbaturus. Non est istud vi/uere: sed alienæ vitæ interesse. Quanta demẽtia est hæredis sui res parare: ⁊ sibi negare omnia: vt tibi ex amico inimicum magna faciat hæreditas. Plus enĩ gaudebit tui amor

quo plus acceperit. Istos tristes ⁊ supercilios: alienæ vitæ censores: sine hostes publicos: pædagogos assis ne feceris. Nec dubitaueris bonam vitā: q̄ opinionem bonā malle Hæ voces non aliter fugiendæ sunt: q̄ illæ quas Ulyxes nisi alligatus præterui bi voluit. Idem possunt: abducunt a patria: a parentibus: ab amicis: a virtutibus: ⁊ in virtutibus: ⁊ in turpem vitam miseram: vbi turpius illudunt. Quanto satius est rectum sequi limitem: ⁊ eo se producere vt ea demū sint tibi iucunda: quæ honesta? Quod assequi poterimus: si fecerimus duo esse genera rerum: quæ nos aut inuitent: aut fugent. Inuitet vt diuitiæ: voluptates: forma: ambitio. Cætera blanda ⁊ arridentia. Fugāt labor: mors: dolor: ignominia: victus astrictior. Debemus itaq̄ exerceri: nec hæc timeamus: nec illa cupiamus. In contrarium pugnemus: ⁊ ab inuitantibus recedamus: aduersus potentiam concitemur. Num vides q̄ diuersus sit ascendentium habitus ⁊ descendentium. Qui per pronum errant: resupinant corpora qui in arduum incumbunt. Nam si descendas pondus suum in priorem partem dare: si ascendas retro abducere. Cum vicio Lucilli consentire est. In voluptates descenditur: quidem asperas ⁊ duras subeundum est. Hic impellamus: ⁊ corpora illis refrenemus. Hoc nunc me existimas dicere? Eos tantum perniciosos esse auribus nostris: qui voluptatem laudāt: qui dolores: mœtus per se formidabiles res incutiunt. Illos quoq̄ nocere nobis existimo: qui nos sub specie Stoicæ sectæ hortantur ad vicia. Hoc enim iactant solum sapientem ⁊ doctum esse amatorem: solus apte ad hāc artem æque combibendi ⁊ conuiuendi sapiens est peritissimus. Quæramus ad quā vsq̄ ætatem iuuenes amandi sint. Hæc græcæ consuetudini data sint. Nos ad illa potius aures dirigimus. Nemo est casu bonus: discenda virtus est. Voluptas humilis res ⁊ pusilla est: ⁊ in nullo habenda precio: cōmunis cum brutis animalibus: ad quam minima ⁊ contemptissima aduolant. Gloria vanum ⁊ volatile quiddam est: auraq̄ mobilius. Pauertas nulli malum est nisi repugnanti. Mors malum nō est: quid sit quæris. Sola vis est generis humani. Superstitio error insan⁹ est: amādos timet: quos colit violat. Quid enim interest: vtrum deos neges aut infames. Hæc discenda: immo ediscenda sunt. nō debes excusationes vicio philosophiæ suggerere. Nullam habet spem salutis æger: quem ad intemperantiam medicus hortatur. Vale.

Epistola centesimanouagesimaquinta. Quod bonū non sensu sed intellectu comprehenditur. Et q̄ bonum in nullo est: nisi in quo ratio.

Vssum multa tibi veterum præcepta referre: ni refugis tenuisque piget cognoscere curas. Non refugis: an ne vlla te subtilitas abigit. Non est elegantiæ tuæ tam magna sectari. Sicut illud probo: q̄ omnia ad aliquem profectum redigis: ⁊ tūc tantum offenderis vbi summa subtilitate nihil agitur. quod ne tunc quidem fieri laborabo. Quæritur vtrum sensu an intellectu comprehendatur bonum? Huic adiunctum est in multis animalibus ⁊ infantibus non esse. Quicunq̄ voluptatem in summo ponunt: sensibile iudicant bonum: non contra intelligibile qui illud animo damus. Si de bono sensus iudicarent: nullam voluptatem reijceremus. Nulla enim non inuitat: nulla non delectat. Et econtrario nullum dolorem volentes subiremus. nullus enim nō offendit sensum. Præterea non essent digni reprehensione: quibus nimium voluptas placet: quib⁹ summus est doloris timor. Atqui improbamus gulæ aclibidini deditos: ⁊ contemnimus illos qui nihil virliter ausuri sunt doloris mœtu. Quid autem peccant si sensibus: id est iudicibus boni ac mali parent? His enim tradidistis appetitionis ⁊ fugæ arbitrium. Sed videlicet ratio isti rei præposita est. Illi quemadmodum debeat debita: quemadmodum de virtute: de honesto: sic ⁊ de bono maloq̄ constitui. Nam apud istos vilissimæ parti datur de meliore sententia: vt de bono pronunciet sensus obtusa res ⁊ hebes: ⁊ in homine q̄ in alijs animalibus tardior. Quod si quis vellet non oculis: sed tactu minuta discernere: subtilior ad hoc nulla acies q̄ oculorum ⁊ intentior: daret bonum malumq̄ dignoscere. Vides in quanta ignorantia veritatis versetur: ⁊ q̄ humi sublimia ac diuina proiacerit. Apud quem de summo bono maloq̄ iudicat tactus. Quemadmodum inquit omnis scientia atque ars aliquid debet habere manifestum sensuq̄ comprehensum ex quo oriatur ⁊ crescat. Sic beata vita fundamentum ⁊ initium a manifestis ducit: ⁊ eo quod sub sensu

cadit. Nempe vos a manifestis beatam vitam sui initium capere dicitis. Dicimus beatam vitam esse: quæ ꝑm naturam sit palam: ⁊ protinus apparet. Sicut quod sit integrum qđ contingit protinus nato. non dico bonum: sed initium boni. Tu summum bonum volu ptatem infantiæ donas: vt inde incipiat nascens: quo consummatus homo peruenit. Ca cumen radicis loco ponis. Si quis diceret illum in materno vtero iacentem sexus quoq; i ceptum: tenerum: ⁊ impfectum: ⁊ informem: iam in aliquo bono esse aperte videretur er rare. Vt qui quantulum interest inter eum qui cunq; maxime vitam capit: ⁊ illũ qui ma terno⁹ viscerum latens minus est. Inter quæ quantum ad intellectum boni ac mali æque maturus est: ⁊ non magis infans ad hoc boni capax est: ꝙ arbor: aut mutus aliquod ani mal. Quare autem bonum in arbore animali; muto non est? quia nec ratio ob hoc infan tiæ quoq; non est. nam ⁊ huic diem tunc ad bonum peruenit cum ad rationem peruenerit. Est aliquod irrationale animal. Est aliquod nondum rationale. est rationale: sed impfectũ In nullo horum bonum ratio illud secum affert. Quid ergo inter ista quæ rettuli distat? Non quod erit bonum in eo quod irrationabile est: tunc esse bonum non potest: sed im perfectum iam potest bonum: sed non est. Ita dico Lucilli: bonum nõ in quolibet corpore: nõ in qualibet ætate inuenitur: ⁊ tantum abest ab infantia: quantum a primo vltimũ: quan tum ab initio perfectum. ergo nec in tenero modo calescente corpusculo est. Quid ni? non sit magis ꝙ in semine hoc. Si dicas aliquod arboris ac vt satis bonum nouimus. hoc nõ est in prima fronde: quæ emissa cum maxime sonum rumpit. Est aliquod bonum tritici: hoc nondũ est in herba latente: nedũ folliculos erexit spica mollis: sed cũ frumentũ ætas: ⁊ debita maturitas coxit. Quemadmodũ omnis natura bonũ suum nisi cõsummata non profert. Ita hominis bonum nõ est in homine: nisi cum illo ratio perfecta est. Quod autẽ hoc bonũ dicam: liber animus ac rectus: alia subijciens sibi se nulli hoc bonũ adeo nõ reci pit infantiam: vt puericia nõ speret: adolescentia im probe speret. Bene agitur cũ senectute: si illud longo studio intentoq; peruenit. Si hoc ⁊ bonum ⁊ intelligibile. Dixisti inquit ali quod bonum esse arboris aliquod herbæ. Potest ergo esse aliquod ⁊ infantis. Verum bo num nec in arboribus: nec in mutis animalibus est. hoc quod in illis bonũ est prædicati one bonum dicitur. Quod est inquis? hoc quod ꝑm naturam cuiusq; est. Bonũ autem ca dere in mutum animal nullo modo potest. fœlicioris melioriscq; naturæ est: nisi vbi ratiõi locus est: bonũ non est. Quattuor hæc naturæ sunt: arboris: animalis: hominis: dei. Hæc duo quæ rationalia sunt: eandem naturam habent. Illa diuersa sunt: ꝙ alterũ im mortale: alterum mortale est. Ex his ergo vnius bonum natura perficit: dei scilicet: alteri⁹ cura hoīs. Cætera tam ī sua natura pfecta sunt. nõ vere pfecta a quib⁹ abest ratio. Hoc enī demũ perfectum: quod ꝑm vniuersam naturam perfectum est. Vniuersa autem natura ra tionalis est: cætera possunt in suo genere perfecta esse. In quo non potest beata vita esse: nec id potest quo beata vita efficitur. Beata autem vita bonis efficitur. In muto animali bea ta vita non efficitur. In muto animali bonum non est. Mutum animal sensu cõprehen dit præsentia: præteritorum reminiscitur: cum id incidit quos sensus admouerẽt: tanꝯ quos reminiscitur. Reminiscitur me cum ad initium eius admotum est. In stabulo q̃dẽ nulla illi via est: cuius sæpe calcare memoria est. Tertium ad⁹ tempus: id est futurum: ad muta non pertinet. Quomodo ergo potest eorum videri perfecta natura q̃b⁹ vsus perfecti tẽ poris non est. Tempus enim tribus partibus constat: præterito: præsente: ⁊ futuro. Ani malibus tantum quod breuissimum est inter cursum: datum præsens: præteriti rara me moria est: nec vnq; reuocatur nisi præsentium occursu. Nõ potest ergo perfectæ naturæ bo num imperfecta esse natura. Aut si natura habet hoc: habent ⁊ fata. Nec illud nego ad ea quæ videntur ꝑm naturam magnos esse mutis animalibus impetus ⁊ concitatos: sed in ordinatos ac turbidos. Nunq; autem aut inordinatum est bonum: aut turbidum. Quid ergo inquis? Muta animalia perturbate ⁊ indispositè mouentur. Dicerem illa perturbate ⁊ indispositè moueri: si natura illorum ordinem caperet. Nunc mouentur ꝑm naturaꝫ suaꝫ Perturbatum enim id est: quod esse aliquando ⁊ non perturbatum potest. Sollicitum est quod potest esse securum. Nulli vicium est nisi cui virtus potest esse. Mutis animalib⁹ ta lis et sua natura motus est. Sed ne te diu teneam: aliquando erit bonum ī muto animali erit aliqua virtus: erit aliquid perfectum: sed nec bonum absolute: nec virtus: nec pfectuꝫ

Hæc enim rationabilibus solis contingunt: quibus datum est scire. Quare: quatenus: quemadmodum. Ita bonum in nullo est: nisi in quo ratio. Quomodo tunc pineat ista disputatio quæris? Et quid animo tuo profutura sit dico: Et exercet illuz 7 acuit: 7 vtiq; aliquid acturum occupatione honesta tenet. Prodest autem q̄ morat ad praua ꝓperantē Sed illud dico: nullo modo prodesse possum magis: q̄ si tibi bonum tuum ostendo: si te a mutis animalibus separo: si cum deo pono. Quid inquam vires corporis alis 7 exerces Pecudibus ista maiores ferisque natura concessit. Quid excolis formam? Cum omnia feceris: a multis animalibus decore vinceris. Quid capillum ingenti diligentia comis? Cū illum vel effuderis more Parthorum vel Germanorum modo iunxeris velut Scythi solent sparseris. In quolibet equo densior iactabitur iuba. Horrebit in leonum ceruice formosior. Cum te ad velocitatem parauerīs: par lepusculo non eris. Vis tu relictis in quibus vinci te necesse est dum in aliena niteris: ad bonum reuerti tuum. Quod hoc est? animus scilicet emundatus ac purus æmulator dei: super humana se extollēs: nihil extra se sui ponens rationales: animales. Quod ergo vitæ bonum est? perfecta ratio. Hanc tu ad summum finem euoca: inquantum potest plurimum crescere. Tunc beatum esse te iudicat: duz tibi gaudium omne nascetur. Cum visis quæ homines eripiunt: optant: custodiunt. nihil inueneris non dico quod malis: sed quod velis. Breuem tibi formulam dabo: qua te metiaris: qua perfectum esse iam sentias. Tunc habebis tuū: cum intelliges infœlicissimos esse fœlices. Vale.

Liber epistolarum moralissimi Senecæ
finit fœliciter.

In hoc volumine continentur infrascripti libri Senecæ. Primū Liber vnus de moribus. Liber vnus de formula honestæ vitæ: vel de quattuor virtutibus cardinalibus Liber vnus ad Gallionem de remedijs fortuitorum. Libri decem declamationum. Libri duo de clæmentia ad Neronem. Libri septem de beneficijs ad Eburtium Liberalem. Libri tres de Ira ad Nouatum. Liber vnus de mundi gubernatione diuina prouidentia: 7 quare multa mala bonis viris accidant. Liber vnus de beata vita ad Gallionem. Liber vnus de consolatione ad Martiam. Liber vnus de consolatione ad Albinam matrem suam. Liber vnus de tranquillitate vitæ ad Serenum. Liber vnus quomodo in sapientem non cadit iniuria. Liber vnus de breuitate vitæ ad Paulinum: cui continuatur liber vnus de consolatione fratris ad Polybium sine inscriptione 7 interuallo ex incuria famuli componentis: qui incipit Nostra compares firma sunt. Prouerbia Senecæ. Vltimo eiusdem Epistolæ ad Lucillum centumuiginti quinque.

Impressum Tarusij per Bernardum de Colonia
Anno domini. M.cccc.lxxviij.